Google

## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

8.vo B.S. C 191

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS STEPHANI PVTTERI

I. V. D. A CONSIL. REGIS IVSTITIAE INTIMIS
IVRIS PVBLICI IN GEORGIA AVGVSTA
PROFESSORIS ORDINARII

# INSTITVTIONES
# IVRIS PVBLICI
# GERMANICI



EDITIO III. PASSIM AVCTIOR ET EMENDATIOR.

*cum priuilegio electoris Saxoniae.*

GOETTINGAE
SVMTIBVS VIDVAE VANDENHOECK
1782.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRAEFATIO
## PRIMAE EDITIONIS.

Quum primum ante hos ſedecim annos elementa iuris publici Germanici in lucem emitterem; ita quidem comparati mihi videbantur omnes iuris publici noſtri ſcriptores, vt in ordine, quo pro ſua quisque methodo hanc diſciplinam tractauerat, neminem ſequi poſſem. Necdum ſane me piget, alia plane via incedendi me iam tum periculum feciſſe, quamuis, quod praeuideram, euenerit, vt, quae in quauis forte noua libelli editione emendanda fuerint, ſupereſſent ſatis multa, ſicuti nec dubito fore, dum viuam, adhuc, quae, die diem docente, emendare porro oportebit.

Etiamſi enim in libris, qui ſolum, vt legantur et euoluantur, conſcribi ſolent, non tantum interſit, quo ordine materiae, quas tractant, digeſtae ſint; tanto magis tamen, niſi omnia me fallunt, intereſt, optimum, quoad eius fieri poteſt, ordinem eligi in iis libellis, quorum filum in erudiendis aliis ſequimur. Saltem ſi cui curae cordique eſt, ſolide ſtudioſam iuuentutem inſtrui, vel in ipſa, quam docendo nauat, opera non poterit non animaduertere, haud ita rem ſuccedere, ſi non eo ordine digeſta eſt doctrina, quo



Digitized by Google

vna veritas naturali ratione alteram excipit. Et vel ſaepius tamen repetito periculo opus erit, priusquam ſollers harum rerum aeſtimator ſibi perſuaſerit, iam in eo ſe eſſe, vt male antehac digeſta diſciplina meliorem eumque a vero iuſtoque haud longe diſtantem in ordinem nunc redacta ſit.

Qua equidem mente quum, poſt quatuor elementorum iuris publici editiones, nouamque interim anno 1757. emiſſam epitomen iuris publici, et bis ad haec editum Germanice de eadem diſciplina conſcriptum libellum, iamiam octaua vice manus huic ſtudio admoueam, quumque iam praecipuae normae, quibus ordo iuris publici noſtri innititur, ſatis certae et euidentes mihi videantur, quas tamen non a cunctis perſpici intelligo; haud parum e re, ſpero fore, ſi paucis methodi meae, quod ad ordinem attinet, rationes hic reddiderim.

Primum neminem, opinor, fore, qui dubitet, quod ipſa quaeque *respublica eiusque ſupremam poteſtatem qui exercent*, ii ſint, de quorum iuribus et obligationibus in iure publico quaeritur, adeoque, quod vocant, *ſubiectum* huius diſciplinae conſtituant; cuius proinde notitia ante omnia ſuppeditanda eſt, priusquam ipſa reipublicae et imperantis iura et obligationes disquirantur.

Nec tamen velim hoc ita intelligas, vt ſtatim in limine huius ſtudii ſimul omnia,

quae

quae de republica illa et de imperante dici poſſent, prorſus exhaurienda ſint. Praeterquam enim quod hic maxima circumſpectione opus ſit, ne quis in recenſendis viciſſitudinibus reipublicae finiumque imperii fatis hiſtoriographum magis quam iuris publici interpretem agat, caute etiam adhuc abſtinendum eſt ab iis omnibus, quae vltra *notitiam reipublicae et imperantis* hic dandam ad iura et obligationes vtriusque ſpectant.

Potius hanc ſolam hic ante oculos verſari oportet quaeſtionem: *quaenam ſit respublica*, cuius publicum ius hic tractatur? et penes quem vel quos ſit ſuprema illius poteſtas? ſeu *quis ſit eius imperans*?

Primae quaeſtionis (LIB. I.) duplex eſt ſenſus, vterque in iure publico haud negligendus: quae nempe respublica primum *geographice* conſiderata? veluti quaenam pars orbis terrarum aut ſigillatim Europae ſit, de qua agitur, ſeu *quinam fines imperii?* (*cap.* 1.), et quaenam extra hos fines forte acceſſiones regni, veluti quis ſuperſit cum Germania *Italiae regnique Romani* nexus? (*cap.* 2.); deinde quaenam respublica *politice* conſiderata? veluti quod ad *formam reipublicae* potiſſimum attinet, vtrum monarchica, an ariſtocratica, democratica, quaeue alia ea ſit? (*cap.* 3.), ſed et ad *religionem* quod attinet, num v- *Lib.* 1.

nius religionis ciues ſint, an diuerſae, et cuius? quae res ſane tanti in rempublicam influxus eſt, vt in nullo plane iure publico progredi liceat, niſi ad hanc quaeſtionem reſponſio ante omnia data fuerit (*cap.* 4.).

Huic autem politicae reipublicae contemplationi generali iam et commode iungitur disquiſitio: *quibus fundamentis iſta indoles reipublicae nitatur?* veluti *in vniuerſum* quibus *legibus fundamentalibus* ea vtatur? (*cap.* 5.), et quaenam *obſeruantiae* et *analogiae* iuris in ea vis ſit? (*cap.* 6.); ſed praeterea quoque *ratione ſingulorum ciuium* quale forte vinculum ſubiectionis ſpeciale accedat, veluti *homagium* e. g. et quod ei ſimile fulcrum eſt *nexus feudalis* (*cap.* 7.).

*Lib.* 2. Sic dilucidata prima quaeſtione percommode tranſitur ad alteram: *quis imperans ſit?* (LIB. II.). Ex indole enim reipublicae Germanicae quum iam perſpectum ſit, rempublicam eam eſſe compoſitam, aliter itaque, quod ad totum imperium attinet, aliter in ſingulis illius partibus conſiderandam; neceſſario quoque duplex eſt reſponſio: in altera nempe conſideratione ſingulos imperii ſtatus eſſe imperantes in ſua cuiusque republica ſpeciali; ſed in vniuerſa Germania tanquam vna adhuc republica ſupremam poteſtatem eſſe penes imperatorem, neque tamen abſolute monarchicam illam, ſed conſenſu ordinum imperii

Digitized by Google

rii comitiali in plurimis rebus ita circumſcriptam, vt etiam hoc reſpectu ſtatus imperii ab adminiſtranda republica, quod ad vniuerſum imperium attinet, arceri nequeant. Vnde verbo ad quaeſtionem illam: quis ſit imperans in Germania? reſpondetur: imperator et ſtatus.

Quod proinde primum ad *imperatorem* attinet, hic ampliſſimus quidem foret campus excurrendi, ſi placuerit, tum in deſcribendam eius electionem et coronationem, tum in omnia eius reſeruata et quae alia de imperatore dici potuerint. Sed meminiſſe oportet, hic nondum dicta eſſe, quae ad intelligenda ea ſcitu prius neceſſaria ſunt, necdum verſari nos in iuribus imperatoris hic disquirendis, ſed ſolum in quaeſtione: *quis* ſit imperator? Vnde adhuc ſubſiſtendum omnino hic eſt in eo, vt modo disquiratur: quis ſit, quis eſſe poſſit imperator? quaenam eius praerogatiuae perſonales ſint? quid de aula eius et familia Auguſta conſtitutioni imperii Germanici conueniat? (*cap.* I.).

*Statuum imperii notitia* proprie duplex eſt, quatenus rebuspublicis Germaniae ſpecialibus praeſunt, et quatenus in comitiis in conſenſu imperatori praebendo verſantur, adeoque regimen imperii participant. In vtraque autem conſideratione ad-

eo ſibi inuicem omnia implicita ſunt, vt vix ſine incommoditate ſeiungi queant.

Dummodo itaque in genere praemiſſa ſint, quae ad intelligendas varias *ſtatuum imperii diuiſiones* conducunt (*cap.* 2.), ſatis commode exponitur, quomodo *tria imperii collegia* conſtituant *collegium electorale* (*cap.* 3.) *ſenatus principum* (*cap.* 4.), et collegium *ciuitatum imperii* (*cap.* 5.); deinde quomodo in decem *circulos* (*cap.* 6.) et in duo *corpora religionis* (*cap.* 7.) diuiſi ſint ſtatus? Eaque tractatione iamiam abſoluta eſt notitia imperii Germanici generalis, quantum opus erat ad cognoſcendum iuris publici noſtri ſubiectum.

*Lib.* 3. *ſq.* In *obiecto* iuris publici, quod in *iuribus et obligationibus* conſiſtit, ius publicum vniuerſale quidem his a iure gentium limitibus terminatur, vt in illo, quae ſint ſupremae poteſtatis in adminiſtranda republica, in hoc, quae inter plures respublicas cogitari poſſint iura et obligationes, disquirendum ſit. In quolibet autem iure publico particulari omnia et qualiacumque reipublicae et imperantis iura et obligationes tractari oportet, nec proinde vlla horum iurium ſpecialiori circumſcriptione opus eſt.

Certe ſubditorum iura et obligationes, quibus reſpondent principum officia et iura, vel ideo non opus eſt nominatim memo-

morari, quia ſub his, ſi ea omnia traduntur, iam comprehenſa ſunt. Praeterea vero nec iura ſupremae poteſtatis in res, nec iura et obligationes, quae inter hancce rempublicam eiusue imperantem et exteros lege perpetua definita ſunt, in iure publico huius reipublicae omitti poſſunt, veluti qua ratione in noſtro iure publico, quae ſunt Galliae et Sueciae iura ex garantia pacis Weſtphalicae, aut in Belgii foederati iure publico, quae ei ſunt iura praeſidii in vicinis Burgundiae Auſtriacae munimentis, certe omitti nequeunt.

Quae igitur omnia ſi in vnum collegeris, prima omnium diuiſio erit, vt tractentur iura et obligationes, quae tum vniuerſo imperio, tum caeſari et ſtatibus ſunt tam *intra Germaniam*, quam extra eam.

In illa autem contemplatione Germaniae interna, quae merito externam antecedit, prima iterum ſe offert formula imperii noſtri electitia, vi cuius ſubinde *interregnum* oritur, quo durante non ſolum electio noui imperatoris, ſed et modus adminiſtrandae interim reipublicae in quaeſtionem venit. Verum longe haec omnia differunt ab eo reipublicae ſtatu, quo ſub capite ſuo viget. Isque reipublicae ſtatus ordinarius plus vna ratione merito prius explicatur, quam interregnum et quidquid in eo contingit.

)( 5 Quodſi

Digitized by Google

Quodſi autem *viuo et regente imperatore* omnia ordine procedunt, omnino praecipua omnium quaeſtio eſt: quaenam ſint imperatoris et ſtatuum iura, tum in adminiſtranda ſua cuiusque republica, tum et in ſuis cuiusque familiae aliisue priuatis negotiis, quatenus in iis ſingulari forte qua principes iure vtuntur.

Enimuero nec praetermittendum eſt, etiam *extra ſuum cuiusque territorium* varia paſſim dari inſignia ſtatuum iura, veluti ſeruitutes iuris publici, aduocatias, condominia, iisque iungendas exemtionis controuerſias; quibus omnibus tamen omnino praeponenda ſunt iura, quibus *in ſuo cuiusque territorio* ſtatus vtuntur.

Similiter ex regula quidem *imperator et ſtatus* ii ſunt, de quorum iuribus et obligationibus hic agitur, ſed praeterea quoque dantur *immediati non ſtatus* nobiles, ganerbinatus, quin et pagi nonnulli immediati; quorum iura, quum exceptionem a regula conſtituant, praemiſſa demum hac regula recte exponuntur.

Hisque omnibus ita conſtitutis vt intelligatur, quaenam ſint iura imperatoris et ſtatuum in adminiſtranda ſua cuiusque republica; in ſingulis quidem regiminis iuribus amice coniunguntur, quae mox de iuribus imperatoris per vniuerſam Germaniam, mox de iuribus ſtatuum in ſuo cuius-

cuiusque territorio dicenda ſunt. Verum ad fines horum iurium regundos et ad modum intelligendum, quo ea caeſarea aliter, aliter territoriali auctoritate exercentur, neceſſe eſt, vt praemittantur *generalia de iure et modo regiminis*, inque iis, (quae in hac ſecunda editione primum ex conſtitutione et vſu Germaniae in genere contemplari iuuit (LIB. III.) deinde) ſeorſum plane conſideretur primum formula totius imperii Germanici, deinde ſingularum rerumpublicarum Germaniae ſpecialium. *Lib.* 3.

Et in *regimine quidem imperii* (LIB. IV.) ante omnia disquirendum venit *ius regiminis*, ſeu quomodo ſe habeat ſuprema poteſtas, quatenus ab imperatore exercetur, et quatenus ſtatus imperii conſilium et conſenſum ei praebent (*cap.* 1.). *Lib.* 4.

Quibus ita praeſtructis nunc facile explicantur, quae de modo adminiſtrandi rempublicam *in aula caeſarea* (*cap.* 2.), tum quae de ſtatibus imperii obſeruanda ſunt, quatenus in regimine imperii concurrunt, eamque ob rem congregati ſunt in conuentibus imperii vniuerſalibus, veluti in *comitiis* (*cap.* 3.) et *deputationibus imperii* (*cap.* 4.), vel quatenus etiam *particulariter* conueniunt in ſingulis imperii *collegiis circulisue* vel alterutro *religionis corpore* (*cap.* 5.).

Quum vero in comitiis non minus, quam in reliquis ſtatuum imperii coetibus fre-

frequentes occurrant *quaeſtiones* partim *controuerſae*, mox de ſuffragiorum numero maiorum efficacitate et *de iure eundi in partes* (*cap.* 6.), mox de *iuribus directorii* aliisque rebus incidentibus (*cap.* 7.); eae res ſpeciali tractatione dignae ſingulas comitiorum illorum ſpecies excipiunt.

*Lib.* 5. In *regimine* ſingularum Germaniae *rerumpublicarum ſpecialium* (LIB. V.) ante omnia ſeiungendae a *territoriis* ſunt ciuitates imperii, et de illis primum explicanda, quae ad intelligendam *conſtitutionem eorum internam* pertinent, in primis e quibus partibus illa conſiſtant (*cap.* 1.). Quo facto naturali ordine agitur tum de *ordinibus prouincialibus* eorumque ad regimen territoriorum habitu (*cap.* 2.), tum de modo, quo *ſub caeſareo regimine ſubordinatum* eſt *regimen territoriale* (*cap.* 3.), tum denique de iis, quae circa *perſonam principis* obſeruanda ſunt (*cap.* 4.). Eademque ratione deinde traditur *ciuitatum imperii regimen* (*cap.* 5.).

*Lib.* 6. In *ſingulis* autem *iuribus regiminis* tam caeſarei quam territorialis, quae nunc ordo tangit, primum eccleſiaſtica a *politicis*, deinde et feudalia ab iis, quae *citra nexum feudalem* locum habent, merito diſtinguuntur, et in his iterum inſigne diſcrimen eſt eorum, quae pro ſpeciali fine ſalutis et ſecuritatis publicae aut internae aut externae ſpeciali cuidam obiecto adligantur, et eorum,

eorum, quae in omni et qualicumque obiecto regiminis locum habent. Et haecce quidem, quae tanquam *generalia* regiminis iura a ſpecialibus illis diſtinguo, primoque loco deſcribo (LIB. VI.), pondere et ambitu inſignia, numero pauciora ſunt, eaque, ſi ab origine rem repetieris, prouti ficta ciuitate primum fundanda forte in vſum venerint, naturali ordine citra vlteriorem ſubdiuiſionem ſe inuicem excipiunt, vt, praemiſſa indole iſtius diſtinctionis iurium regiminis generalium ac ſpecialium (*cap.* 1.), primum omnium locum teneat *ius ſupremae inſpectionis* (*cap.* 2.), deinde ſequantur *poteſtas legislatoria* (*cap.* 3.) adnexumque ei *ius priuilegiorum* (*cap* 4.), *ius munerum et honorum* (*cap.* 5.), poteſtas *exſequendi et puniendi* (*cap.* 6.) cum *iure fiſci* (*cap.* 7.), ius *tributorum* (*cap.* 8.) et *ius eminens* (*cap.* 9.).

Multo maior eſt diuerſitas, in quam abeunt *ſpecialia* illa *iura regiminis*, prouti aut *ad internam*, aut ad externam reipublicae *ſecuritatem et ſalutem* tendunt, quorum illa *immanentium*, haec transeuntium nomine in ſcholis ICtorum clara, atque illa iterum alia *eſſentialia* ſunt, quae in eſſentia ſupremae poteſtatis conſtituta, ideoque nusquam facile non in vſu ſunt (LIB. VII.), veluti *poteſtas iudiciaria* (*cap.* 1.), poteſtas *criminalis* (*cap.* 2.), et *ius politiae* (*cap.* 3.); *Lib.* 7.

alia

Lib. 8. alia *accidentalia*, quae modo ad maiorem reipublicae ſalutem cogitari, ſed abeſſe pariter atque exerceri poſſunt (LIB VIII.).

Quorum quidem nonnulla adeo frequentia et ſpeciatim iure publico noſtro ſic definita ſunt, vt fere ad inſtar contractuum nominatorum tamquam *nominata* a reliquis diſtingui mereantur, veluti ius *viarum publicarum, fluminum et vectigalium* (*cap.* 1.), *ius monetae* (*cap.* 2.), et *ius poſtarum* (*cap.* 3.). Reliqua omnia pro ſingulari noſtri iuris publici indole in duas potiſſimum claſſes redigi poſſunt, prouti vel de *iure caeſareo* adhuc quaeritur, veluti in iure academiarum, nundinarum, ſtapulae etc. (*cap.* 4.), vel ſolummodo de *iure ordinum prouincialium*, veluti in iure recipiendi Iudaeos, in iure detractus, venandi, piſcandi, cet. (*cap.* 5.).

Lib. 9. Tum ſequuntur *transeuntia*, quae vocant, (LIB. IX.) *iura foederum et belli* tam *ſingulorum ſtatuum* (*cap.* 1.), quam totius *imperii* (*cap.* 2.), et *aſſociationis circulorum* (*cap.* 3.); atque ſimiliter *ius pacis et legationis* (*cap.* 4.).

Lib. 10. Et nunc demum recte explicantur iura et obligationes imperatoris ſtatuumque imperii circa *feuda* (LIB. X.), vbi tum de *feudis imperii* agitur (*cap.* 1.), tum de *feudis, quorum domini directi ſunt ſtatus imperii* (*cap.* 2.).

Simi-

Digitized by Google

Similique ratione iam ſequitur *ius publicum eccleſiaſticum* (LIB. XI.), quo nomine rite definiri oportet primum ipſa *iura et obligationes imperatoris ac ſtatuum circa religionem et eccleſiam* tam quod ad *catholicos inter ſe inuicem* (*cap.* 1.), pariterque *eccleſiam euangelicam* in ſe conſideratam (*cap.* 2.), quam quod ad *iura diuerſarum religionum inter ſe inuicem* attinet (*cap.* 3.). Deinde et tractatio venit ad *modum perſequendi ius, quod alicui eſt religionis intuitu*, ſeu ad modum componendi *grauamina religionis* (*cap.* 4.). *Lib.* 11.

Atque ſic abſolutis iuribus imperatoris et ſtatuum, quatenus in adminiſtranda republica verſantur, iam tractanda quoque ſunt iura et obligationes eorum *in negotiis priuatis* (LIB. XII.), dum, praemiſſa notitia *iuris priuati principum* generali (*cap.* 1.), ſigillatim traduntur *iura ſucceſſionis* familiarum Germaniae illuſtrium (*cap.* 2.), *ceteraque* earum ſingularia *priuata iura* (*cap.* 3.). *Lib.* 12.

Superſunt autem porro nunc percurrenda *iura immediatorum non ſtatuum* (LIB. XIII.), *nobilitatis* ſcilicet *immediatae* (*cap.* 1.), *ganerbinatuum* aliorumque nonnullorum membrorum imperii immediatorum (*cap.* 2.), *pagorumque imperii* (*cap.* 3.); tum et iura et obligationes, quae paſſim ſunt membris imperii immediatis *extra ſuum cuiusque territorium* (LIB. XIV.), quatenus aut *citra controuerſiam* poſita ſunt, veluti ſerui- *Lib.* 13. *Lib.* 14.

tutes

Digitized by Google

tutes iuris publici, aduocatiae, condominia cet. (*cap.* 1.), aut *controuerſiae ſuper immedietate vel exemtione* adhuc agitantur, indeue paſſim nata eſt *ſingularis nonnullorum imperii membrorum conditio* (*cap.* 2.).

*Lib.* 15. Denique *in interregno* (LIB. XV.) videndum partim, quaenam ſit *vicaria reipublicae adminiſtratio* (*cap.* 1.), partim quomodo procedatur in *eligendo* (*cap.* 2.) et *coronando imperatore* (*cap.* 3.), et quae *de rege Romanorum* legibus et obſeruantiae imperii conueniant (*cap.* 4.). *Lib.* 16. Quibus poſtremo loco accedit disquiſitio iurium et obligationum caeſaris et imperii *extra Germaniam* (LIB. XVI.) tam intuitu *Italiae* (*cap.* 1.), quam intuitu *aliorum exterorum* (*cap.* 2.).

Quae omnia modo ita pertractauerim; vt fini praelectionum academicarum inſeruiant, ſatis mihi gratulor. *Notitiam litterariam*, quam pro minuenda libri mole parcius interſperſi, ſeorſum forte, ſi Deo placuerit, paullo ampliorem edam, nihilque vmquam eorum, quae ad inſtruendam porro hanc iurisprudentiae partem conducere potuerint, quam diu Deus vitam viresque largietur, negligere enixe ſtudebo. Scrib. Goettingae d. 2. April. 1770.

PRAE-

Digitized by Google

# PRAEFATIO
## SECVNDAE EDITIONIS.

Si cuius interfuerit comparare hanc ſecundam cum priore harum inſtitutionum editione, mox in oculos incurret, paſſim alia mutata, alia addita eſſe, quae quidem et mutare et addere neceſſe mihi viſum fuit, vt ne ea, quae curis poſterioribus emendare licuit, auditoribus, quorum vſui praeſertim hunc libellum conſcripſi, detraherem.

Solo enim nouaturiendi pruritu vt ductus eſſem, tantum abfuit, vt lubens potius ex priore editione conſeruauerim, quidquid ſine detrimento praelectionum in hunc librum inſtituendarum conſeruari poterat.

Inter alia congruum duxi, vt, priusquam ſigillatim regimen imperii atque rerumpublicarum Germaniae ſpecialium explicetur, generalis deſcriptio praemittatur tam iuris quam modi reginis, prouti ex conſtitutione et vſu Germa-

niae in genere ſe habet. Vnde vnico libro aucta iam eſt librorum ſeries, eiusque enumeratio iam emendata in praecedente praefatione.

Quod ad ſingulos §§. attinet, mutati potiſſimum ſunt §§. 1 — 4., §§. 13 — 16.; et de nouo acceſſerunt §§. 55. 125. 130. 158. 185. 215 — 220. 234. 235. 362 — 366. 369 — 372. 374. 376.

Ceterum enixe gaudeo, in generali totius ſyſtematis ordine in hunc ſextum annum, qui a priore editione iamiam excurrit, repetitis licet quolibet anno praelectionibus continuisque ſuper ordine illo meditationibus, nihil, quod mutari oporteat, me obſeruaſſe. Quare, me quidem iudice, firmo adhuc talo ſtant, tum quae ea de re in praefatione prioris editionis diſſerui, tum, quas interea in publicum emiſi, *tabulae iuris publici ſynopticae*, (Goetting. 1773. fol.), in quibus modo ſeriem librorum vnico libro tertio auctam numerumque paragraphorum in vtraque editione non aeque amplius conuenientem meminiſſe, aut, ſi placuerit, exigua opera immutare non grauabitur beneuolus lector hisce tabulis fortaſſe vſurus.

Denique ab allegandis ſcriptoribus iuris publici in hac etiam editione tanto magis abſtinui, quanto largiorem, promiſſi in praefatione prioris editionis dati memor, interea ſeorſum ſuppeditaui

Digitized by Google

ui notitiam iuris publici litterariam ſingulari libro, cui titulus erit: Litteratur des Teutſchen Staatsrechts, cuiusque prima pars, qua hiſtoria litteraria iuris publici ordine chronologico tractatur, propediem prelo abſoluetur, quam deinde, bono Deo volente, pars altera bibliothecam iuris publici ordine ſyſtematico diſpoſitam exhibitura excipiet.

Vnicam allegatorum nouam ſpeciem addidi ex collectione deductionum, conſultationum et deciſionum, quas aut facultatis noſtrae aut priuato nomine elaboraui, ſub titulo: Auserleſene Rechtsfälle I. Band 1. Th. 1760., 2. Th. 1767., 3. Th. 1767., 4. Th. 1768.; II. Band 1. Th. 1771., 2. Th. 1771., 3. Th. 1774., 4. Th. 1774. fol. Iis enim in elaborationibus quum permulta iuris publici capita inſignibus exemplis ex ipſis rerum argumentis illuſtrentur; exiſtimaui haud ingratum fore compluribus libri lectoribus, ſi de ſingulis eiusmodi argumentis ampliorem alibi a me in lucem poſitis verbo admoniti fuerint.

Scrib. Goettingae d. 15. Ian. 1776.

---



Digitized by Google

Ad TERTIAM EDITIONEM non eſt quod moneam, niſi quod emendatae iterum ſint ſpeciales nonnullorum argumentorum tractationes, et quod acceſſerit nouus liber XVII. de modo perſequendi iura in iure publico fundata, nouaque paſſim allegatio libri interim a me editi ſub titulo Beyträge zum Teutſchen Staats- und Fürſtenrechte I. Th. 1777., II. 1779. 8. Continuata quoque eſt ſeries der auserleſenen Rechtsfälle III. Band 1. Th. 1777., 2. Th. 1778. Denique prodiit, quam priorum editionum in praefationibus adnunciaueram, litteraria iuris publici deſcriptio: Litteratur des Teutſchen Staatsrechts I. Th. 1776., II. 1781. 8., quam tertia pars mox volente Deo excipiet. Scrib. Goettingae d. 18. Dec. 1781.

I. CON-

Digitized by Google

# I. CONSPECTVS GENERALIS TOTIVS IVRIS PVBLICI.

Ivs pvblicvm tractat *iura et obligationes reipublicae et imperantis*, adeoque disquirit

I. quod ad *ſubiectum* attinet

A. *reſpublica* quaenam ſit lib. I. p. 14:

1. *geographice*, vbi de *finibus imperii* quaeritur, et de nexu imperii Germanici et *Romani* cap. I. II.

2. *politice*

a. quaenam indoles reipublicae? vbi de *forma reipublicae* et de *ſtatu religionis* agitur cap. III. IV.

b. quibus *fundamentis* haec conſtitutio reipublicae nitatur? tam in vniuerſum ſcilicet *legibus fundamentalibus* et *obſeruantia*, quam ratione ſingulorum ciuium *nexu feudali* et *homagio* cap. V-VII.

B. *Imperans* quis ſit? lib. II. p. 52. nimirum

1. *imperator* cap. I.

2. *ſtatus imperii* cap. II-VII.

II. *Obiectum* iuris publici verſatur

A. in *iuribus et obligationibus* reipublicae et imperantis

1. in *ſtatu* imperii Germanici *interno*

a. *viuo imperatore*

α. *in ſuo cuiusque territorio et familia*, et quidem

I) *imperatoris et ſtatuum*

A) in *regimine*; vbi tractantur

1) *generalia de iure et modo regiminis*

a) *ex conſtitutione et vſu Germaniae in genere* lib. III. p. 109.

b) ſigillatim de iure et modo regiminis

α) *imperii*, lib. IV. p. 121.

β) *rerumpublicarum Germaniae ſpecialium* lib. V. p. 181.

 2) *ſin-*

2) *ſingula iura* regiminis, eaque
a) *politica*
α) citra nexum feudalem
A. *generalia* LIB. VI. p. 208.
B. ſpecialia
a. *immanentia*
α *eſſentialia* LIB. VII. p. 262.
β *accidentalia* LIB. VIII. p. 356.
b. *transeuntia* LIB. IX. p. 407.
β) *ex nexu feudali* LIB. X. p. 431.
b) *eccleſiaſtica* LIB. XI. p. 447.
B) in *familia* et *negotiis priuatis* LIB. XII. p. 491.
II) *immediatorum non ſtatuum* LIB. XIII. p. 507.
β. *extra* ſuum cuiusque *territorium* LIB. XIV. p. 516.
b. *in interregno* LIB. XV. p. 526.
2. *extra Germaniam* LIB. XVI. p. 562.
B. in *modo perſequendi* iura in iure publico fundata LIB. XVII. p. 571.

---

## II. CONSPECTVS SPECIALIS SINGVLORVM LIBRORVM.

### LIB. I. *Notitia imperii Germanici*

I. *geographica* docet
A. *fines imperii Germanici* CAP. I. p. 14.
B. nexum *Italiae et imperii Romani* cum imperio Germanico CAP. II. p. 20.
II. *Politica* imperii Germanici notitia conſiderat
A. indolem reipublicae
1. quod ad *formam reipublicae* attinet CAP. III. p. 25.
2. quod ad *ſtatum religionis* in imperio Germanico CAP. IV. p. 32.
B. fundamenta, quibus haec conſtitutio reipublicae nititur
1. in vniuerſum
a. *leges fundamentales* CAP. V. p. 37.
b. *obſeruantiam* et analogiam CAP. VI. p. 43.
2. ratione ſingulorum ciuium, quae ſunt *nexus feudalis* et *homagium* CAP. VII. p. 52.

LIB.

Digitized by Google

Lib. II. Ad quaeſtionem: *quis ſit imperans* in Germania? reſpondetur:

I. *Imperator*, de cuius perſona agit cap. I. p. 52.

II. *Status imperii*, quorum

A. variis de *diuiſionibus in genere* agit cap. II. p. 65.

B. ſigillatim

1. ex diuiſione ſtatuum collegiali

a. de *electoribus* eorumque collegio agit cap. III. p. 75.

b. de *ſenatu principum*, et, quae in eo continentur, ſcamnis eccleſiaſtico et ſeculari, atque collegiis *comitum* et *praelatorum* cap. IV. p. 83.

c. de *ciuitatibus imperii* cap. V. p. 98.

2. de diuiſione ſtatuum in decem imperii *circulos* cap. VI. p. 101.

3. de *corpore euangelicorum et catholicorum* cap. VII. p. 107.

Lib. III. *De regimine in vniuerſum* primum *ex conſtitutione et vſu Germaniae in genere* conſideratur

I. *ius regiminis*, ſeu ſuprema poteſtas in imperio Germanico in genere quomodo ſe habeat? cap. I. p. 109.

II. *Modus regiminis*, cap. II. p. 113.

Lib. IV. Sigillatim *de iure et modo regiminis imperii* traditur

I. *ius regiminis imperii* cap. I. p. 121.

II. *modus regiminis imperii* cap. II. p. 126.

A. quatenus ab ipſo *imperatore* exercetur cap. III. p. 133.

B. quatenus agitur de conſilio vel conſenſu ſtatuum imperatori praebendo

1. ſigillatim
a) in conuentibus imperii vniuerſalibus
α) in *comitiis imperii* CAP. III. p. 133.
β) in *deputationibus imperii* CAP. IV. p. 158.
b) in *conuentibus* ſtatuum imperii *particularibus* CAP. V. p. 164.
2. vniuerſe, quatenus in conuentibus eiusmodi quaeritur
a) de vi maiorum et *iure eundi in partes* CAP. VI. p. 170.
b) de *variis* aliis, quae circa modum deliberandi enaſci ſolent, *controuerſiis* CAP. VII. p. 178.

---

LIB. V. De regimine *rerumpublicarum Germaniae ſpecialium* in genere vt agatur, conſideranda ſunt

I. *territoria*
A. quod ad *conſtitutionem eorum internam* in genere attinet, CAP. I. p. 181.
B. quod ad *ius et modum regiminis* eorum attinet
1. ratione *ordinum prouincialium* CAP. II. p. 190.
2. ratione *ſubordinationis* regiminis territorialis *ſub regimine caeſareo* CAP. III. p. 196.
3. ratione eorum, quae circa *perſonam principis* obſeruanda ſunt CAP. IV. p. 200.
II. *ciuitates imperii* CAP. V. p. 201.

---

LIB. VI. De *ſingulis iuribus regiminis* caeſarei ac territorialis, iisque primum (politicis et citra nexum feudalem conſideratis) *generalibus*, praemiſſa diſtinctione inter generalia et ſpecialia iura regiminis CAP. I. p. 208.

I. de *iure ſupremae inſpectionis*, eiusque acceſſorio iure impertiendi negandiue *conceſſiones et confirmationes* agit CAP. II. p. 209.
II. de *poteſtate legislatoria* agit CAP. III. p. 214., et de adnexo *iure priuilegiorum* CAP. IV. p. 219.

III. de

III. de iure *munerum publicorum* honorum et praecedentiae CAP. V. p. 224.

IV. de poteſtate *exſequendi* et *puniendi* CAP. VI. p. 235., et de *iure fiſci* CAP. VII. p. 241.

V. de *iure tributorum* CAP. VIII. p. 244., et quidem

A. de reditibus *auctoritate caeſarea* colligendis SECT. I. p. 244.

B. de reditibus *auctoritate territoriali* colligendis SECT. II. p. 251.

VI. de *iure eminenti* CAP. IX. p. 260.

---

## LIB. VII. De *iuribus* regiminis caeſarei et territorialis *ſpecialibus*, iisque primum *immanentibus* et eſſentialibus

I. de *poteſtate iudiciaria* agit CAP. I. p. 263. et quidem

A. de *natura poteſtatis iudiciariae in genere* SECT. I. p. 263.

B. ſigillatim de *re iudiciaria imperii*

1. de *ordinatione inſtantiarum* in imperio

a. ſub *ſuprema inſtantia* amborum *ſummorum* imperii *tribunalium*

α. quod ad *conſtitutionem* horum *iudiciorum* attinet, ſigillatim

I) ipſorum amborum tribunalium, veluti

A) *camerae imperialis* SECT. II. p. 265.

B) *conſilii imperialis aulici* SECT. III. p. 282.

II) de inſtantia *Auſtraegali* SECT. IV. p. 290.

β. quod ad *iurisdictionem* attinet, et quidem

I) e regula

A) ratione *immediatorum* SECT. V. p. 295.

B) ratione *mediatorum* SECT. VI. p. 300.

II) per modum exceptionis, quatenus

A) iurisdictio caeſarea ſingulari ratione adhuc fundata eſt

1) in *iudiciis caeſareis provincialibus* SECT. VII. p. 307.

2) aliaue ratione adhuc *in mediato* SECT. VIII. p. 310.

B) quatenus fines regundi ſunt inter *cauſas iuſtitiae et regiminis*, ideoque *exemtae* nonnullae cauſae a iurisdictione ſummorum tribunalium SECT. IX. p. 313.
b. de *amborum* imperii *tribunalium habitu erga ſe inuicem* SECT. X. p. 320.
2. de exitu poteſtatis iudiciariae in ſuprema inſtantia
a. de *exſecutione* eorum, quae iudicata ſunt a ſummis imperii tribunalibus SECT. XI. p. 326.
b. de *remediis*
α. ordinariis
I) *aduerſus iudicata cameralia* SECT. XII. p. 328.
II) *aduerſus concluſa conſilii imperialis aulici* SECT. XIII. p. 335.
β. extraordinariis
I) de *recurſu ad comitia* SECT. XIV. p. 337.
II) de *recurſu ad viſitatores camerae imperialis* SECT. XV. p. 342.
II. de *poteſtate criminali* CAP. II. p. 346.
III. de *iure politiae* CAP. III. p. 350.

---

LIB. VIII. De *regalibus immanentibus accidentalibus*

I. nominatim
A. de iure promouendi ſalutem publicam, ſigillatim de iure circa *commercia*, *vias publicas* ac *flumina*, et de iure *vectigalium* CAP. I. p. 356.
B. de iure *monetae* CAP. II. p. 367.
C. de iure *poſtarum* CAP. III. p. 381.
II. generatim
A. de *reliquis* nonnullis iuribus, in quibus de *iure caeſareo vel territoriali* quaeritur, agit CAP. IV. p. 390.
B. de *regalibus mere territorialibus*, modo controuerſis paſſim cum ordinibus prouincialibus CAP. V. p. 397.

---

LIB. IX. de *regalibus transeuntibus*, agit

I. de iure *foederum* et *belli* ſingulorum ſtatuum CAP. I. p. 407.

II. de

Digitized by Google

II. de *bello imperii* CAP. II. p. 416.
III. de *aſſociatione circulorum* CAP. III. p. 426.
IV. de *iure pacis* CAP. IV. p. 427.

---

LIB. X. de iuribus et obligationibus imperatoris et ſtatuum circa *feuda imperii atque ſtatuum*

I. de *feudis imperii* CAP. I. p. 431.
II. de *feudis*, quorum *domini directi* ſunt *ſtatus* imperii CAP. II. p. 444.

---

LIB. XI. de *iure publico eccleſiaſtico* agit

I. de iuribus et obligationibus caeſaris et ſtatuum circa *religionem* et *eccleſiam*
A. de iuribus iſtis intuitu *catholicorum* inter ſe inuicem CAP. I. p. 447.
B. de iuribus et obligationibus caeſaris ac ſtatuum circa religionem et eccleſiam *euangelicam* per ſe conſideratam CAP. II. p. 458.
C. de iuribus et obligationibus *diuerſarum religionum* inter ſe inuicem CAP. III. p. 467.
II. de *modo perſequendi* ius, quod alicui eſt religionis intuitu, ſeu de modo componendi *grauamina religionis* CAP. IV. p. 481.

---

LIB. XII. de *iure priuato principum*, ſeu de iuribus et obligationibus imperatoris et ſtatuum in negotiis priuatis, agit

I. de iure priuato principum *in genere* CAP. I. p. 491.
II. de iuribus *ſucceſſionis* familiarum Germaniae illuſtrium CAP. II. p. 493.
III. de *reliquis* priuatis familiarum illuſtrium iuribus CAP. III. p. 504.

---

LIB. XIII. de membris imperii *immediatis non ſtatibus* agit

I. de *nobilitate immediata* imperii CAP. I. p. 507.

II. de

Digitized by Google

II. de *Ganerbinatibus* aliisque bonis immediatis citra nobilitatem imperii CAP. II. p. 513.
III. de *pagis imperii* CAP. III. p. 514.

---

LIB. XIV. de iuribus et obligationibus, quae paſſim ſunt membris imperii immediatis *extra ſuum cuiusque territorium*, agit

I. de iuribus et obligationibus eiusmodi *in genere* et quatenus haud controuertuntur CAP. I. p. 516.
II. de controuerſiis ſuper immedietate vel *exemtione* indeque paſſim nata ſingulari nonnullorum imperii membrorum conditione CAP. II. p. 522.

---

LIB. XV. de *interregno* et *electione noui imperatoris* agit

I. de *interregno* et *iuribus vicariorum* imperii CAP. I. p. 526.
II. de electione imperatoris, ſcilicet
1. ipſius imperatoris
a. de *electione* CAP. II. p. 537.
b. de *coronatione* CAP. III. p. 547.
2. de *rege Romanorum* CAP. IV. p. 557.

---

LIB. XVI. de iuribus et obligationibus caeſaris et imperii *extra Germaniam* agit

I. intuitu *Italiae* CAP. I. p. 562.
II. intuitu reliquorum *exterorum* CAP. II. p. 565.

---

LIB. XVII. agit de *modo perſequendi iura* in iure publico fundata p. 571.

---

PROLE-

Digitized by Google

# PROLEGOMENA.

§. 1.

Quamprimum POPVLVS, tamquam *congeries plurium familiarum* ſeu potius *vniuerſitatum e pluribus familiis ſingulisue accolis conſiſtentium* antehac in libertate et aequalitate naturali conſtitutarum, *communis ſecuritatis ac felicitatis cauſa ſub vna ſuprema poteſtate vnitur*, adeoque iam CIVITATEM ſeu REMPVBLICAM conſtituit; inter eum eosue, qui hac ſuprema poteſtate muniuntur, ipſumque populum *neceſſe* eſt *pacto* definiatur *ſumma poteſtas*, cum vniuerſe, *penes quem* vel quos ea eſſe debeat, *et quo modo* exercenda ſit, tum *ſingula* eius *iura* quonam ambitu quibusue limitibus contineri debeant. Quale pactum ſiue in expreſſa *lege fundamentali* conſiſtat, ſiue tacito dunxtaxat conſenſu et *obſeruantia* nita-

*I) Notio iuris publici I) particularis;*



Digitized by Google

nitatur, *quaecumque iura et obligationes ſupremae poteſtatis* definit, IVS PVBLICVM POSITIVVM et PARTICVLARE eius ciuitatis conſtituit. Neque enim ſuo quaeque ciuitas iure publico peculiari carere poteſt.

2) *iuris publici vniverſalis;* §. 2. Si qua dantur *omnium* ciuitatum *communia* ſupremae poteſtatis *iura*, eaque *ex natura ciuitatis erui* poſſunt; eiusmodi *ſcientia iurium et obligationum ſupremae poteſtatis ex principiis vniverſalibus collecta* efficit IVS PVBLICVM VNIVERSALE, partem philoſophiae iurisque naturalis; ſtudium non ſolum *vtile* ad concinnandam theoriam cuiusque iuris publici particularis, ſed et *neceſſarium* haud raro ad decidendas quaeſtiones iure publico particulari aut prorſus non, aut non ſatis definitas.

3) *iuris gentium;* §. 3. *Plures ciuitates inter ſe inuicem* tamquam liberae GENTES conſiderari et agere poſſunt tamquam *perſonae morales*, in plena libertate et aequalitate naturali conſtitutae. Hoc reſpectu I) earum iura et obligationes non aliam habent normam, quam ex IVRE GENTIVM VNIVERSALI, quod eſt *pars iuris naturae adplicati ad habitum gentium inter ſe inuicem.* Datur tamen II) *ex vſu Europae* IVS GENTIVM quodammo-

Digitized by Google

dammodo POSITIVVM, aut ſi mauis PRACTICVM gentium Europaearum (a). Immo III) ſi *perpetua* vnius gentis *iura*, alterius obligationes dantur, eae vtriusque gentis *ad ius publicum* ſpectant. Ad haec IV) in republica compoſita, qualis eſt imperium Germanicum, inter ipſa *eiusdem reipublicae membra inter ſe inuicem* iuris gentium vſus eſſe poteſt.

(a) Ad ius gentium tam practicum quam vniverſale quin etiam ad ius publicum vniuerſale poſt GROTIVM et PVFENDORFIVM commendari meretur *Le droit des gens par Mr. de* VATTEL, Leid. 1758. 4.

§. 4. Quidquid totum populum eosue, qui eum repraeſentant, concernit, PVBLICVM *quaſi populicum* dicitur, ſiue in ſpecie iuris publici, ſiue iuris gentium ſit negotium. Quidquid ſingula reipublicae membra concernit, non totum populum eiusue repraeſentantes; id PRIVATVM dicitur. Iura itaque et obligationes ſingulorum ciuium, quae non ſunt iuris publici vel gentium, ſunt IVRIS PRIVATI, id quod ſecus, ac ius publicum, etiam ſi ciuitas non eſſet, locum habere poterat; ſicuti viciſſim vna cum ciuitate neceſſario quoque ius publicum eiusdem ciuitatis adeſſe debet, ius priuatum non aeque. Fieri tamen poteſt, vt iura priuata legibus ciuilibus poſitiuis magis definiantur. 4) *iuris priuati.*



Digitized by Google

Vnde generatim IVS PRIVATVM abſoluitur *iuribus et obligationibus ſingulorum ciuium, in quibus non ſimul agitur de iuribus et obligationibus reipublicae ſummaeue poteſtatis.* Ceterum perinde eſt, ſiue agatur de iuribus eiusmodi ciuium inter ſe inuicem, ſiue de obligatione ciuis et iure extranei. In monarchia ſi qua *principis* iura et obligationes, quae ad eius *familiam* ceteramue *conditionem priuatam* ſpectant, lege fundamentali definita ſunt, etiam ea ad ius publicum eius monarchiae pertinent; quae non definita ſunt, ſolo ex iure diuino vel naturali diiudicari debent, niſi qua conſuetudo principum Europae, perinde circiter, ac ius gentium practicum, IVS quoddam PRIVATVM PRINCIPVM generale fundare potuerit.

*II) Fines iuris publici aliarumque diſciplinarum.*

§. 5. Recte itaque abſoluitur IVS PVBLICVM *iuribus et obligationibus cuiusque reipublicae et imperantis.* Nec difficile ſic *fines* iuris publici reguntur, quibus tum a *iure priuato*, tum a *politica*, tum a *notitia reipublicae,* aliisue diſciplinis adfinibus terminatur.

*III) Hiſtoria iuris publici.*

§. 6. Imperii Germanici ius publicum quas *viciſſitudines* habuerit, quibusque *legibus* ſtabilitum atque hodiernam in conditionem deductum fuerit, ex *hiſtoria imperii* pragmatica, hanc *hiſtoriae iuris*

partem

partem comprehendente, hic ſupponitur. Nec vel ſatis ceterum, vt ne confundatur *hiſtoriae* iuriſque publici ſtudium, vna cum reliquis in hac diſciplina obſeruandis *cautionibus*, commendari poteſt.

§. 7. Quamdiu Germanis ius in viribus poſitum erat, cultura huius ſtudii (a) vix prius, quam depulſa eſſet *medii aeui* barbaries, exſpectari poterat (b). Poſt inſtauratam *pacem publicam* ac *tribunal camerale* inſtitutum varia, quae ad ius publicum pertinent, interſperſa primum deprehenduntur *obſeruationibus* aliiſque collectionibus rerum in illo tribunali deciſarum (c), nonnulla quoque aliorum ICtorum conſiliis (d), donec *ſub initium ſeculi XVII.* accederent *partim* ſcriptores de iurisdictione et regalibus (e), *partim* commentatores ad auream bullam (f), *partim* primi iuris publici ſub hoc nomine tractati auctores (g); omnes autem nimis inhaerentes iuri Romano longeque alieni a vero ex iure publico vniuerſali, hiſtoria, legibus actiſque publicis deriuando fonte.

*IV) Notitia litteraria 1) hiſtoria ſtudii, a) ante Conringium,*

(a) Vberiorem *hiſtoriam iuris publici litterariam* dedi in der Litteratur des Teutſchen Staatsrechts, Göttingen I. Th. 1776., II. 1781. 8.

(b) Vnicus hic nominari meretur Petrus de Andlo, cuius circa a. 1460. *de imperio Romano* conſcri-



Digitized by Google

conſcriptos libros duo primum edidit Marq. Frehervs iunctis compluribus aliorum tractatibus ſub titulo: *Repraeſentatio reipublicae Germanicae* &c. Norib. 1612., edit. II. 1657. 4.

(c) In primis huc pertinent *obſeruationes*, quas ediderunt a. 1563. 1571. 1584. Ioachim Mynsinger (n. 1514., prof. Friburg. 1535., aſſ. cam. 1548., cancellarius Brunſuicenſis 1555. † 1588.), et a. 1578. Andr. Gail. (n. 1525., aſſ. cam. 1558., conſil. imp. aul. 1569., canc. Colon. † 1587.), deinde *deciſiones* Ioannis Meichsneri (aſſ. cam. 1572 - 1696.) editae 1603. ſq.

(d) E. g. Hennig. Goden *conſilia*, Viteb. 1544.

(e) Huc pertinent 1) Andr. Knichen *de iure territorii*, Francof. 1600.; 2) Tob. Pavrmeister *de iurisdictione imperii Romani*, Hanou. 1608.; 3) Matth. Stephani *de iurisdictione*, Francof. 1608.; 4) Regn. Sixtinvs *de regalibus*. Marb. 1617.

(f) Sic prodiere comm. *in A. B.* 1) Gerl. Bvxtorf 1612.; 2) Mart. Rvmelini 1619.

(g) Hic primo loco nominari merentur Dominici Arvmaei (n. 1579. prof. Ien. † 1637.) discurſus *de iure publico*, Ien. 1616 - 1623., et Theod. Reinking tract. *de regimine ſeculari et eccleſiaſtico* ſeu breuior et methodica *iuris publici* delineatio, edit. II. Baſil. 1622. 8. Quibus iungenda, quae de iure publico ſcripſerunt Dan. Otto *Ien.* 1616., Quirinus Kvbach 1618., Chph. Bainsdorf *Ien.* 1619., Henr. Chriſt. a Griesheim *Roſt.* 1620., Ge. Bravtlacht *Ien.* 1621., Caſp. Manz *Ingolſt.* 1623.

b) *poſt Conringium,*

§. 8. Plus lucis accenderunt iuri publico *primi actorum publicorum collectores* (a), quibus iam vti coepit Ioannes Limnaevs (b). In primis autem

autem poſt *nouam* a CONRINGIO (c) et ab HIPPOLITHO A LAPIDE (d) inuectam *methodum* multo plures multoque maiore cum ſucceſſu huic ſtudio inſudarunt (e); maxime poſt noua Henrici COCCEII (f) nouaeque *academiae Halenſis* duumuirorum LVDEWIGII et GVNDLINGII molimina (g), quibus praeeuntibus tum maior in lucem prodiit actorum publicorum copia (h), tum haud disparibus meritis inclaruerunt partim coaeui et aemuli (i), partim diſcipuli illorum (k).

(a) Sunt hi potiſſimum 1) Melch. GOLDAST (n. 1576. † 1635.), qui *conſtitutiones imperiales* aliaque acta publica variis ſub titulis edidit 1607. ſq.; 2) Fried. HORTLEDER (n. 1579. † 1640.) collector *actorum belli Smalcaldici* 1617. 1618.; 3) Mich. Caſp. LONDORP collector *actorum publicorum ſeculi XVII.* tom. 18. Francof. 1621. ſq.

(b) Ioannes LIMNAEVS (n. 1592., conſiliar. Onold. † 1663.) ſcripſit in primis *de iure publico* libros IX. tomis IV. 1628. ſq., notasque *ad capitulationes caeſareas.*

(c) Herm. CONRING (n. 1606., prof. Helmſt. † 1681.) non tam ipſe quidem ius publicum elaborauit, quam naeuos in eo emendandos indicavit, viamque melioris doctrinae docuit; primum praeſertim in *praefatione ad Tacitum de moribus Germ.* 1635., deinde in libro *de imperio Romano* 1644. longaque alia ſcriptorum ſerie, veluti *de finibus imperii*, *de vrbibus Germ.*, *de ducibus et comitibus*, *de capitulatione caeſarea* &c.

(d) Hippolithvs ſcil. a Lapide, ſeu potius Bogisl. Phil. de Chemnitz (n. 1605. † 1678.) *de ratione ſtatus imperii Rom. Germ.* 1640.

(e) Praeſertim hic nominari merentur: 1) Severin. de Monzambano ſeu potius Sam. Pufendorf (n. 1631. † 1694.) *de ſtatu imperii Germanici*, 1667.; 2) Ioh. Schilter (n. 1632. † 1705.) variis ſcriptis *de libertate eccleſiae Germ.*, *de comitum iure et praerogatiua* &c.; 3) Ioh. Wolfg. Textor (n. 1637. † 1701.) in *iure publico caeſareo* et *ſtatuum;* 4) Io. Nic. Hert (n. 1641. † 1710.) variis *opuſculis* et *conſiliis;* 5) Nic. Chph. de Lynker (n. 1643. † 1726.) in *conſpectu iuris publ.*, variisque *diſſ.* et *reſponſis;* 6) Caesarinvs Fürstenerivs, ſeu potius Gottfr. Wilh. de Leibnitz (n. 1646. † 1716.) *de iure ſuprematus ac legationis principum Germaniae*, 1678.; 7) Io. Ge. Kvlpis (n. 1652. † 1698.) variis *opuſculis*; 8) Gabr. Schweder (n. 1648. † 1735.) *compendio iuris publici*, Tübing. 1681.; 9) Phil. Reinh. Vitriarivs († 1717.) *inſtitutionibus iuris publici*, 1686.; 10) Iac. Bernh. Mvlz in *repraeſentatione maieſtatis imperatoriae*, Oetting. 1690. fol.; 11) Io. Phil. Datt (n. 1654. † 1722.) *de pace publica*, 1695.

(f) Henr. Cocceii (n. 1644., 1672. prof. Viadr. † 1719.) in *iuris publici prudentia* 1695. aliisque ſcriptis nouum fere ſyſtema iuris publici, ſed non ſine hypotheſium fallacia, formauit.

(g) Ipſi quidem illi duumuiri, Ioh. Pet. de Lvdewig (n. 1670. † 1743.) et Nic. Hier. Gvndling (n. 1671. † 1729.), quorum ille iam 1694. *de principatu Arauſionenſi*, hic 1706. *de iure oppignorati territorii* ſcribere coepit, non tantum multitudine ſcriptorum iuris publici, ſed et copia praeſertim auditorum doctrinas ſuas, qua fere patet Germania, expanderunt. Neque tamen negligenda ſunt, quae praeter eos ſcribendo, docendo, conſulendo praeſtiterunt eiusdem Frie-

deri-

Digitized by Google

dericianae anteceſſores Sam. STRYCK (n. 1640. † 1710.), Io. Sam. STRYCK (n. 1668. † 1715.), Chriſtian. THOMASIVS (n. 1655. † 1728.), Iuſt. Henr. BOEHMER (n. 1674. † 1749.), Io. Gottl. HEINECCIVS (n. 1680. † 1741.).

(h) E *nouioribus actorum publicorum collectionibus* hic nominaſſe ſufficiat Anton Fabers Europäiſche Staatscanzley tom. 1-115. 1695-1759.; *Electa iuris publici* tom. 1-20. 1709-1725.; et Johann Chriſtian Lünigs Reichsarchiv tom. 1-24. Leipz. 1710-1722. fol.

(i) *Coaeui* iique partim aemuli *Halenſium* iuris publici doctorum fuerunt 1) Henr. HENNIGES († 1711.) clarus praeſertim *meditationibus ad inſtr. pacis Weſtph.* 1706-1712.; 2) Ioh. WERLHOF (n. 1660., 1686. prof. Helmſt. † 1711.) *notitia S. R. I.* 1695., et *iure publ. enucleato* 1705. &c.; 3) Gottl. Gerh. TITIVS (n. 1661. † 1714.) *ſpecimine iuris publ.* 1698. 1705.; 4) Io. Fried. PFEFFINGER comm. *ad Vitriarium*; 5) Ge. Melch. de LVDOLF (n. 1667., 1711. aſſ. cam., † 1740.) *de comitiis* 1696., *de iure primogeniturae* 1703., *de iure feminarum illuſtrium* 1711., *de iure camerali* 1714. &c.; 6) Burch. Gotth. STRVV (n. 1671. † 1738.) *ſyntagm. iuris publ.* 1711. &c.; 7) Gottl. Sam. TREVER (n. 1683. † 1743.) *de circulis imp.* 1722. &c.; 8) Iac. Car. SPENER (n. 1685. † 1730.) *iure publ.* 1723. ſq.; 9) Io. Iac. MASCOV (1715. prof. Lipſ. † 1761.) *de orig. offic. aul.* 1718., *principiis iuris publ.* 1729.; 10) Chriſt. Gottfr. HOFMANN (n. 1692. 1718. prof. Lipſ. 1723. prof. Viadr., † 1735.); *bibliotheca et compendio iuris publ.*; 11) Ioh. Wilh. HOFMANN (n. 1710. † 1739.) variis *diſſ.*; 12) Chr. Gottl. BVDER (n. 1693. † 1763.) variis *opuſculis* 1725. ſq.

(k) Ex *ſchola Halenſi* prodierunt in primis Died. Herm. KEMMERICH (n. 1677. † 1745.); Io. Gottfr. de MEIERN (n. 1692. † 1745.); Io.



Digitized by Google

Iac. Schmavss (n. 1690. † 1757.); Dav. Ge. Strvbe (n. 1694. † 1775.); Io. Ge. Estor (n. 1699. † 1773.); Henr. Chr. L. B. de Senkenberg (n. 1704. † 1768.); Io. Iac. Reinhard (n. 1714. † 1772.).

c) *poſt Moſerum.*

§. 9. Noua iterum ratione eaque magis *pragmatica* ius publicum tractauit Ioannes Iacobus Moservs (a). Poſt quem ſi qui vlteriores in hoc ſtudio ſunt progreſſus facti, niſi fallor, debentur ii partim *philoſophiae* noſtro aeuo magis cultae, partim *litteris elegantioribus* feliciter inſtauratis. Neque praetereunda denique ſunt frequentiora hodie *catholicorum* (b) et vel *exterorum* quoque (c) de hoc ſtudio merita.

(a) E ſcriptis Moseri (n. 1701.) praeſertim huc pertinet *compendium iuris publici*, 1731.; Teutſches Staatsrecht tom. 1-50. 1737-1753., eiusque epitome et continuatio inſcripta von Teutſchland, vom Kayſer, von Reichsſtänden ꝛc.

(b) E catholicis nouioribus in primis inclaruerunt Io. Caſp. Barthel, Io. Adam L. B. de Ickstadt, Io. Pet. Bannizza, Io. Henr. Bocrisivs, Io. Iac. Ioſ. Sündermahler, Val. Franc. de Emmerich, Ge. Chph. Neller, Io. Horix, Wig. Xav. Aloyſ. de Kreittmayr, &c.

(c) Inter alia laudari meretur opera Ludouici Gabrielis du Buat, Galliae regis ad imperium legati, qui compendium iuris publici Schmauſſianum Gallice verſum cum notis edidit ſub titulo: *Tableau du gouvernement actuel de l'Empire d'Allemagne*, Paris 1755. 8. Cui iungi poſſunt *Inſtitutions au droit public d'Allemagne* (par Mr. Gerard) Lipſ. et Züllich. 1760. 8.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. In ordinanda BIBLIOTHECA IVRIS PVBLICI primum merito locum occupant I) *fontes*, cum leges imperii fundamentales (a) tum alia acta publica (b). Quibus iungendi II) *commentatores* ad leges iſtas (c); deinde III) *ſyſtemata* et compendia iuris publici (d); IV) miſcellanea iuris publici *opuſcula* (e); V) *tractatus* et *diſſertationes* de ſingulis huius ſtudii argumentis (f); VI) *deductiones* cauſarum illuſtrium (g); et VII) *litteraria* iuris publici ſubſidia (h). 2) *Bibliotheca iuris publici.*

(a) Praeter inſignem numerum legum imperii ſeorſum editarum in primis hic commendari poſſunt *collectiones receſſuum imperii*, praeſertim quae prodierunt Mogunt. 1666. et Francof. 1747. fol., atque *corpora iuris publici*, praeſertim Schmauſſianum, ex edit. nouiſſ. 1774. Quod ad modum allegandi attinet, commendandus eſt ordo chronologicus praecipuarum imperii legum memoriae imprimendus, vna cum compendio litterarum, quod hic vſitari ſolet, veluti A. B., R. I., R. D., R. I. N., Conc. N. G., O. C., C. O. C., R. V., P. W., I. P. O., I. P. M. &c.

(b) Vide e. g. ſupra §. 8. not. *a*. et *b*. E noviſſimis dolendum non continuari potuiſſe egregium opus, quod ſuſceperat Io. Iac. MOSER ſub titulo: Teutſches Staatsarchiv 1751-1757. tom. 13., cum ſupplementis ſub tit.: Sammlung der neueſten Deductionen 1752-1754. tom. 8.

(c) Praeſertim commendari poſſunt, quae *ad A. B.* commentati ſunt Io. Pet. de LVDEWIG 1716. 1719., et Io. Dan. OLENSCHLAGER 1766.; *ad P. W.* Henr. HENNIGES 1706-1712.; *ad R. I. N.* Seu. Theod. NEVRODES 1752.; *ad capitulatio-*

Digitized by Google

*tulationes caeſareas.* Io. Limnaevs 1657., et Io. Iac. Moser 1742. 1744.

(d) Huc pertinent Limnaei, Pfeffingeri, Strvvii, Speneri, Moseri, Mascovii aliorumque partim in ſuperioribus iam nominata opera.

(e) Intelligo hic potiſſimum e. g. Hert. *opuſcula*, **Eſtors** kleine Schriften, Senkenberg *meditationes*, Bvderi *amoenitates*, *ſymmicta*, *opuſcula* &c., **Struben** Nebenſtunden und rechtliche Bedenken, **Moſers** vermiſchte Schriften, Nebenſtunden, neue Staatsſchriften ꝛc., **Reinhards** kleine Ausführungen, **Cramers** Wetzlariſche Nebenſtunden, meine Beyträge zum Teutſchen Staats= und Fürſtenrechte I. Th. 1777., II. 1779. 8. ꝛc. Quibus iungi etiam poterit *Repertorium iuris publici* mit **Buders** Vorrede, Jen. 1751. 4.

(f) *Notitiam diſſertationum et tractatuum iuris publici* ſuppeditant potiſſimum *bibliotheca iuris* Lipenio-Ienicheniana ex edit. nouiſſ. Lipſ. 1757. fol., item *elementa* mea *iuris publici*, edit. IV. 1766. et Franc. Dom. Haeberlin *notae ad Pertſchii adnotationes in compendium iuris publ. Schmauſſ.* Brunsv. 1761. 8.

(g) Conf. Joh. Chriſt. **Lünigs** bibliotheca deductionum, vermehrt von Gottl. Aug. **Jenichen**, Lpz. 1745. 8. und Deductions=Bibliothek von Teutſchland (von Chph. Sig. v. Holzſchuher) Frf. u. Lpz. I. Th. 1778. II. 1779. 8.

(h) Speciatim commendandae hic *bibliothecae iuris publici*, quas ediderunt Io. Iac. Moser 1729., Chr. Gottfr. Hofmann 1734., C. L. Bilderbeck (vor dem Teutſchen Reichsſtaat) 1738. Quibus iam addi poteſt meine Litteratur des Teutſchen Staatsrechts I. Theil 1776., II. 1781. 8.

§. 11.

§. 11. *Ambitus iuris publici* Germanici abſoluitur duabus enucleandis quaeſtionibus: I) quinam ſint, de quorum iuribus et obligationibus hic agitur; quaenam nempe *respublica*, et quis eius *imperans?* adeoque quid et quale ſit imperium Germanicum, et quinam ſint imperator ac ſtatus? deinde II) *iura* eorum et *obligationes* quomodo ſe habeant? *V) Obiectum iuris publici eiusque diuiſio*

LIB. I.

Digitized by Google

# LIB. I.
# IMPERII GERMANICI NOTITIA GENERALIS.

## CAP. I.
## NOTITIA GEOGRAPHICA SEV DE FINIBVS IMPERII GERMANICI.

§. 12.

*Fines Germaniae I) originarii;* GERMANIA *a pluribus* olim *populis*, nominatim a ſeculo V. inde partim a *Venedis*, partim ab *originarie Germanis*, nimirum a Francis, Alemannis ſeu Sueuis, Thuringis, Boioariis, Saxonibus, et Friſiis habitata, ſenſim coaluit in *partem regni Francici*, vsque dum *pacto Verodunenſi* a. 843. hoc diuiſum fuit in tria regna *Franciae orientalis* (ſeu hodiernae Germaniae), *occidentalis* (ſeu hodiernae Galliae), et *Lotharingiae*, quae ab occidentali Francia Rhodano, Arari, Moſa et Scaldi, ab orientali, ſi Moguntiam Spiram Vormatiamque exceperis, Rheno terminabatur.

§. 13.

Digitized by Google

§. 13. Ab hocce Lotharingiae regno *deceſſit* quidem primum 879. REGNVM ARELATENSE ſeu BVRGVNDIAE Cis - et Transiuranae, quarum priorem a Gallia Rhodanus diuidebat, ex quo permixtus Arari fluit, poſterior in Heluetiam ad Arolam Vrſamque et altiſſimum montem S. Gotthardi excurrebat (a). Sed et *iunctum* rurſus hoc regnum imperio Germanico a. 1033., adeoque extenſus tum Germaniae limes fuit ad Rhodanum et Ararim vsque. Attamen poſt auulſam iterum *Heluetiam* (b), aliaque, quae nunc Gallici iuris ſunt (c) aut ad ſedem papalem pertinent (d), hodie hic ſuperſunt modo in nexu regni Germanici I) epiſcopatus *Baſileenſis* (e), II) ducatus *Sabaudiae*, III) comitatus *Montis Belicardi*, IV) ordinis Teutonici *balliuia Alſatiae et Burgundiae*, ad quam complures Sueuiae, Heluetiae et Alſatiae commendae pertinent, V) *feuda* nonnulla imperii *in diſtrictu* quidem *Heluetico* ſita, ſed quae imperio Germanico adhuc vindicantur (f), praeterquam quod VI) *Archiepiſcopi Veſontini* necdum omnino exſtincta ſit in numero ſtatuum memoria (g).

*II) Acceſſiones I) regni Arelatenſis, eiusque reliquiae.*

(a) MASCOV diſſ. *de nexu regni Burgundici cum imp. R. G.* (Lipſ. 1720.) ſect. I. §. 15. 18.

(b) I. P. O. art. 6.

(c)

(c) Auulſae hic, Galliaeque adiectae regiones ſunt *Delphinatus* ex ceſſione Humberti Delphini a. 1343. et 1349.; *Prouinciae comitatus* ex teſtamento Caroli Siciliae regis 1481.; *Breſſia* et *Bugiacum* ex pace Lugdunenſi 1601.; *Burgundiae comitatus* ex pace Neomagenſi 1678.; *Arauſionenſis principatus* ex pace Vltraiectina 1713.

(d) Sedi papali adquiſiti, eique plus vice ſimplici a Gallia erepti, ſed iterum iterumque reſtituti, ſunt *comitatus Auenionenſis* et *Venaſcinus* ex emtione Clementis VI. a. 1348., quam ratam habuit Carolus IV. imp.

(e) Limites epiſcopatus Baſileenſis Galliam verſus definiti ſunt noua conuentione d. 20. Iun. 1780., permutatis inter alia hinc inde dynaſtiis *Franquemont* et *Montjoye*.

(f) *Corp. iur. publ.* p. 1498.

(g) Moſers Staatsr. tom. 34. p. 341.

*2) Acceſſiones regni Lotharingici, ſed detracta iterum a) Alſatia;*

§. 14. Reliquum LOTHARINGIAE regnum (immutatum deinde in ducatum) ad Moſam et Scaldim vsque *acceſſit* Germaniae regno vi pactorum a. 870. 880. 923. 935. 978. inter vtriusque Franciae reges conditorum (a). Eiusque abhinc omnes terrae *iuris Germanici* fuerunt; vti *adhuc ſunt*, quae olim pariter ad Lotharingiam pertinuerunt, terrae Cliuenſes, Iuliacenſes, Colonienſes, Leodienſes, Treuirenſes, Palatinae, Rhingrauicae cet. Sed *deceſſit* primum ALSATIA, quae quidem regni olim, non ducatus Lotharingici pars, primum abhinc ſub ducatu Alemanniae, deinde ſub ſuis ipſius ducibus, poſthaec landgrauiis conſtituta

Digitized by Google

ſtituta fuerat (b), Galliaeque regno *pace Monaſterienſi*, quod ad landgrauiatum et praefecturam Hagenouienſem attinet (c), demum *pace Ryſuicenſi* etiam, quod ad reliqua, plane ceſſa eſt (d).

(a) MASCOV diſſ. *de nexu regni Lotharingici cum imp. R. G.* Lipſ. 1728.

(b) Ioh. Dan. SCHOEPFLIN *Alſatia illuſtrata* tom. II. (1751.) p. 3. ſq.

(c) I. P. M. art. 11. §. 73. in *corp. iur. publ.* p. 828.

(d) PAX RYSVIC. art. 16. in *corp. iur. publ.* p. 1107.

§. 15. Ceterum Lotharingia quum circa annum 954. in duo ducatus diuideretur, ipſius LOTHARINGIAE SVPERIORIS ducatus cum Germanico imperio *nexus*, paullatim in dubium vocatus, pacto Caroli V. imp. Antoniique ducis anno 1542. definitus fuit (a). Sed mox *Metim*, *Tullum* et *Verodunum*, vrbes et epiſcopatus, occupauit Galliae rex a. 1552., plenamque eorum ceſſionem obtinuit pace Monaſterienſi (b), vti plane *totius Lotharingiae ceſſionem* pace Viennenſi d. 3. Oct. 1735. condita (c). b) *Lotharingia ſuperior;*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 110.

(b) I. P. M. art. 11. §. 70.

(c) *Corp. iur. publ.* p. 1459. Nouiſſime demum limitem huius Lotharingiae magis definiit conuentio inter Galliae regem ac principem Saraepontanum inita d. 15. Febr. 1766., adprobata

 ſuffra-

ſuffragio imperii d. 1. Febr. 1768., cum ratificatione caeſarea d. 15. Febr. 1768.

*e) inſignes Lotharingiae inferioris partes.*

§. 16. Lotharingiae inferioris ducatus ſenſim degenerauit in ducatum *Brabantiae*, cum quo tamen reliquae illius prouinciae fere omnes coaluerunt in *familia Burgundica* iunctim cum Burgundiae ducatu et comitatu (a). Sed abhinc quoque dubitari coepit de *nexu* harum prouinciarum cum imperio Germanico, donec denique omnes iſtae prouinciae, excepto Burgundiae ducatu, ad familiam Auſtriacam deuolutae, anno 1512. in numerum circulorum Burgundici nomine referrentur, atque porro de nexu imperii etiam hic tranſigeretur anno 1548 (b). A quo tempore tamen libertate donatae ſunt *ſeptem confoederatae Belgii prouinciae* (c), inſignesque regiones ceſſae *Galliae* regi (d), vti *Pruſſiae* regi pars Geldriae ſuperioris. Quae familiae Auſtriacae ſuperſunt, terrae Burgundicae quatenus adhuc ad Germaniam pertineant, de nouo ab a. 1745. inde in disceptationem venit (e).

(a) Mein Handbuch von Teutſchen Staaten p. 70-89.

(b) *Corp. iur. publ.* p. 118. ſq.

(c) Inſtrum. pacis Hiſpano-Batauum 1648. art. 53. Cuius ratificationem caeſaream d. 16. Aug. 1653. vide in Meiern *actis comitial.* tom.

I. p.

1. p. 407. ſq. Conf. Ioh. L. B. de MEERMANN diſſ. *de ſolutione vinculi, quod olim fuit inter S. R. I. et foederati Belgii reſpublicas*, Lugd. Bat. 1774.

(d) Achenwalls Europäiſche Staatshändel (edit. III. 1767.) p. 109. 146. 207. Super *finibus regundis* corona Galliae ſingulares iniit conventiones cum domo Auſtriaca d. 16. Mai. 1769. a cum epiſcopatu Leodienſi d. 24. Mai. 1772.

(e) Moſer von Teutſchland p. 362.

§. 17. Daniam verſus poſt redditam Danis a Conrado Salico (1036.) marcam *Sleſuicenſem* Eidora terminat Germaniam. Ipſa *Dania*, aeque ac *Polonia*, *Pruſſia*, *Liuonia*, *Hungaria*, an auulſis accenſendae ſint; hiſtorica mere quaeſtio eſt. Diſtrictus *Lauenburg* et *Bütow*, adiecti olim Pomeraniae, originarie Polonica feuda fuerunt, ab a. 1773. inde incorporati ſunt Pruſſiae occidentali. *III) Reliqui Germaniae fines,*

§. 18. BOHEMIA a ſubiectione principum, quos olim habuit Slauonicae originis, et ab *inſtaurato* a. 1708. imperii *nexu* (a) Germaniae pars eſt; eaque antiqua *regiae dignitatis* praerogatiua coruſcans. Bohemiae incorporata olim SILESIA, (vna cum comitatu *Glatz*) hoc ſublato nexu, libera eſt, tituloque vtitur eines ſouverainen Herzogthums, niſi quod reſeruauerit ſibi iura ſua imperium Germanicum (b). *ſpeciatim quoad Bohem. et Sileſ.*

(a) Corp. iur. publ. p. 1135.

(b) Verbis: "mit Vor- und Beybehaltung der „iurium imperii," im R. G. A. vom 14. May 1751. Moſers Staatsarchiv 1751. part. 7. p. 86. ſq.

# CAP. II.

## DE NEXV ITALIAE ET IMPERII ROMANI CVM IMPERIO GERMANICO.

§. 19.

*1) Nexus Italiae*

Extra *Germaniae proprios fines* imperio Germanico, perpetuo, licet inaequali, nexu, adhaeret REGNVM ITALIAE, ſeu quod olim dicebatur LONGOBARDORVM, ita vt *ipſo iure* quilibet *Germaniae rex* ſimul ſit *rex Italiae* ſeu Longobardorum, ſed proceres Italiae non tamen aequales ſtatibus Germaniae cenſeantur.

*quatenus ſuperſtes?*

§. 20. *Nexum* hunc adhuc *agnoſcunt* I) DOMVS AVSTRIACA ratione ducatus *Mediolanenſis* et *Mantuani;* II) REX SARDINIAE cum ratione *Pedemontii* et *Monteferrati*, tum ratione terrarum a ducatu *Mediolanenſi* auulſarum (a); III) DVX

DVX MVTINENSIS ratione ducatus *Mutinenſis, Mirandolae et Concordiae*, et principatus *Nouellarae*, quas in terras exſpectatiuam a. 1771. obtinuit Ferdinandus archidux Auſtriae (b); IV) alii complures Italiae principes ac proceres (c). Speciatim quoque V) *inſtauratus* anno 1718. tractatu Londinenſi magni ducatus HETRVRIAE, ducatuumque PARMENSIS et PLACENTIAE cum imperio nexus eſt (d). *Negatur* autem a rebuspublicis VENETIA, GENVA (e), LVCCA, a papa qua poſſeſſore COMACLI (f), aliisque.

(a) CAPITVL. (1764.) art. 26. §. 1. "Wir ſ. u. w. auch dem Könige von Sardinien als Herzoge von Savoyen — die Belehnung des Herzogthums Montferrat ſowohl, als aller ſeiner übrigen Staaten und Lande, welche er von dem heil. Reiche zu Lehen trägt, — der letzten Inveſtitur de anno 1755. gemäß ertheilen.

(b) Scilicet ad decretum commiſſionis d. 13. Dec. 1770. ſuffragium imperii datum fuit d. 18. Ian. 1771. idque ratificatum d. 30. Ian. 1771. daß nach gänzlichem Abgange des Modeneſiſchen Mannsſtamms über deſſen inhabende Reichslehen die Eventual-Inveſtitur zu ertheilen an den Erzherzog Ferdinand und deſſen Nachkommenſchaft, und bey deren Abgang für ſeine übrige Collateralerben.

(c) Veluti poſſeſſores principatuum *Maſſa* et *Carara*, *Caſtiglione* et *Solferino* etc. Nouiſſime binos marchionatus *Turriliae* et *S. Stephani Vallis auanti* d. 13. Mai. 1760. in principatum imperii et feudum throni euexit Franciſcus I. imp. illorumque poſſeſſori, Iohanni Andreae ab *Auria Landi*, principi Melphi, etc. praedicatum conceſſit

ceſſit *illuſtriſſimi*, item *dilectionis* et *conſanguinei chariſſimi*, vna cum primogeniturae iure, teſte decreto commiſſionis d. 19. Apr. 1762.

(d) Reichsgutachten vom 9. Dec. 1722. im *corp. iur. publ.* p. 1342.

(e) Conf. Anon. (Henr. Chr. L. B. de SENKENBERG) *imperii Germ. ius et poſſeſſio in Genua Liguſtica* etc. Hannov. 1751. et alterius anonymi *Memoires touchant la ſuperiorité imperiale ſur les villes de Gênes et de St. Remo ainſi que ſur toute la Ligurie* 1769. Quibus addendum ſuffragium imperii d. 18. Aug. 1770.: "Kaiſerliche Majeſtät zu erſuchen, in Gemäßheit der ſchon ergangenen Erkenntniſſe ſowohl dem Staate S. Remo den fernern oberſtrichterlichen Schutz angedeihen zu laſſen, als auch die dem Reiche daſelbſt zuſtehenden Rechte in reichsväterliche Obſorge zu nehmen."

(f) Nexus *Comacli* cum imperio adhuc conventione d. 5. Nou. 1724. inita ad vlteriorem deciſionem remiſſus fuit. DUMONT *corps diplom.* tom. 8. part. 2. p. 95.

II) *Nexus imperii Romani*,

§. 21. Similiter adhaeret imperio Germanico IMPERIVM ROMANVM, ita vt ipſo iure ei, qui Germaniae rex eligitur, debeatur quoque dignitas *imperatoris Romanorum*. Qua quidem in qualitate a priſtina inde imperatorum Romanorum dignitate, eaque, poſt fata, quae in occidentali huius imperii parte a. 476. contigerant, et poſt patriciatum atque aduocatiam eccleſiae Romanae familiae Carolingicae delatam, in Carolo M. a. 800., in Ottone M. a. 960., in Ottone III. a. 996. inſtaurata (a), dudum quidem deſierunt I) imperato-

peratoris in ipſam *Romae vrbem ac ditionem*, multaque, quae II) ex *dominio mundi* iunctaque illi *aduocatia eccleſiae Romanae*, tamquam altera, praeter pontificiam, ſuprema poteſtate viſibili, olim repeti ſolebant (b), iura. Superſunt tamen III) *tituli et honores* imperatoris Caeſarisue ſemper Auguſti (c) eiusque IV) adhuc *aduocati* eccleſiae Romanae, ſedis pontificiae et vel totius Chriſtianitatis (d), V) cum titulo *ſacri imperii* et VI) *praecedentia* prae omnibus aliis Europae regnis et imperantibus.

(a) Conf. progr. mea *de inſtauratione imperii Romani ſub Carolo M. et Ottonibus facta eiusque effectibus*, Goetting. 1766 - 1780.

(b) L. 9. D. *ad L. Rhod. de iactu*, Can. 10. diſt. 96., Cap. 6. §. 4. X. *de maioritate et obedientia*, PFEFFINGER *ad Vitr.* tom. I. p. 640. Meine Litteratur des T. Staatsr. I. Th. §. 15 - 18. S. 34 - 50.

(c) PFEFFINGER *ad Vitr.* tom. I. p. 300.

(d) CAPITVL. (1519.) art. 1. §. 1. "Daß wir in Zeit ſolcher unſerer königlichen Würde, Amt und Regierung, die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, päbſtliche Heiligkeit, und Chriſtliche Kirche, als derſelben Advocat, in gutem, treulichen Schutz und Schirm halten ſollen und wollen."

§. 22. Ad haec olim plane hanc ſtatuerunt vim *translati* in Germanos *imperii Romani*, vt ho- *et opinio translati in Germanos*

*imperii Romani.* dierni Germaniae imperatores antiquorum Romae et vel Conſtantinopolitanorum imperatorum ſucceſſores haberentur (a), vtque vel in formula regiminis Germania noſtra in priſtinum Romanum imperium quaſi transformata cenſeretur. Quae quidem opinio quamquam oppido erronea fuerit, inter alia tamen veram praebuit cauſam valoris, quem per vniuerſam Germaniam *ius Romanum* obtinuit (b); in priuatis quidem rebus auctoritate legum tum imperii tum territorialium in vim iuris ſubſidiarii abhinc ſatis firmatum; in publico autem iure poſt agnitum errorem nunc merito derelictum (c).

(a) E. g. Max. I. Satzung von Gotteslåſterern in der Samml. der R. A. part. 2. p. 28. "Demnach = = weiland Kaiſer Iuſtinianus unſer „Vorfahr am Reich lôblicher Gedåchtniß geboten „håt."

(b) Pet. de ANDLO *de imp. Rom.* lib. I. cap. 16. p. 106.

(c) Meine Beytråge 2 Th. S. 30-47.

CAP.

# Cap. III.

## DE FORMA IMPERII GERMANICI.

§. 23.

Pro conſueta totius Europae diuiſione in *regna* et *reſpublicas*, non harum ſed illarum in numero eſt imperium Germanicum. Sed quaenam proprie huic ſit *forma reipublicae*, primum ex ſingulis, quibus propius ea definitur, capitibus penitius erui debet. Quae circiter in eo verſantur, vt I) regnum ſit *ſtatibus* circumſcriptum, idque II) *electitium*, et III) in plures *reſpublicas ſpeciales* diviſum. *Imperium Germanicum in numero regnorum eſt;*

§. 24. Ex quo nempe regibus Germania paruit, formulam monarchicam omnino obtinuit, ſed et mox ordinibus imperii regnum circumſcriptum fuit. Etenim iam ex primitiuo Germaniae ſtatu diuerſi eius ordines fuerunt I) *ingenui*, poſt *nobiles* dicti, cum praediis ſuis eorumque glebae adſcriptis *ſeruis* ſeu ruſticis; II) *comites* et *duces*, et qui his acceſſerunt *marchiones*, *comites palatini*, *burggrauii*, *landgrauii*; iisque omnibus familiae *ſed I) ex diverſis ciuium ordinibus*



Digitized by Google

iure pares *dynaſtae*; quippe quae vera erat *priſtina*, ſeu quam nunc vocamus, *ſuperior nobilitas*; III) *epiſcopi*, *abbates*, aliique *praelati*; et reliquae *perſonae eccleſiaſticae*; IV) *vrbium* ciues et incolae. Quorum omnium congeries a priſtinis inde temporibus vniuerſum Germaniae populum effecit.

*eorumque proceribus*

§. 25. Ex diuerſis hisce ordinibus qui pro ſtatu ciuitatis et eccleſiae reliquos repraeſentandi ius habebant, tamquam PROCERES reipublicae conſiderari poterant, ſeculares alii, alii eccleſiaſtici; iique dignitate prae ceteris ciuibus praecellentes, cum diſtinctione tamen iterum I) *dignitatis principalis* (fürſtliche Würde, Fürſtenſtand,) qua gaudebant archiepiſcopi et epiſcopi, deinde duces, iisque aequiparati comites Palatini, marchiones, Landgrauii, Burggrauii, atque II) gradu inferioris dignitatis *praelatorum comitumque*, niſi quod III) horum nonnulli dignitate principum perſonali a regibus donati ſint, quos vocant gefürſtete Prälaten, gefürſtete Grafen, ſeu generali denominatione Fürſtenmäßige, ſicuti IV) ſingularis modo eaque nouior eſt *archiducalis* domus Auſtriacae dignitas.

*enati ſunt ſtatus, et reſtricta*

§. 26. Proceres iſti, quatenus a regibus eos in conſilium vocari inualuit, ORDINES ſeu STATVS

tvs imperii ſunt. Eorumque *conſenſus* (quae eſt *monarchiae reſtrictae* indoles), in regimine imperii adhibendus in *neceſſitatem* abiit, niſi qua imperatori *reſeruata* ſint iura, quae citra conſenſum ſtatuum adhuc ſolus exercet. Quae tamen omnia non ſuſtulerunt formulam imperii monarchicam, quandoquidem recte monarchiae diſtinguuntur in abſolutas et reſtrictas, et, qui in hisce ſufficit, adhuc ſupereſt monarchiae character in perſonae *imperatoris independentia* et maieſtate. *monarchiae formula.*

§. 27. Deinde regnatricis familiae ab initio hereditaria ſenſim in liberam imperatoris electionem degenerauit regum ſucceſſio, regnumque adeo *electitium* effecit, necdum tamen monarchiae formulam ſuſtulit, licet haud parum inde cum vniuerſe accreuerit ſtatuum auctoritas, tum ſpeciatim ad maiores praerogatiuas adſpirauerint, qui ſenſim priuatiue ſibi ius eligendi imperatorem adquiſiuerunt, electores, tres primi eccleſiaſtici, et quatuor, hodie quinque, primi ſeculares ſtatus. *II) Regnum electitium eſt Germania.*

§. 28. Per varias denique viciſſitudines, fauente in primis ſyſtemate feudali medii aeui, hoc ſenſim contigit, vt *tum* proceres eccleſiaſtici, largioribus terris iuribusque regalibus inſtructi, *tum* ſecu- *III) Ab origine ſuperioritatis territorialis inde,*

Digitized by Google

ſeculares principes et comites, aeque ac dynaſtae, terris ſuis iure hereditario potiti, tamquam domini territoriales (Landesherren) ad imperium ciuile proprio nomine exercendum adſpirarent (a). Id quod *partim* promotum ab ipſis terrarum illarum incolis, *partim* ab imperatoribus tacite vel expreſſe conceſſum (b) tandem ſub nomine svperioritatis territorialis (Landeshoheit, Landesherrlichkeit, Landesherrliche Gewalt) ad perfectionem peruenit. Quae, maxime ex quo non ſolum capitulationibus (c), ſed et pace Weſtphalica firmata fuit (d), omnia iura imperii ciuilis comprehendit, niſi quae imperatori etiam hoc ſenſu, vt non vi ſuperioritatis, ſed ſola adhuc auctoritate caeſarea exerceri queant, reservata ſuperſint.

(a) Struben Nebenſtunden part. 4. p. 1. ſq.

(b) Conf. in primis conſtitutiones Friderici II. imp. de a. 1220. et 1232. in *corp. iur. publ.* p. 3. et 6.

(c) Capitvl. (1519.) art. 1. §. 2. verbis: "Die Stände bey ihren Hoheiten, geiſt- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, ſonſt auch einen jeden bey ſeinem Stande und Weſen laſſen."

(d) I. P. O. art. 8. §. 1. "*Omnes et ſinguli - - ſtatus - in antiquis ſuis iuribus*, praerogati„vis, libertate, priuilegiis, *libero iuris territo„rialis* tam in eccleſiaſticis quam politicis *exer„citio*, ditionibus, regalibus, horumque omnium „poſ-

Digitized by Google

„poſſeſſione -- ita *ſtabiliti firmatique ſunto*, vt a „nullo vmquam ſub quocumque praetextu de facto „turbari poſſint vel debeant."

§. 29. Quin eae etiam *vrbes*, quae ſub alterius ſuperioritatem non venerunt, aut ab ea liberatae ſunt, ipſae ſuperioritatem obtinuerunt, civitates imperii nunc dictae. Immo *nobiles* minoresque *praelati*, ſicubi nulli alterius ſuperioritati territoriali ſubiecti ſunt, ipſi iura territorialia ſtatuum inſtar exercent. *quamque et ciuitates imp. eam obtinuerint,*

§. 30. Sic demum eo res peruenit, vt, quamquam olim inſignibus inſtructus *domaniis* fuerit imperator, hodie ne minimam quidem Germaniae partem hoc nomine amplius habeat. Et ſi vel maxime ſolum oppignorationis titulo terrae redituſue domaniales in manibus ſtatuum deprehendantur; nec vel relui amplius *oppignorationes imperiales* poſſunt (a). *nec vlla ſuperſint domania imperii,*

(a) Iam a Carolo V. inde promiſerunt imperatores confirmare ſtatibus pignora in Capitvl. art. 1. §. 9. Deinde P. W. art. 5. §. 26. ait: "quod „ad *oppignorationes imperiales* attinet, quum in „capitulatione caeſarea diſpoſitum reperiatur, quod „electus Romanorum imperator electoribus, prin„cipibus, ceteriſque ſtatibus immediatis imperii, „eiusmodi oppignorationes confirmare, atque il„los *in earundem* tranquilla (et quieta) *poſſeſſione*, „*defendere* ac manutenere debeat; conuentum eſt, „hanc diſpoſitionem, donec conſenſu electorum, „prin-

Digitized by Google

„principum et ſtatuum aliter ſtatutum fuerit, ob-„ſeruandam eſſe." Demum nouiſſime promiſerunt imperatores in CAPITVL. (1742.) art. 10. §. 4: "die Chur. F. u. Stände bey denen ihnen verſchriebenen, und innhabenden Reichspfandſchaften nach Maaßgebung des Inſtrumenti Pacis, ohne Wiederlöſung und Widerrufung zu ſchützen, und ruhig dabey, bis auf anderweitige Vergleichung zwiſchen den Römiſchen Kaiſern und Reichsſtänden, bleiben = = zu laſſen."

*tota Germania diuiſa eſt in reſp. ſpeciales,*

§. 31. Vniuerſa itaque Germania nunc diviſa eſt in *territoria* (comprehenſis *nobilium praelatorumque immediatorum* ditionibus) et in *ciuitates imperii*, ſeu, quo communi nomine vocantur, in RESPVBLICAS SPECIALES. Earumque non ſolum ſuas quaeque ſingularis reipublicae qualitates habet, ſed et mirum in modum iterum differunt *ciuitates*, quae rerumpublicarum in ſpecie ſic dictarum formam ſequuntur, a *territoriis*, quae formulam monarchicam imitantur, iterumque I) pro qualitate poſſeſſorum atque titulo, quo poſſidentur, alia *ſecularia* ſunt, quae poſſidentur iure hereditario a proceribus ſecularibus, alia *eccleſiaſtica*, adnexa dignitati eccleſiaſticae, cuius non eſt hereditaria ſucceſſio, quae vti formulam regnorum electitiorum imitantur, ita *ſede vacante*, interregni inſtar, a *capitulis* adminiſtrantur; deinde II) pro dignitate poſſeſſorum partim electo-

ratus

Digitized by Google

ratus vel *principatus* ſunt, partim *comitatus* vel *dynaſtiae*, aut *praelaturae*.

§. 32. Quibus ita comparatis Germania plurium potius rerumpublicarum congeries, quam vna respublica videri poterat. Sed necdum tamen vmquam priſtinus imperii nexus ſublatus fuit, verum manſit potius I) omnium ac ſingularum rerumpublicarum Germaniae ſpecialium inter ſe inuicem vinculum, idque II) nec foederis temporarii, ſed perpetui, nec III) ſolum per modum ſyſtematis foederatarum ciuitatum, ſed IV) ſub vno communi ſupremo imperio, et vnam eamdemque adhuc legum fundamentalium auctoritatem obſeruans. Ideoque, ſi omnia in vnum collegeris, imperivm Germanicvm eſt *regnum diuiſum in plures respublicas plane diuerſas, quae tamen adhuc vnitae ſunt in modum reipublicae compoſitae ſub communi ſupremo imperio monarchico reſtricto electitio* (a). Etiamſi vero omnes et ſingulae illae respublicae ſpeciales ſuum quaeque habeant *ius publicum ſpeciale*; vnum tamen nihilominus adhuc eſt *ius publicum* totius imperii Germanici *generale*; modo pro natura et indole omnium rerum compoſitarum probe ſemper ſecernas, quae ad vniuerſum ſingulasue eius partes ſpectant. (b) *ſed vna tamen adhuc respublica,*

(a)

Digitized by Google

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 17-39.
(b) Meine Beytr. I. Th. S. 39-42.

*cum diuerſo modo ſubiectione mediata et immediata.*

§. 33. Sic denique et intelligitur SVBIECTIO ratione totius imperii Germanici alia MEDIATA, intercedente ſcilicet ſubiectione reipublicae ſpecialis; alia IMMEDIATA, tali non intercedente. Immediata enim plurium ad ſe inuicem relatio eſt, quae cogitari poteſt ſine tertio quodam interueniente; mediate, quae ſecus. Quare, quum generatim, quae compoſita ſunt, poſſint diuidi in partes, adeo vt tunc pars partis reſpectu totius ad hoc ſpectet MEDIATE; pars totius, quae non ſimul eſt pars partis, IMMEDIATE; ſic et *terra*, reipublicae ſpecialis pars, intuitu imperii *mediata*, et *perſona* ſuperioritati territoriali ſubiecta *mediata*, et e contrario, quaenam terra vel perſona immediata ſit, intelligitur (a).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 43. 44.

---

CAP.

Digitized by Google

# CAP. IV.

## DE STATV RELIGIONIS IN IMPERIO GERMANICO.

### §. 34.

Ad annum vsque 1517. vna eademque fuit in Germania imperatoris aeque ac ſtatuum et ſubditorum *religio* Romano-catholica; vnus adeo idemque religionis ad rempublicam habitus. Poſteaquam vero per *reformationem* LVTHERI, ad ſimplicitatem fidei Chriſtianae ex ſola ſacrae ſcripturae norma (a) regreſſus, catholicae hierarchiae ſe ſubtraxit inſignis ſtatuum ciuiumque Germaniae numerus; imperator quidem et maior ſtatuum pars retinuerunt religionem Romano-catholicam, ſeque oppoſuerunt, quam contendebat altera pars, libertati conſcientiae huiusque religionis exercitio. Sed poſt exortum inde bellum ciuile *transactum* primum fuit pacificatione Paſſauienſi 1552., et pace religioſa 1555. Abhinc *duplici* in Germania locus fuit *religioni*, *Romano-catholicae* et *euangelicae*. Quam poſteriorem qui profitentur, a confeſſione in comitiis imperii d. 25. Iun. 1530. prae- *Poſt duplicem religionem pace religioſa firmatam*

C lecta

Digitized by Google

lecta (b) *Auguſtanae confeſſioni addicti*, et a proteſtatione contra R. I. 1529. interpoſita *proteſtantes* (perperam *acatholici*) vocantur.

(a) Hanc equidem *ſimplicitatem fidei Chriſtianae* deſcribendi periculum feci ſub titulo: Die Chriſtliche Religion in ihrem wahren Zuſammenhange und in ihrer Vortrefflichkeit vorgeſtellt, Göttingen 1779. 8. Vtinam omnes, qui Chriſtianam religionem profitentur, eadem fidei ſimplicitate regerentur!

(b) Augsburgiſche Confeſſion mit meiner Vorrede, Göttingen 1776. 8.

*pax Weſtphalica* I) *inter catholicos et euangelicos* 1) *normam ſtatuit* a) *anni decretorii,*

§. 35. Nouis deinde, quae mox recrudueruntur, religionis diſſidiis belloque tricennali ſuper iis geſto finem denique impoſuit PAX WESTPHALICA a. 1648. Eaque inter alia *nouas* nonnullas *normas generales* ſtabiliuit. In primis de *fundationibus eccleſiaſticis immediatis*, poſt longas de RESERVATO ECCLESIASTICO iam paci religioſae inſerto (a) disputationes, praeter *diſpoſitiones* quasdam *ſpeciales* (b) transactum fuit ad ſtatum d. 1. Ian. 1624. (c), ita vt a *mutatione religionis* abhinc *amiſſio beneficii* pendeat (d). Eamdemque ad normam redactae ſunt *fundationes mediatae* (e). Immo complures *aliae controuerſiae* ad eamdem regulam ANNI et vel DIEI 1. Ian. 1624. tamquam NORMALIS et DECRETORII compoſitae ſunt (f).

(a)

(a) R. I. 1555. §. 18. in *corp. iur. publ.* p. 161.

(b) I. P. O. art. 5. §. 24.: Quae — "bona ec„cleſiaſtica — *in ſatisfactionem* — *Sueciae* — *in„demnitatemque ſuorum foederatorum* — conceſſe„runt, *peculiaribus* ſuis *conuentionibus* — relin„quantur". Nempe archiepiſcopatus Magdeburgenſis et Bremenſis, epiſcopatus Halberſtadienſis, Verdenſis, Mindenſis, Caminenſis, Ratzeburgenſis et abbatia Hirsfeldenſis ex I. P. O. art. 10. 11. 12. 15., et in vim alternationis epiſcopi catholici et euangelici epiſcopatus Osnabrugenſis ex I. P. O. art. 13.

(c) I. P. O art. 5. §. 14. 25. 26. Qua ex norma generali euangelici tantum retinuerunt epiſcopatum Lubecenſem et abbatias Quedlinburgenſem, Herfordenſem, Gernrodenſem et Gandersheimenſem; Gernrodenſem quidem exemtam pro ſtatu anni decretorii a domo Anhaltina Bernburgenſi.

(d) I. P. O. art. 5. §. 15.: "Si igitur catho„licus archiepiſcopus, epiſcopus, praelatus, aut „A. C. addictus in archiepiſcopum, epiſcopum, „praelatum, electus vel poſtulatus, ſolus aut vna „cum capitularibus, ſeu ſingulis, ſeu vniuerſis, „aut etiam alii eccleſiaſtici, *religionem in poſte„rum mutarint;* excidant illi ſtatim ſuo iure, ho„nore tamen famaque illibatis." etc.

(e) I. P. O. art. 5. §. 25. 26.

(f) I. P. O. art. 5. §. 29. 31-34. 46-49.

§. 36. Prouti ſic ſtatus anni decretorii mox huic, mox alteri religioni fauorabilior fuit, omnino longe *diuerſa* eſt *conditio* vtriusque religionis *in ſingulis Germaniae rebuspublicis ſpecialibus.* Ceteroquin autem vtrique religioni catholicae et euangelicae *exacta* nunc conuenit aeqvalitas (a) et b) *exactae aequalitatis;*

(a) et *aequalis caeſarea protectio* non obſtante caeſarea eccleſiae Romanae aduocatia (b). Eaque nunc alteram conſtituit *normam generalem* in hac re obſeruandam.

(a) I. P. O. art. 5. §. 1.: "Inter vtriusque re„ligionis electores, principes, ſtatus omnes et „ſingulos ſit *aequalitas exacta mutuaque*, — ita vt, „*quod vni parti iuſtum* eſt, *alteri quoque ſit iu*„*ſtum.*"

(b) Capitvl. (1562.) art. 1. §. 10.: "So viel aber in dieſem Artikel (vid. ſupra §. 21. d. p. 23.) den Stuhl zu Rom und päbſtliche Heiligkeit betrifft, wollen die der A. C. zugethanen Stände uns damit nicht verbunden haben. (add. 1653.: "Geſtalt dann auch gedachte aduocatia dem Religions- und profan- auch dem Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedensſchluß zu Nachtheil nicht angezogen, noch gebrauchet, ſondern den obgedachten Churfürſten, und ſämmtlichen ihren Religionsverwandten im Reiche gleicher Schutz geleiſtet werden ſolle.)"

*2) relicta ceterum libertate conſcientiae.*

§. 37. Ceterum ſua quidem cuique *libertas conſcientiae* relicta eſt. At quum tamen quod ad *ſecularia* etiam *territoria* attinet, mere perſonalis *mutatio religionis* non aeque effectus reales producere, neque normae anni decretorii detrimentum adferre queat; iccirco I) in definienda *territorii religione* non obſtat mutatio religionis a principe facta, et II) vel ipſe *princeps* talis in ſenſu iuris publici alterius religionis eſſe cenſetur. Nec pro-

Digitized by Google

proprie III) aliter res ſe habet, ſi vel *ſucceſſor* alterius religionis eſt (a).

(a) Conf. tamen, quae leguntur in der neuen Staatscanzley tom. 4. p. 238-272.

§. 38. Et haec quidem omnia primum ita comparata ſunt inter catholicos et euangelicos, quorum iura definita ſunt articulo V. inſtrumenti pacis Osnabrugenſis. Quod deinde ad LVTHERANOS et REFORMATOS attinet, eiusdem pacis articulo VII. cautum eſt, tum vt hi non minus quam illi ſub nomine Auguſtanae confeſſioni addictorum comprehenſi ſint (a), tum quo iure inter ſe inuicem vti debeant. Quare non tam *trium*, quam *binarum religionum* in legibus imperii mentio fieri ſolet (b). *Nullam* vero *aliam religionem* in imperio recipiendam vel tolerandam eſſe (c), qua mente pax Weſtphalica ſtatuerit, ſic facile perſpicitur, quum certe *Iudaeorum* tolerantia in ſingulis Germaniae ditionibus ideo non proſcripta ſit.

*II) De Lutheranis ac reformatis aliisque religionibus ſeorſum ſtatuit.*

(a) I. P. O. art. 7. §. 1.: "Placuit, vt quidquid iuris aut beneficii cum omnes aliae conſtitutiones imperii, tum pax religionis et publica haec transactio, in eaque deciſio grauaminum, ceteris catholicis et A. C. addictis ſtatibus et ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos *Reformati* vocantur, competere debeat."

(b) Vid. e. g. CAPITVL. 1742. art. 2. §. 8.

(c) R. I. 1555. §. 17.: "Doch ſollen alle andere, ſo obgemeldeten beiden Religionen nicht anhängig, in dieſem Frieden nicht gemeynet, ſondern gänzlich ausgeſchloſſen ſeyn." R. I. 1566. §. 5. verbis: "Den verführeriſchen je länger je mehr beiden der alten Religion und A. C. zuwider einbrechenden Secten und irrigen Opinionen kein Raum noch Statt gelaſſen ꝛc. — daß deren keine gelitten noch geduldet" ꝛc. I. P. O. art. 7. §. 2. in f.: „praeter religiones ſupra nominatas *nulla alia* in „ſacro imperio Romano *recipiatur vel toleretur*." Conf. G. L. BOEHMER or. *de iure cognoſcendi et ſtatuendi de tolerandis his, qui communes religionum in Germania adprobatarum doctrinas publice impugnant*, Goett. 1779. 4. in Schlözers Briefwechſel 34. Heft S. 197.

## CAP. V.

### DE LEGIBVS IMPERII FVNDAMENTALIBVS.

§. 39.

*Leges fundamentales 1) vniverſales ſunt 1) capitulatio caeſarea,*

In LEGIBVS imperii FVNDAMENTALIBVS, quibus forma imperii, et quidquid ab ea pendet, definitur (§. 1.), pro indole regni electitii hodie principalis eſt CAPITVLATIO CAESAREA, ceu *pactum, quo electores ſuo reliquorumque ſtatuum nomine ab imperatore, dum eum eligunt, modum in regimine ſeruandum iurato ſibi ſtipulantur*. Quam quidem capitulationem *ſoli electores* a CA-

ROLO

Digitized by Google

ROLO V. inde condiderunt, ſed poſt controuerſiam a capitulatione MATTHIAE exortam vi pacis Weſtphalicae (a) a. 1664. in comitiis compoſita fuit *capitulatio perpetua*, quam, poſt nouas ſuper prologo et epilogo lites transactione demum a. 1711. ſopitas (b), in pleriſque ſequuntur nouae capitulationes a CAROLO VI. inde conditae (c), eaeque eatenus vi legis fundamentalis indubitata pollent. Quatenus vero diſcedunt a capitulatione perpetua, aliaque noua inſeruntur citra adſenſum reliquorum ſtatuum; eatenus adhuc controuertitur *ius*, quod vocant, *adcapitulandi*, et ſuperſunt paſſus in capitulationibus etiam nouiſſimis contradicti (d), quibus tamen in iis, quae aut aliunde probari poſſunt, aut conuentione inter imperatorem et electores abſolui poterant, vis obligandi negari nequit (e).

(a) I. P. O. art. 8. §. 3.: "In proximis comi„tiis — de certa conſtantique caeſarea capitula„tione concipienda — ex communi ſtatuum con„ſenſu agatur et ſtatuatur."

(b) En verba epilogi capitulationis perpetuae: "Dieſemnach hat das churfürſtliche Collegium auf obgeſetzte gewiſſe und beſtändige kaiſerliche Capitulation, welche ohne geſammter Stände Bewilligung nicht zu ändern, bey allen künftigen Wahlen, ſie geſchehen zu Lebzeiten oder nach Abſterben eines Römiſchen Kaiſers, den Eligendum zu verpflichten. Dafern aber bey vorgehender Wahl ein churfürſtlich Collegium mit dem Eligendo noch wei-



Digitized by Google

ter capituliren, und demſelben in gemeine Reichsgeſchäffte oder andern die communia ſtatuum nicht betreffenden Sachen, jedoch der goldenen Bulle, dem Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedensſchluß, der geſammten Stände iuribus, gegenwärtiger beſtändigen Capitulation, den Reichsconſtitutionen, und was in obberührten gemeinen Reichsgeſchäfften mittelſt einer allgemeinen Reichsſatzung ins künftige anders ſtatuiret und geſchloſſen werden möchte, ohnabbrüchig) zu des Reichs Wohlfahrt zu verbinden für nöthig erachten würde, ſoll er auch dazu obligirt ſeyn und bleiben."

(c) Conf. Gegenwärtige Verfaſſung der kaiſerlichen Regierung in Teutſchland, wie ſolche enthalten in K. Carls des VI. Wahlcap., mit Anmerkungen und beygefügtem Projecte der perpetuirlichen Capitulation, Leipz. 1723. 4.

(d) *Paſſus* adhuc *contradicti* ſunt in capitulatione Francisci I. art. III. §. 15. 19. 21. 23., art. IV. §. 2., art. VI. §. 2., art. VIII. §. 23. 26. 27., art. X. §. 6. 7. 9., art. XI. §. 7. 19. 21., art. XIII. §. 7. 9., art. XVI. §. 4., art. XVII. §. 2. 5. 10., art. XIX. §. 7. 8., art. XXIX. §. 3., art. XXX. §. 3.

(e) Liquet inde, haud parum intereſſe, *quomodo allegentur ſinguli capitulationis nouiſſimae paſſus*, ita nempe, vt conſtet ſimul, an cum capitulatione perpetua conueniant, et generatim, pro ratione legis eiusmodi ſenſim diuerſis temporibus enatae, quo quisque tempore, quo monente, et quonam reliquorum ſtatuum vel adſenſu vel diſſenſu primum inſertus ſit. Quamobrem, quum breuiſſimis commode haec notentur numero annorum modo indicato, licet ſeries articulorum et §§. ex hodierna Ioſephi II. capitulatione nouiſſima merito retineatur; pro faciliori huius meae allegandi rationis vſu commendatam memoriae hanc velim TABVLAM CAPITVLATIONVM:

1519. *Iul.* 3. Caroli V.

1530. et 1558. *Mart.* 14. Ferdinandi I.

1562.

1562. *Nou.* 30. Maximiliani II.
1575. *Nou.* 1. Rudolphi II.
1612. *Iun.* 18. Matthiae,
1619. *Aug.* 28. Ferdinandi II.
1636. *Dec.* 24. Ferdinandi III.
1653. *Iun.* 2. Ferdinandi IV.
1658. *Iul.* 18. Leopoldi.
1690. *Ian.* 24. Ioſephi I.
1711. *Iul.* 8. proiectum perpetuae, cuius tamen ſinguli paſſus ab annis, quibus quisque conditus fuit, ſuperioribus, veluti in primis 1664. 1671., repetendi ſunt,
1711. *Oct.* 12. Caroli VI.
1742. *Ian.* 24. Caroli VII.
1745. *Sept.* 13. Francifci I.
1764. *Mart.* 27. Ioſephi II.

§. 40. Iungi quoque capitulationibus ſolent LITTERAE COLLEGIALES ELECTORVM, quibus hi, dum in condenda capitulatione verſantur, vnum alterumue negotium, quod in ipſa capitulatione definiri commode nequit, imperatori ſeorſum commendant (a). Quarum quidem non tam contenta, quam modum, ceu rem nouam, in primis ex quo ſingularis earum ergo paſſus ipſis capitulationibus inſertus fuit (b), haud probant reliqui ſtatus (c). *cui iungi ſolent litterae collegiales electorum;*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1497. ſq. Wahldiarium Joſephs des II. S. 53. 85. u. f. Litteratur des Staatsrechts §. 695. im 2. Th. S. 400.

(b) CAPITVL. (1742. omiſſ. 1764.) art. 30. §. 3.: "Auch ſ. u. w. wir die in vielen wichtigen Angelegenheiten von dem zur Wahl verſammleten churfürſtlichen Collegio durch beſondere Schreiben

 an

an uns erſtattete Gutachten forderſamſt zum würklichen Vollzug bringen, und darauf die Behörde beobachten."

(c) Moſers Wahlcap. Car. VII. part. 3. p. 375., Franc. I. p. 110.

*2) intermixta legibus ciuilibus pacta caeſ. et ſtatuum a) in legibus imperii generalibus;*

§. 41. Quae in comitiis imperii vniuerſalibus aut ſingulis *concluſis* ab imperatore probatis, aut eorum collectionibus ſub finem quorumque comitiorum fieri ſolitis ſeu RECESSIBVS IMPERII (a) definiuntur, plurima quidem, quatenus a caeſare et imperio vi ſupremae per vniuerſam Germaniam poteſtatis legiſlatoriae ſanciuntur, *vim legis ciuilis priuatae* habent. Quoniam vero ſimul per modum pacti inter imperatorem ex vna, omnesque ſtatus ex altera parte, eiusmodi concluſa ac receſſus fieri poſſunt, nec raro ſolent (b); eatenus ambobus quoque *vis legum fundamentalium* denegari nequit. Eademque eſt ratio concluſorum et *receſſuum deputationis*.

(a) Poſt *receſſum imperii nouiſſimum* a. 1654. conditum quae in comitiis imperii ab a. 1663. inde confecta ſunt, concluſa colligere coepit Joh. Joſeph Pachner von Eggenſtorf vollſtändige Sammlung aller von Anfang des noch fürwährenden Teutſchen Reichstags de a. 1663. bis anhero abgefaßten Reichsſchlüſſe ꝛc. tom. 1. 2. (bis 1699.) Regensburg 1740. fol. Praecipua quoque concluſa inſerta ſunt in der neuern Samml. der R. A. (Frankf. 1747. fol.) part. 4. Reliqua conquirenda in nouioribus actorum publicorum collectionibus, veluti in primis in Fabers Staatscanzley, cet. Nec-

Digitized by Google

Necdum enim ad effectum peruenerunt conſilia de nouo interim condendo receſſu imperii, de quibus vide *corp. iur. publ.* p. 1573.

(b) Vid. e. g. R. I. 1500. tit. 85. §. 3., R. I. 1555. §. 143. ſq., R. I. 1654. §. 197. 199.

§. 42. Complures imperii leges *ſuper ſpecialibus obiectis* conditae ſunt, veluti *aurea bulla*, *pax publica*, *pax religioſa et Weſtphalica*, *ordinatio cameralis*, *criminalis*, *monetaria*, *politiae* etc. Quae omnes quatenus iura et obligationes imperatoris et ſtatuum mutuo conſenſu pactitio definiunt, ſimiliter *vim legum fundamentalium* habent; partim diſerta quoque *ſanctione capitulationis firmatae* ſunt (a). In primis pax westphalica non ſolum in vim *pacti* inter *imperatorem et ſtatus*, hosque *catholicos et euangelicos* inter ſe inuicem, ſed etiam *in forma pacis* cum exteris Galliae Sueciaeque coronis ſub *garantia* earum (b) condita, quid quod ad haec receſſui imperii nouiſſimo de nouo inſerta eſt (c). *b) in legibus ſuper ſpecialibus obiectis latis;*

(a) Capitvl. art. 2. §. 3.: "Wollen die G. B. —, den Frieden in Religions- und profan-Sachen, den Landfrieden — ſonderlich aber die Münſter- und Osnabrückiſchen Friedensſchlüſſe — wie auch alles dasjenige, was bey vorigen Reichstägen verabſchiedet und geſchloſſen, (add. 1742.: und durch die nachfolgenden Reichsconſtitutionen und Geſetze nicht wieder aufgehoben) worden, oder bey Reichstägen ferner für gut befunden und geſchloſſen werden möchte, gleich wäre es dieſer

Ca-

Digitized by Google

Capitulation von Wort zu Wort einverleibt, ſtet, feſt und unverbrüchlich halten ꝛc."

(b) I. P. O. art. 17. §. 5. 6., I. P. M. art. 16. §. 115. 116.: "*Teneantur* omnes et ſinguli huius „transactionis conſortes vniuerſas et *ſingulas huius* „*pacis leges* contra quemcumque ſine religionis di„ſtinctione *tueri et protegere;* et ſi quid eorum a „quocumque *violari* contigerit, — iunctis cum „parte laeſa conſiliis viribusque *arma ſumere* ad re„pellendam iniuriam *a paſſo moniti*" etc.

(c) R. I. N. §. 5. in *corp. iur. publ.* p. 957.

*II) Particulares leges rerump. ſpecialium etc.*

§. 43. Sunt praeterea ſingularum *rerum publicarum* Germaniae *ſpecialium familiarumque illuſtrium* ſuae quarumque LEGES fundamentales PARTICVLARES, quae quidem directe magis ad iura publica Germaniae ſpecialia pertinent, ſed in iure publico tamen generali etiam variis per inductionem probandis illuſtrandisue argumentis inſeruiunt; qua ratione et leges, quibus ſingula paſſim *corpora* et *collegia ſtatuum* vtuntur, inſignem hic vſum praebent.

## CAP. VI.

### DE OBSERVANTIA ET ANALOGIA IVRIS PVBLICI.

§. 44.

*I) Obſeruantia, eiusque 1) vis obligandi,*

Praeter leges fundamentales ſcriptas ius publicum, in primis Germanicum, permultis in argumentis

nititur

nititur observantia (Herkommen), tamquam *iuris non ſcripti* ſpecie, dum permulta ſolum *ideo* ſic nec aliter aguntur, *quia iam antea ſic acta* fuerunt. Quemadmodum vero *vis conſuetudinis* eſt in legislatoris ſiue tacite ſiue expreſſe declarata voluntate, qui et requiſita conſuetudinis lege ciuili definire poteſt; ita *obſeruantiae vis obligandi* potisſimum quaerenda eſt *in conſenſu tacito eorum, quorum eſt leges fundamentales condere.* Quare ad *obſeruantiam imperii Germanici* requiritur, vt de tacito *caeſaris corporisque ſtatuum* conſenſu conſtet. Contra ceſſat vis obſeruantiae, quamprimum aut de caeſaris, aut de corporis ſtatuum, aut de vtriusque plane contraria voluntate ac diſſenſu conſtat.

§. 45. Deinde quod ad *facta* attinet, e quibus conſenſus eorum, quorum intereſt, tacitus elici poſſit, I) vniuerſe tam facta commiſſiua quam omiſſiua non efficiunt normam in futurum, niſi quatenus *opinione neceſſitatis* ita actum ſiue non actum eſſe, ſatis clare conſtet. Ceteroquin enim II) ab eo, quod citra contradictionem *factum* eſt, tantum vt id fieri poſſit, non vt debeat, valet conſequentia; ſolum, ſi res ita fert, ſub iisdem circumſtantiis, fore, vt iterum fiat, probabile argumentum eſt. Contra III) ex eo, quod *nondum* aliquid *factum*, id plane fieri nefas eſſe, non recte *ſpeciatim, a) quoad facta, ex quibus contenditur;*

colli-

colligitur, niſi forte *in contradictorio* id negatum, adeoque opinione neceſſitatis non factum ſit. Nec ceterum IV) *plures* praeciſe *actus* ad obſeruantiam neceſſarii ſunt, ſed vel *vnicum factum* ſufficit, modo ſua natura ita comparatum ſit, vt conſenſus in futurum inde adpareat. Summum denique robur obſeruantiae a *viciſſitudinibus reipublicae* pendere ſolet, cum quibus aut variatur, ſi res ita fert, aut continuatur, et vel V) *in legem ſcriptam redigitur;* ſicuti VI) lex ſcripta quoque aut generatim aut in vno alteroue argumento in ſpecie obſeruantiam efficacem reddere poteſt (a).

(a) E. g. CAPITVL. art. 1. §. 9.: "S. u. w. auch Churf. F. und Ständen ihre — **Gebräuche und gute Gewohnheiten**, ſo ſie bisher gehabt oder in Uebung geweſen — confirmiren, ſie dabey ſchützen ꝛc." I. P. O. art. 8. §. 4.: "Ciuitatibus im„perii — rata et intacta maneant — iura — *lon„go vſu* ante hos motus obtenta, poſſeſſa et exer„cita. — De cetero *omnes laudabiles conſuetudi„nes* — in poſterum religioſe *ſeruentur*."

*b) quoad vim interpretandi et derogandi;*

§. 46. Speciatim quoque poſt legem latam I) *optima* eius *interpres* non ſine ratione obſeruantia dicitur (a), dum *vel* ex factis ipſorum legis auctorum optime illorum mens perſpicitur, *vel* poſterorum quoque tacito conſenſu definiuntur forte, quae lex dubia vel indefinita reliquerat. Quin II) etiam *derogatoria* poteſt eſſe *obſeruantia*

non

Digitized by Google

non ſolum alius *obſeruantiae antiquioris*, ſed vel *ſcriptae etiam legis*, modo caueas huc referri, ſi qua lex per abuſum et contra intentionem auctorum legis haud obſeruatur.

(a) L. 37. D. *de legibus.*

§. 47. Quibus ita conſtitutis, facili, ſpero, opera *cum* diſtinguetur obſeruantia a *conſuetudine*, *praeſcriptione* atque *fauore poſſeſſionis; tum* et intelligentur, et diiudicabuntur variae ICtorum *diſtinctiones obſeruantiae nudae* ſeu imperfectae, putatiuae, erroneae, et *qualificatae*, perfectae, verae cet.; item *inductiuae* ſeu diſpoſitiuae, eiusque introductiuae, correctiuae, abrogatiuae, vel permiſſiuae, deinde *indicatiuae* aut *interpretatiuae; vniuerſalis* vel *particularis; iudicialis* vel *extraiudicialis*, et quae ſunt reliquae. *2) Variae diſtinctiones obſeruantiae;*

§. 48. Quatenus denique, quid iuſtum circa rem quamdam ſit, ſingulari lege vel obſeruantia non definitum, ſed *ex comparatione cum alia re ſimili*, legibus aut obſeruantia definita, per bonam conſequentiam colligi poteſt (a), quam deductionem iuris ex comparatione ANALOGIAM IVRIS vocant; eatenus iſti analogiae etiam in iure publico locus eſt. *II) Analogia iuris publici.*

(a) Conf. L. 12. 13. 27. D. *de legibus.*

CAP.

Digitized by Google

# Cap. VII.

## de
## NEXV FEVDALI ET HOMAGIO ALIISQVE SVBIECTIONIS FVLCRIS ET SIGNIS.

§. 49.

*1) Speciale vinculum ſubiectionis ratione ſingulorum ſubditorum*

Conſtituta ſemel republica, legibusque fundamentalibus, quantum ſatis eſt, ordinata, non opus quidem eſt, vt ſingulorum ciuium accedat ſpecialis promiſſio, quum et *tacita* abhinc *ſubiectio* tam perſonalis quam realis tum de nouo a ſingulis aduenis iniri, tum a poſteris continuari posſit. Tanto maius autem redditur ſubiectionis vinculum, ſi qua *expreſſa ſingulorum ciuium promiſſio* accedit, eique rei mox HOMAGIVM, ceu iurata ſubiectionis promiſſio, mox NEXVS FEVDALIS, quo fidelitas ſpecialior ratione certorum bonorum ſuscipitur, inſeruit.

*1) in imperio a) nexus feudalis,*

§. 50. Sigillatim *poteſtatis caeſareae* hoc perantiquum eſt *fulcrum*, vt I) *plerique* tantum non omnes imperii *proceres* et vel *alii* nonnulli imperii *ciues* ſimul *vaſalli* ſint *imperatoris* (a). Quantumuis enim *non omnes* eorum *poſſeſſiones* ideo

Digitized by Google

ideo *feuda* ſint, nec deſint *proceres nullo feudo praediti*, veluti nonnulli dynaſtae forte, vel qui ab iis oriundi ſunt, ſicuti nec ciuitates imperii huc pertinent; ii tamen, qui feuda ab imperio habent; II) non ſolum omnes *ſimul ſubditi* ſunt caeſaris et imperii, quandoquidem extra limites imperii non dantur eius feuda; ſed et III) vi ſpecialis huius nexus inter caeſarem et vaſallos imperii omnia ea valent, quae *naturae feudorum* in genere, aut *legibus* vel *obſeruantiae* feudorum imperii, et vel priuilegiis aut obſeruantiae ſinguli cuiusque vaſalli, aut in ſubſidium *iuri feudali Longobardico* conueniunt; ita vt nec *feudi dati et oblati* diſcrimen hic generalem, prouti nonnulli cogitarunt, rationem differentiae efficiat.

(a) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. II. §. 1.: "den Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, die unmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, und andern Reichs-Vaſallen." CAPITVL. (perpet. 1711.) art. II. §. 5.: "ein Churfürſt, Fürſt oder ſonſt unmittelbarer Stand und Lehnmann des Reichs."

§. 51. Inter alia omnes et ſinguli imperii vaſalli, ſiue ex noua gratia, ſiue ordine ſucceſſionis, electionisue, quod ad feuda eccleſiaſtica attinet, feudum obtinuerint, ad inueſtituram ab imperatore petendam, et, dum hanc ſuſcipiunt, *eoque nomine iurata fidelitas;*

ad *ſacramentum fidelitatis* ei praeſtandum obligantur (a). Quod vel homagii vicem ratione electorum, principum, comitum, praelatorumque ſubit.

(a) Iureiurando feudali quilibet vaſallus promittit: "Daß er dem Kaiſer und dem heil. Reiche getreu, hold, gehorſam, und gewärtig; auch nimmermehr wiſſentlich in dem Rath ſeyn ſolle, noch wolle, da ichten etwas wider kaiſerl. Majeſtät Perſon, Ehre, Würde und Stand gehandelt oder vorgenommen würde, noch darein willigen oder gehelen in einige Wege; ſondern der kaiſerlichen Majeſtät und des heil. Reichs Ehre, Nutzen, und Aufnehmen betrachten und befördern, nach allem ſeinem Vermögen; und ob er indeß verſtünde, daß etwas vorgenommen oder gehandelt würde, wider kaiſerl. Maj. Perſon oder das heil. Reich, demſelben wolle er getreulich vor ſeyn, und kaiſerliche Majeſtät deſſen ohne Verzug warnen, und ſonſt alles thun, das einem gehorſamen Fürſten und getreuen Lehnmann gegen kaiſerl. Maj. und dem heil. Reich zu thun gebühre von Rechts oder Gewohnheits wegen; getreulich, ohne Argeliſt und Gefährde." **Lünigs** *corp. iur. feud.* tom. I. p. 95.

b) *Homagium ciuitatum imp. et nob. immed.*

§. 52. Solum in *ciuitatibus imperii* ſupereſt, vt ſollemne *homagium* tum magiſtratus tum ciues earum imperatori iurent, licet huic ipſi hodie vix amplius, quam a ciuitate, in qua eligitur et coronatur, illud praeſtari ſoleat, quum plurimae hodie aut commiſſario cuidam caeſareo, aut plane per mandatarium dumtaxat in conſilio imperiali aulico iurent (a). *Nobiles immediati* per indire-

ctum,

Digitized by Google

dum, dum in leges ſuas equeſtres iurant, reuera homagium ſimul imperatori praeſtant.

(a) Sacramento, quod a *ciuitatibus imperii* praeſtari ſolet, vti ſaltem formula Ratisbonenſis homagii d. 21. Iul. 1718. praeſtiti perhibetur in Fabers Staatscanzley tom. 32. p. 567. tum ſenatus tum ciues promittunt (hulden und ſchwören): "Dem (namentlich angeführten zeitigen) Röm. Kaiſer, und allen Sr. Kaiſ. Maj. Nachkommen am heil. Reiche Röm. Kaiſern und Königen als ihrem einigen natürlichen rechten Herrn und höchſter kaiſerlicher Obrigkeit getreu, gewehr, gewärtig und gehorſam zu ſeyn, Ihrer K. M. Frommen und Beſtes zu werben, und Schaden zu warnen, und alles das, alle und jede inſonderheit, zu thun, was getreue und gehorſame Unterthanen Ihrer K. M. und deren Nachkommen als ihrem allergnädigſten natürlichen rechten Herrn ſchuldig und pflichtig zu thun ſind."

§. 53. In ſingulis Germaniae *territoriis* HOMAGIUM domino territoriali praeſtatur *tum* a nouiter receptis quibusque ciuibus, officialibus et militibus, *tum* vniuerſe, quoties nouus in territorio ſucceſſor regimen auſpicatur, ab omnibus et ſingulis corporibus, collegiis, officialibus ciuibusque, *tum* in euentum nonnumquam futuro ſucceſſori ex ſpeciali titulo forte ad ſucceſſionem adſpiranti; vti *generatim* omne homagium ad fidem etiam futuris ſucceſſoribus praeſtandam *in anteceſſum* iam extendi ſolet. *2) In territoriis a) homagium;*



Digitized by Google

*b) nexus feudalis et landſaſſiatus.*

§. 54. Ad haec a *ſtatibus* etiam *feuda* pendent, quorum intuitu ſimiliter valet, quidquid feudorum naturae iuribusque, et vel ſpeciali cuiusque curiae obſeruantiae conuenit, adeoque et inueſtitura et praeſtandum in ea ſacramentum obtinet. Per ſe tamen, quumque frequenter ſtatus alios ſtatus membraue imperii immediata, et vel aliorum ſtatuum ſubditos vaſallos habeant, *a ſubiectione feudali* hic *ad ſubiectionem territorialem non valet conſequentia.* Tanto magis autem intuitu feudorum in ipſius domini directi territorio ſitorum etiam hic nexum territorialem ſuffulcit feudalis nexus. Vnde ſpeciatim nobiles et praelati, quatenus non vaſalli ſolum, ſed et ſubditi in territorio ſunt, ideoque ab immediatis exteriusue diſtinguuntur, LANDSASSII vocari ſolent, et vel a ſola bonorum poſſeſſione paſſim etiam perſonalis ſubiectio hoc LANDSASSIATV inuoluitur.

*II) Alia ſubiectionis ſigna, preces publicae luctusue.*

§. 55. *Alia* denique *ſigna ſubiectionis* ſunt *preces publicae*, quae in nullo non territorio pro domino territoriali, vniuerſe etiam pro imperatore fundi in eccleſiis ſolent. Publica quoque *laetitiae luctusue ſigna* in territoriis ſatis frequentia ſunt; in honorem imperatoris non vbiuis amplius eadem ſollennitate abhibentur.



Digitized by Google

# Lib. II.

## NOTITIA IMPERATORIS ET STATVVM.

### Cap. I.

### DE PERSONA IMPERATORIS.

§. 56.

Imperator eſt, qui ab electoribus in hanc dignitatem euehitur. Dummodo enim ex ordine *nobilitatis ſuperioris* quis eligatur, veluti quod ex obſeruantia et analogia fas eſt; ceterum hac in re *libertas* electorum, quem velint, eligendi aliis limitibus per leges haud circumſcripta eſt, quam vt *hominem iuſtum, bonum et vtilem* eligant (a); nec vel catholicum neceſſario eligi debere, iure contendi poteſt. Plane alia autem ex ratione, quamdiu domaniis caeſarea dignitas deſtituta eſt, ad eam adſpirare nequit, niſi qui aliunde, vt eam ſuſtineat, habeat. Ideoque imperator non poteſt non ſuſtinere *duplicem perſonam*, in qualitate caeſarea aliam, aliam qua poſſeſſor terrarum hereditariarum; *I.) Imperator A) quis eſſe poſſit?*

 vtram-

Digitized by Google

vtramque reapſe probe diſtinguendam, licet in praxi nonnumquam commiſceri vix caueri poſſit.

(a) A. B. tit. 2. §. 1.

*B) Adnexa eius perſonae, 1) maieſtas eiusque ſymbola, a) tituli;*

§. 57. Perſona imperatoris qua talis potiſſimum ſibi iure vindicat *maieſtatem*, eique conuenientes titulos aliaque *ſymbola* partim cum aliis Europae imperantibus communia, partim peculiarem ſpirantia praerogatiuam. Et quidem primum quod ad TITVLOS attinet, in ſuis ipſius litteris nominatur *electus Romanorum imperator*, *ſemper Auguſtus*, *Germaniae rex* (a). Ab aliis ſuprema caeſaris adlocutio fit hac formula: "*Auguſtiſſime*, *Inuictiſſime Imperator* -- *Veſtra caeſarea maieſtas*" (b).

(a) Olim electus Germanorum rex ſtatim *rex Romanorum* vocabatur, imperator non prius, quam Romae coronatus eſſet. Sed immutauit hanc obſeruantiam MAXIMILIANVS I. imp., dum adſenſu pontificis necdum Romae coronatus ſe *electum Romanorum imperatorem*, *Germaniae regem* (erwehlten Römiſchen Kaiſer, in Germanien König), vocari iuſſit. Quo titulo abhinc porro vſi ſunt omnes eius ſucceſſores, ſimulac modo Germanicam ſusceperant coronam. Nondum enim in Germania coronatus adhucdum vocatur ſolum electus *rex* Romanorum. Vide litteras Maximiliani I. d. 8. Febr. 1508. in *corp. iur. publ.* p. 64. ſq.

(b) Germanice: Allerdurchlauchtigſter, großmächtigſter und unüberwindlichſter Römiſcher Kaiſer, auch in Germanien ꝛc. König; Allergnädigſter Kaiſer und Herr Herr. = = Eurer kaiſerlichen Maje=

Majeſtät allerunterthänigſter. Qua ratione I) etiam ſtatus imperii imperatorem adloquuntur: Allerdurchlauchtigſter, Großmächtigſter, und Unüberwindlichſter Kaiſer, Allergnädigſter Herr, niſi quod *inuictiſſimi* praedicatum omittere electores; et vel addere ſoleant: Allergnädigſter Herr und Herr Vetter. Deinde *ſubſcriptionis* in litteris ſtatuum ſollennes formulae ſunt: Eurer kaiſerlichen Majeſtät unterthänigſt getreueſter Churfürſt (und Vetter); ſiue: allerunterthänigſter treugehorſamſter Fürſt, ſiue Reichsfürſt, Reichsſtand ꝛc. Principes eccleſiaſtici nonnumquam vtuntur formula: allerunterthänigſter Caplan. II) Reges imperatorem non adloquuntur: *Auguſtiſſime*, *inuictiſſime*, ſed: "*Sereniſſime et potentiſſime imperator* (non„numquam omiſſa voce *imperator*, eius loco po„ſita voce: *princeps*); *frater conſanguinee et ami*„*ce* (vel etiam: *vicine*) *cariſſime* -- *Maieſtatis* „*veſtrae* (vel etiam: *caeſareae maieſtatis ac dile*„*ctionis veſtrae*) *bonus frater*, *conſanguineus et ami*-*cus* (ſeu *vicinus*)" Germanice: "Durchlauchtigſter, Großmächtigſter Kaiſer! Eurer Majeſtät (ſiue: Eurer kaiſerlichen Majeſtät, addita nonnumquam adpendice: und Liebden) ſind unſere beſonders freundwillige Dienſte, und was wir ſonſt mehr liebes und gutes vermögen, zuvor. Beſonders freundlich vielgeliebter Herr Oheim (vel etiam Vetter, Nachbar ꝛc.) und Bruder. -- Eurer ꝛc. freundwilliger Oheim ꝛc. und Bruder: Gallice Galliae rex ſcribit: *Très haut*, *très excellent et très puiſſant prince*, *nôtre très cher et très aimé bon frère et couſin* --- *Vôtre bon frère et couſin*; ſeu in litteris familiaribus, quas vocant Handſchreiben, ſolummodo: *Monſieur*, *mon couſin*. III) *Pontifex* denique *Romanus* erga imperatorem vtitur adlocutione: *Cariſſime in Chriſto fili no*„*ſter* -- *Tua maieſtas*."

§. 58. Quae in coronatione adhuc vſum praeſtant, inſignia regalia ſeu CLENODIA ſiue b) *clenodia*;

LIPSANA IMPERII ex antiquitate ſuperſunt *corona* aurea, *ſceptrum* argenteum, et *globus* aureus, deinde duo *gladii*, alter Caroli M., alter S. Mauritii (a), aliaque *veſtimenta et ornamenta regalia* (b), quae vna cum *reliquiis* nonnullis (c) *Norimbergae*, vti alius Caroli M. gladius et liber euangeliorum in eius ſepulcro inuentus, item capſula ſanguinis S. Stephani reliquias continens, *Aquisgrani* adſeruantur (d).

(a) *Diar. coron. Franc. I.* part. 2. p. 128. ſq.

(b) In *diario coronationis Franciſci I.* part. 2. p. 129. ſequentem in modum ea deſcribuntur: "1) das pluuiale oder Mantelkleid von violetblauer oder bräunlicher Seide, welches mit Perlen und Edelgeſteinen beſetzt, und bis auf den Boden reichet. Auf ſelbigem befinden ſich unförmliche Löwen, und an dem Ende oder Saum deſſelben unbekannte characteres nach alter Manier geſtickt; 2) die Dalmatica oder Obergewand, von blauem ſeidenen Zeuge, mit vielen Perlen beſetzt, und mit goldenen Löwen gezieret; 3) die Alba oder Talar-Habit, von weiſſer Seide, deſſen enge Ermel mit Edelgeſteinen eingefaßt, und am Ende mit Gold geſtickt ſind; 4) die Stola, oder ein breiter Ueberſchlag, wie ſolchen die Geiſtlichen tragen, welcher Kreuzweiſe über die Alba gelegt wird, und an welchem eingewirkte goldene einfache Adler, ſo in der Runde mit Gold und Edelgeſteinen beſetzt, wahrgenommen werden; 5) Zwey Cingula oder Gürtel, wovon der eine ledern, und mit einem goldenen Haken verſehen, ſo nur allein gebrauchet wird; 6) Zwey Handſchuhe, von roth ſeidenem Zeuge, ſo gleichfalls mit Gold, Perlen und Edelgeſteinen gezieret; 7) die Sandalia oder zwey roth ſeide-

ſeidene mit Perlen und Edelgeſteinen reichlich beſetzte Schuhe; 8) die Strümpfe, ſo roth und mit Gold geſtickt."

(c) Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 427.

(d) Moſers Staatsr. tom. 2. p. 425., Zuſätze tom. 2, p. 130. und vom Kaiſer p. 305. ſq.

§. 59. Insigne imperii conſiſtit in *aquila bicipiti nigra* expanſis alis, ſub corona caeſarea in campo aureo; vtplurimum aquila pedibus ſimul tenente ſceptrum, gladium et vel globum imperii, praefixisque eius pectori inſignibus imperatoris hereditariis. Vſus huius inſignis inter alia in *ſigillo* fit, ſiue, quod parcius hodie vſitatur, in aurea bulla (a), ſiue in *cera rubra* illud exprimatur. c) *inſigne et aurea bulla.*

(a) Ferdinandvm II. monuerant electores: "Die goldene Bulle, als des h. R. R. uraltes inſigne bey keiner andern, als der Reichscanzley zu brauchen;" id quod inſerebatur ideo in *capitul.* Ferd. III. art. 46., et ab hoc firmabatur decreto ad conſil. imp. aul. d. 15. Apr. 1637.; immo porro monebatur ab imperio d. 27. Sept. 1641. atque repetebatur in *capitul.* Ferd. IV., ſed in ſequentibus capitulationibus omiſſus hicce paſſus. Moſers Staatsr. tom. 3. p. 66. und Zuſätze tom. 2. p. 329.

§. 60. Legibus imperator, vt *intra fines Germaniae* reſideat (a), monetur, atque *aulicos officiales* vt *e gente Germanica* et *e nobilitate ſuperiori* ſumat (b). Reuera autem haec omnia magis 2) *Aula caeſarea eiusque A) officiales aulici, 1) hodierni;*



Digitized by Google

a *terrarum hereditariarum* conditione, quam a dignitate caeſarea pendent, vt vel dubitari poſſit, origine caeſareum, an Auſtriacum, aut ſi mauis Burgundico-Hiſpanicum ſit *ceremoniale imperiale aulicum*, niſi forte nigrum flauumque veſtitus aulici colores huc referre velis.

(a) CAPITVL. (1519.) art. 23. §. 1.: "Wir ſ. u. w. **unſere königl. und kaiſ. Reſidenz, Anweſung und Hofhaltung im H. R. R. Teutſcher Nation** (add. 1658.: "es erfordere dann der Zuſtand der Zeiten ein anders, **beſtändig**") **haben und halten.**"

(b) CAPITVL. (1519.) art. 23. §. 4.: "S. u. w. = = unſere kaiſerl. und des Reichs **Aemter am Hof** = = (add. 1663. et 1711.: als = = Obriſt-Hofmeiſters, Obriſten Cämmerers, Hofmarſchalls, Hatſchier- und Leib-Garde-Hauptmanns u. d. g.) mit keiner andern Nation, dann **gebohrnen Teutſchen**, oder die aufs wenigſte dem Reich mit Lehnspflichten verwandt, = = **nicht niedern Standes** noch Weſens, ſondern namhafte hohe Perſonen, und mehrentheils von Reichs-Fürſten, Grafen, Herren und von Adel, oder ſonſten guten tapfern Herkommens, beſetzen."

*2) priſtina curiae ſollennis* a) *archiofficia* 1) *ex A. B.*

§. 61. Ex priſtino tamen curiae ſollennis vſu ſplendidiſſima ſuperſunt ARCHIOFFICIA IMPERII, quorum *ex priſtino aularum more* fuerunt *quatuor*, ab origine electorum inde et in ipſa aurea bulla Carolina ſic diſtributa, vt *archipincerna* eſſet rex Bohemiae; *archidapifer*, comes Palatinus Rheni; *archimareſchallus*, dux et elector Saxoniae;

Digitized by Google

xoniae; *archicamerarius*, marchio et elector Brandenburgicus. Quibus ſingulis ſuas FVNCTIONES equitando exercendas A. B. adſignat (a).

(a) Nimirum vt aquam lauandis manibus argenteis peluibus et pulcro cum manutergio miniſtret *archicamerarius*; primum potum ſcypho argenteo vino et aqua permixtum *archipincerna* (ita tamen, vt rex Bohemiae ſub corona regali, niſi ſponte, non teneatur miniſtrare); cibum quatuor ſcutellis argenteis adferat *archidapifer*; menſuram argenteam auenae plenam ex aceruo ad pectus equi attingente miniſtret *archimareſchallus*. A. B. tit. 27. §. 1-6.

§. 62. Praeterea ſingulis quoque archiofficialibus *in ſollenni* cum imperatore *proceſſione* INSIGNIA DEPORTANDA committit A. B. (a). Quae quidem ipſi *electores* adeo ſibi honorifica duxerunt miniſteria, vt iam dudum et praerogatiuam in *titulo* archiofficialis imperii poſuerint (b), et ab inſignibus imperii in proceſſione portandis ſuum cuiusque *inſigne gentilitium* deſumſerint (c). *cum inſignibus electorum inde pendentibus,*

(a) Sancit nempe A. B., vt "*dux Saxoniae* „imperialem ſeu regalem *enſem* deferens Impera„torem ſeu regem immediate praecedat" (A. B. tit. 22. §. 1.); "comes *Palatinus pomum* impe„riale portans a latere dextro (ibid. §. 2.), et „marchio *Brandenburgenſis ſceptrum* deferens a ſi„niſtro latere ipſius ducis Saxoniae linealiter gra„diantur (ibid. §. 3.), *Rex* autem *Bohemiae Im„peratorem* ſeu regem ipſum *immediate* nullo in„terueniente *ſequatur*" (ibid. §. 4.).

(b)

Digitized by Google

(b) Solus *Bohemiae* rex, abſorbente regio electoralem titulum, nec archiofficialis nec electoris *titulo* vtitur. Reliqui omnes poſt originarios familiae titulos ſtatim addunt: "*Sacri Romani imperii* (non imperatoris) *archidapifer*, (ſeu *mareſchallus*, *camerarius*) *et elector*."

(c) Bohemiae quoque rex, vti nihil inſignium imperii in proceſſione portat, nullum inde *inſigne gentilitium* habet. Habent autem ex iſta ratione Saxoniae elector enſem duplicem, Palatinus pomum; Brandenburgicus ſceptrum. Koelers Münzbeluſt. tom. 20. p. 367. ſq.

*et ſubofficiis imperii,*

§. 63. Interim iam dudum quoque ad ſubminiſtrandum electoribus SVBOFFICIALES IMPERII adiuncti fuerunt, ab ipſis electoribus denominati, e quibus, vti tempore A. B. fuerunt, ſupereſt modo adhuc *ſubmareſchallatus* penes eamdem familiam Pappenheimenſem. *In pincernatu* enim familiae Limburgenſi anno 1713. exſtinctae ex inueſtitura Imperatoris Caroli VI., qua regis Bohemiae, ſucceſſit familia comitum de Althann. *In dapiferatu* familiae de Nortenberg ſucceſſit primum alia de Seldeneck, et huic vi exſpectatiuae a Ludouico electore Palatino anno 1528. conceſſae, atque ex inueſtitura electoris Friderici poſt exſtinctos Seldeneccios a. 1594., familia baronum, nunc comitum Truchſeſs de Waldburg. Officium *ſubcamerarii* poſt Falkenſteinenſem, primum Weinsbergenſis, deinde iam

ab

Digitized by Google

ab initio ſeculi XVI. familia comitum, nunc principum, de Hohenzollern obtinuit.

§. 64. Sunt quoque, quae ſubofficialibus illis tribuuntur, *emolumenta*, modo praeſentes in exercitio officii fuerint (a). In caſum *abſentiae ſubofficialium* imperii ipſa A. B. quotidianos imperialis curiae miniſtros in illorum locum ſurrogat (b). Vnde adhuc quodammodo *hodierni miniſteriales aulici* quaſi *ſubſtituti electorum* (c), ſpeciatim quoque mareſchalli aulici officia ab archimareſchallatu (d) dependere cenſentur. In concurſu autem officiorum aulicorum et ſubofficiorum electoralium hereditariorum adhucdum illa his cedere, ſaltem fructus officii relinquere legibus iubentur (e). *eorumque emolumentis.*

(a) Diſerte ſancitum eſt in aurea bulla, vt "*peractis* per principes electores ſeculares eorum „*officiis*, *ſubcamerarius equum et pelues* marchio„nis Brandenburgenſis pro ſe recipiat; *magiſter* „*coquinae equum et ſcutellas* comitis Palatini; *Vi*„*cepincerna equum et ſcyphum* regis Bohemiae; „*Vicemareſchallus equum*, *baculum et menſuram* „ducis Saxoniae." A. B. tit. 27. §. 7.

(b) A. B. tit. 27. §. 8.

(c) A. B. tit. 29. §. 1.

(d) Vi CAPITVL. (1658. ex monito Sax.) art. 3. §. 24. ſollen, inquit Imp.: "dem Hofmarſchall in ſeinen zukommenden, und vom Erzmarſchall-Amte dependirenden Amtsverrichtungen durch unſere

unſere Landes-Regierung oder andere kein Eintrag oder Hinderung gemacht werden."

(e) CAPITVL. (1619.) art. 3. §. 23., (1742.) art. 23. §. 5.

2) *Mutationes* a) *occaſ. electoratus octaui,*

§. 65. Satis diu poſt auream bullam priſtinus archi- et ſubofficiorum ſtatus permanſit. At ſub belli tricennalis initio primum haec in archiofficiis *mutatio perſonarum* contigit, vt cum electoratu Palatino etiam *archidapiferatus* transferretur *in ducem Bauariae*, id quod confirmauit deinde pax Weſtphalica (a). Qua quidem *nouus* ſimul *Palatino electoratus octauus* concedebatur, ſed nulla facta noui archiofficii mentione (b). Vnde receſſu exſecutionis 1650. primum reſeruabatur Palatino titulus et inſigne archiofficii ſui priſtini, donec nouum conderetur (c). Idque tandem ſtatutum feliciter officium ARCHITHESAVRARIATVS (d). Cui commiſſa eſt functio *ſpargendi miſſilia*, et in proceſſione portanda *corona imperialis*. Eiusque *ſubofficium* anno 1653. ex inueſtitura Palatina obtinuit familia comitum de SINZENDORF, qui hoc munere adhuc fruuntur.

(a) I. P. O. art. 4. §. 3.
(b) I. P. O. art. 4. §. 5.
(c) *Corp. iur. publ.* p. 864.

(d)

(d) Meiern *acta exſec. pacis Weſtph.* tom. 1. p. 703., tom. 2. p. 107. 726. 827.

§. 66. *In ipſis* vero *archiofficiis* iterum *noua* accidit *mutatio*, quum, d. 29. Apr. 1706. proſcripto electore Bauariae, d. 23. Iun. 1708. Palatinus priſtinum ſuum electoratum atque archidapiferatum recuperaret, deinde nouus interim d. 7. Sept. 1708. introductus *nonus elector Brunſuico-Luneburgicus* d. 12. Apr. 1710. inueſtiretur architheſaurarii officio (a). Quod quidem, reſtituto pace Badenſi Bauaro, ſibi reuindicare voluit Palatinus, id quod nouis ſubinde alius denuo inueniendi archiofficii curis anſam praebuit (b). Sed poſt exſtinctam a. 1777. domum Bauaricam quum archidapiferatus rediret ad domum Palatinam, remanſit architheſaurarii officium, nunc octauo, electori Brunſuico-Luneburgico. b) *occaſ. noni electoratus.*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1140. ſq.
(b) CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 5.

§. 67. Eſt etiam, quod in A. B. quidem haud nominatur, ſed, ſi non antiquius, haud multo iunius tamen, officium *Ianitorum imperii* (Reichs-Erbthürhüter-Amt), quo adhuc a prima inueſtitura inde potiuntur comites de Werthern, qui eo nomine varias ianuarum eccleſiae, et chori, 3) *Officium ianitoris aliaque minus vſitata.*

ri, in die electionis et coronationis curas habent (a). Cui vel alia complura, niſi obſoleta forent, id genus officia addi poſſent (b).

(a) Moſers Staatsr. tom. 6. p. 331.
(b) Moſer l. c. p. 326. ſq.

B) *Archicancellariatus,*

§. 68. Hactenus tractata priſtini moris officia aulica ſunt (§. 61. ſq.), ſed eadem ratione etiam, quod ad negotia adminiſtrandae reipublicae attinet, electorum eccleſiaſticorum ſuperſunt tres imperii ARCHICANCELLARIATVS *per Germaniam* Moguntini, *per Italiam* Colonienſis, *per Galliam et regnum Arelatenſe* Treuirenſis. Qui quidem ita proprie inter ſe dispertiti ſunt, vt, intra cuius diſtrictum commoretur imperator, in eius exercitio ſint functiones ad archicancellariatum pertinentes. Enimuero quum iam dudum intra ipſos Germaniae limites ſeſe continuerint imperatores; vix alterius in praxi hodierna, quam Moguntini archicancellariatus, effectus obſeruatur.

*et procancellarius imperii.*

§. 69. Sic non ipſe tantum Moguntinus elector in expediendis ab imperatore negotiis adeſſe adhuc poteſt, ſed in primis adhucdum ſuum in aula caeſarea habet PROCANCELLARIVM IMPERII, qui ab electore Moguntino ſub quolibet imperatore conſtituitur, et nomine illius ſuprema

ma cancellariae iura in rebus imperii in aula caeſarea occurrentibus exercet, cuiusque ſub directione continentur omnes alii, qui imperatori qua tali a miniſteriis cancellariae ſunt (a).

(a) CAPITVL. (1653.) art. 25. §. 1.: "In Beſtell- und Anſetzung der Reichshofcanzley, ſowohl des Reichshof-Vicecanzlers, als der Reichs-Referendarien, Reichshofraths-Secretarien und anderer zur Reichshofcanzley gehörigen Perſonen ſollen und wollen wir dem Churfürſten zu Maintz als Erzcanzlern durch Germanien in der ihm alleine diesfalls zuſtehenden Disposition ... keinen Eingriff, Auffſchub oder Verhinderniß thun, noch darinn einig Ziel oder Maaß geben."

§. 70. Caeſareae dignitatis et honorum mariti quidem particeps IMPERATRIX eſt (a), nec ſuis ipſius *archiofficiis* deſtituta (b). Sed nec ei magis, quam *ſoboli* caeſareae, nec viuo, nec mortuo caeſare dicati *reditus* ſunt. II) *De imperatrice.*

(a) Quod ad TITVLOS attinet, non eodem ſolum *maieſtatis* titulo vtitur, ſed vocatur quoque: *Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta* (Römiſche Kaiſerinn, allezeit Mehrerinn des Reichs), aliquando etiam: *Regina Germaniae* (in Germanien Königinn). Tantum a pontifice Romano adpellatur: *in Romanorum imperatricem electa.*

(b) Ex priſtino more *archiofficiales imperatricis* ſunt *archicancellarius* abbas, hodie epiſcopus, Fuldenſis vi renouationis 1358. a Carolo IV. factae; *archimareſchallus* abbas Campidunenſis ex renouatione Leopoldi a. 1683.; *archicapellanus* abbas S. Maximini ex renouatione Ferdinandi II. a. 1626. Aliis hodierno more *officiis aulicis* vtitur, vel-



Digitized by Google

veluti Oberſthofmeiſter, Oberſthofmeiſterinn, Cammerfräulein, Hofdames ꝛc. Quorum vel plura quoque vidua, ſed cedens tum in ordine regenti imperatrici, retinet.

## CAP. II.
## DE STATIBVS IMPERII VARIISQVE EORVM DIVISIONIBVS IN GENERE.

§. 71.

*Status imperii I) in genere dupliciter conſiderandi ſunt,*

Quum non ſumma tantum imperatoris in imperio poteſtas circumſcripta ſit adhibendo in non reſeruatis ſtatuum imperii conſenſu (§. 26.), ſed et hi in ſua cuiusque republica ſpeciali imperantes ſint (§. 28.), cui poſteriori qualitati ordinarie prior inhaeret; *duplici reſpectu* iam *ſtatus imperii conſiderandi* ſunt, *primum* quidem, quatenus proprie ſtatus imperii ſunt, *deinde* tamquam rerumpublicarum Germaniae ſpecialium imperantes.

*B) ſpeciatim qua ſtatus 1) quem characterem habeant?*

§. 72. Conſenſum imperatori, vbi hic illo indiget, non ſigillatim aut viritim ſtatus praebent, vti olim quidem mos erat *litterarum conſenſualium*, quas electores dare ſolebant; ſed praecedit

cedit prius *deliberatio comitialis*. Vnde in eo, vt quis voti et ſeſſionis comitialis particeps ſit, proprie verſatur *character ſtatus imperii*; non in ſuperioritate territoriali, nec in vlla alia qualitate ſtatuum accidentali.

§. 73. *Modus* autem *deliberandi in comitiis* dudum hic inualuit, vt a reliquis ſtatibus ſegregati deliberarent ciuitatum imperii deputati, et in illis iterum electores a ceteris ſecederent. Vnde ſtatus diuiſi ſunt in TRIA IMPERII COLLEGIA, *electorum*, *principum* et *ciuitatum*, quorum duo priora in ſpecie vocantur *ambo ſuperiora imperii collegia*. Attamen poſt ſuam cuiusque peculiarem deliberationem mutua inuicem conſilia communicant, quem actum RE- ET CORRELATIONEM vocant, primum ambo ſuperiora collegia inter ſe, deinde communi nomine cum ciuitatibus. Quo facto ex communi trium collegiorum ſententia ſuffragium imperatori ferunt.

*2) quomodo in corpore conſiderati a) in tria collegia abeant?*

§. 74. Sic quidem ſua cuique collegio eſt *conſtitutio interna* et ſpeciale *directorium*. Quatenus tamen adhuc communi omnium ſtatuum nomine ſuffragium imperatori offertur, aliaue qualiacumque peraguntur; *omnes* imperii *ſtatus* adhuc *vnum corpus* efficiunt, quod tamquam vna perſo-

*ſed b) vnum tamen corpus efficiunt.*

na moralis ab imperatore tamquam altera perſona diſtingui poteſt, iterumque, quatenus alia ratione, quam in tria collegia, ſtatus ſegregantur, in *plura* alia *corpora* ſubdiuiditur.

*II) Sigillatim quinam ſint? A) ex originaria conditione ſtatuum et territoriorum;*

§. 75. Ex *originario* Germaniae *ſtatu* I) tot *eccleſiaſtici ſtatus* fuerunt, quot archiepiſcopatus ſeu metropoles, et epiſcopatus ſeu dioeceſes, maioresque nonnullae imperii praelaturae; *ſeculares* tot, quot ducatus, marchionatus, palatinatus, landgrauiatus, burggrauiatus, comitatus ac dynaſtiae immediatae. Iique omnes ab initio in *duo agmina* abierunt, vti adhuc in ſenatu principum in *duobus ſcamnis* conſident ad dextrum latus eccleſiaſtici, ad ſiniſtrum ſeculares ſtatus, alterna tamen ab vno ſcamno ad alterum ſuffragia ferentes. Eademque ratione II) ordinarie ſuum cuiusque ſtatus eſſe *territorium* intelligebatur, vt, quot ſtatus eccleſiaſtici et ſeculares, tot etiam territoria eccleſiaſtica et ſecularia, hinc et viciſſim, quot territoria, tot ſtatus eſſent. Enimuero *inſignes* hac in re *mutationes* acciderunt, a quibus hodierna pendet cum ſtatuum tum territoriorum conditio.

*B) ex mutationibus ſubſecutis, dum* 1)

§. 76. Primum *ingens familiarum illuſtrium numerus exſtinctus* fuit, *quarum territoria aliis* vtplurimum maioribus territoriis, quorum poſſeſ-

ſo-

ſores ſiue ſucceſſionis, ſiue conſolidationis, alioue titulo illa adquiſiuerunt, *iuncta* ſunt, neque *in vim vnionis* tantum *perſonalis* (a), ſed et in vim *vnionis realis* et perpetuae (b), quin etiam per modum *incorporationis* inaequalis, vt plurimi in primis comitatus ac dynaſtiae hodie partes et praefecturas aliorum territoriorum efficiant (c). *multa territoria coaluerunt;*

(a) Sic e. g. diuerſo plane iure poſſidentur Bohemicae, Auſtriacae et Burgundicae terrae ab *Auſtriaca*; Saxonia et Luſatia a *Saxonica*; Brandenburgum, Pomerania, Magdeburgum, Halberſtadia, Cliuia, Friſia orientalis a *Brandenburgica*; Palatinatus, Neoburgum, Iuliacum et Bauaria a *Palatina*; Brunſuicenſes, Bremenſes, Lauenburgicae terrae a *Brunſuico-Luneburgica* familia, et ſic porro.

(b) Eiusmodi *aequali vnionis iure* vnitae conſtant Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Tirolum; item Bohemia et Morauia; et, quod euidentius exemplum eſt, Iuliaci et Montium ducatus a. 1451. vniti, atque Saxonicae terrae electorales ex teſtamento Alberti ducis ab anno 1499. inde in ſeptem circulos vnitae.

(c) Ad indagandum huius rei exemplum in primis commendari poteſt Wigul. Hund Bayriſch Stammbuch von den abgeſtorbenen Fürſten, Pfalz- Mark- Land- und Burggrafen, Grafen, Land- und Freyherren in Bayern, Ingolſt. 1585. fol.

§. 77. Deinde *praelati* immediati, etiamſi territoriis deſtituti, admiſſi quidem ſunt ad comitia, ſed *voto* tantum *curiato* (a). Similiter et *comitum*, ſi vel maxime *olim* non minus quam *2) vota curiata a virilibus diſtincta;*

principum eorum *vota* fuerunt *virilia*, nouiore demum aeuo formata ſunt duo, *nunc* quatuor *vota curiata* (b), pro quibus et in *quatuor collegia*, Wetterauicum, Sueuicum, Franconicum et Weſtphalicum, nunc diſpeſcuntur omnes imperii comites (c); ſicuti et *praelati* nunc *duobus votis curiatis* inſtructi in *duo* diſtribuuntur *ſcamna* Sueuiae et Rheni (d).

(a) OTTO DE S. BLASIO cap. 51. ad a. 1209.: "Abbas Morimundenſis, Ciſtercienſis ordinis, „ſurrexit, omniumque abbatum aliorumque clau„ſtralium vtriusque ordinis, Cluniacenſis videli„cet et Ciſtercienſis, perſonam adſumens" etc. Moſers Staatsr. tom. 31. p. 294.

(b) KOPP. diſcurſus von den Reichsgräflichen votis curiatis und deren Urſprunge, additus eiusdem tractatui *de inſigni differentia inter comites et nobiles*, edit. 2. Argent. 1728. 4. Wahre Bewandtniß der Trennung der C. G. Viſ. (1776.) §. 23. u. f. S. 26. u. f.

(c) *Corp. iur. publ.* p. 725. 897.

(d) *Corp. iur. publ.* p. 896.

3) *antiqui principes a nouis diſtincti;* §. 78. Quare, quum olim *comites*, ſi qui gratia caeſarea *in dignitatem principum euehebantur*, tantum ad ſuperiorem locum in comitiis adſpirarent, abhinc multo maior eſt mutatio, dum de *nouo* agitur *voto virili* adquirendo. Cui poſteaquam efficaciter contradixerunt reliqui ſtatus, in primis ab a. 1582. inde; qui iam antea dignitate prin-

principali decorati ſunt, ANTIQVI; ii, qui poſt annum 1582. illam obtinuerunt, NOVI PRINCIPES dicuntur. Hique voto virili non fruuntur, niſi ſpeciali introductione id obtinuerint; nec vel ſpeciale quidem ducis, marchionis, landgraui cet., ſed generale ſolum *principis* encomium iis tribui ſolet.

§. 79. Quin *antiquis* etiam *principibus*, quod ad *vota* eorum *comitialia* attinet, hanc *normam* ſuppeditat *annus* 1582., vt, quot eo tempore ſuffragia floruerunt, tot porro iisdem territoriis immutabili numero inhaereant (a). Etenim I) nomine familiarum, quae ante annum 1582. vel *emortuae* ſunt, vel ad *ſuperiorem locum* adſcenderunt, non amplius feruntur ſuffragia priſtina; feruntur contra nomine earum, quarum mutationes eiusmodi demum poſt annum 1582. contigere (b). Similiter II) nomine familiarum, quarum anno 1582. plures fuere *lineae*, tot vota, quot eius temporis lineae iſtae, adhuc ſuperſunt (c). Contra familiarum, quarum tunc *vnica* erat *linea*, nec hodie plura ſunt ſuffragia, licet plures iam ſint lineae (d). 4) *vota principum definita ab a. 1582. inde;*

(a) Joh. Jac. Moſers Urſprung und Grund der jetzigen Stimmen auf des Teutſchen Reichs-Fürſten-Raths weltlicher Bank, in ſeinen *Moſerianis*

*nis* P. I. (Leipz. 1739. 8.) p. 1. ſq. und im Staatsrechte tom. 34. p. 281. ſq. Conf. tamen Joh. Ulr. Röder von den herzoglich Sächſiſchen Reichstagsſtimmen ꝛc. Hildburghauſen 1779. 4. (Gött. gel. Anz. 1780. Zug. S. 169.).

(b) Sic e. g. primam ob rationem non amplius audiuntur vota emortuorum ducum de *Teck*, de *Zaehringen*, de *Meran*, item *Stiriae*, *Carinthiae* cet. Contra continuantur vota emortuorum

1583. comitum principum de *Henneberg*,
1637. ducum *Pomeraniae*,
1646. Landgrauiorum de *Leuchtenberg*,
1689. ducum *Saxonico-Lauenburgicorum*.

Alteram ob rationem ceſſat e. g. votum marchionum *Miſniae Thuringiaeque* Landgrauiorum, quum iam pridem ante annum 1582. obtinuiſſent ſuperiorem ducum Saxoniae locum. Eademque ratione *electorum qua talium* nomine non fertur votum in ſenatu principum. Nec vel ſuperforet forte votum Auſtriacum, niſi a. 1582. adhuc exercitio deſtitutum fuiſſet votum electorale *Bohemicum*. Contra continuatum fuit votum ducale *Bauaricum*, licet duci Bauarico ab anno 1623. inde eſſet ſuperior inter electores locus.

(c) Hac ratione explicari poſſunt *vota* in ſenatu principum hodierna, 1) comitum *Palatinorum* Rheni *quinque*: Lauterenſe, Simmerenſe, Neuburgenſe, Bipontinum, Veldentinum; 2) ducum *Saxoniae* ſimiliter *quinque*: Vinarienſe, Iſenacenſe, Coburgenſe, Gothanum, Altenburgenſe, aut alterno, quem a ſeſſione ad ſeſſionem obſeruant, votorum ordine: Cob. Goth. Alt. Vin. Iſ.; 3) marchionum *Brandenburgicorum duo* (quae ad a. 1769. vsque per triennia pariter inter ſe alternabant): Onoldinum, et Baruthinum; 4) ducum *Brunſuico-Lüneburgicorum* ſuffragia *quatuor*: Cellenſe, Calenbergenſe, Grubenhagenſe, et Guelpherbytanum, aut alternando ſecundum ſenium: Guelph. Cell. Cal. Grub.; 5) ducum

Po-

Digitized by Google

*Pomeraniae* citerioris et vlterioris *duo*; 6) ducum *Megapolitanorum duo*: Suerinenſe et Güſtrouienſe; 7) marchionis *Badenſis tria*: Badenſe, Durlacenſe et Hochbergicum, aut ex ordine alternationis pro caſibus mortis vsque ad a. 1771. obſeruato Durl. Bad. Hochb.; 8) *Haſſiae* Landgrauiorum *duo*, pariter alternantia: Caſſellanum et Darmſtadinum; 9) ducum *Holſatiae duo*, Glückſtadinum et Gottorpienſe, ſeu, quod ab a. 1778. inde vocatur, Holſatico-Oldenburgicum.

(d) Sic *domus Anhaltina*, licet plures hodie lineas regentes contineat, ideo intelligitur adhuc tantum vnico vti ſuffragio, quia anno 158[illegible]. vixit vnicus princeps Anhaltinus regens Ioachimus Erneſtus († 1586.), cuius demum a filiis oriundae ſunt hodiernae huius domus lineae.

§. 80. Porro in *eccleſiaſticis* etiam *territoriis* haec mutatio contigit, vt partim ex ſtatu anni decretorii, partim ex ſpeciali diſpoſitione pacis Weſtphalicae (§. 37.) complura hodie *in manibus euangelicorum* ſint, ſiue I) in ſecularia plane territoria immutata ſeu SECVLARISATA, et quidem 1) vel omnimodo *exſtinctis* ſimul *beneficiis adnexis*, veluti quod ſubiere fatum ordinis Teutonici ſupremum in *Pruſſia* magiſterium, et ex pace Weſtphalica archiepiſcopatus *Bremenſis*, epiſcopatus *Verdenſis*, *Caminenſis*, *Suerinenſis*, *Ratzeburgenſis*, et abbatia *Hirsfeldenſis* (a), vel 2) *exſtincta* tantum quadam *canonicatuum* cathedralium *parte*, veluti archiepiſcopatus *Magdeburgenſis*, et epiſcopatus *Halberſtadienſis* et *Mindanus* (b); ſiue II) *retenta*

*5) eccleſiaſtica territoria varie immutata,*

*tenta priſtina forma*, veluti ex diſpoſitione pacis Weſtphalicae alternando cum catholicis epiſcopatus *Osnabrugenſis* (c), et ex ſtatu anni decretorii epiſcopatus *Lubecenſis* et abbatiae *Quedlinburgenſis*, *Herfordenſis*, *Gernrodenſis* (quam quidem reuera ſecularisſatam poſſidet domus Anhaltina Bernburgenſis) atque *Gandersheimenſis*.

(a) I. P. O. art. 10. §. 7., art. 11. §. 5., art. 12. §. 1., art. 15. §. 2.

(b) I. P. O. art. 11. §. 1. 4. 6. 9.

(c) I. P. O. art. 13.

*vna cum eorum ſuffragiis.*

§. 81. Quod ad vota comitialia hiſce territoriis inhaerentia attinet, de epiſcopis euangelicis ſtatuit pax Weſtphalica, vt in SCAMNO TRANSVERSO hanc in rem ordinato conſideant, ordine ſuffragii tamen priſtino retento (a). *Secularisſatorum* autem ſuffragia ad ſcamnum ſeculare in congruos fere cum eccleſiaſtico locos translata ſunt (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 22.: "(Principes ec„cleſiaſtici ex A. C.) ſeſſionem *in ſcamno* inter ec„cleſiaſticos et ſeculares *intermedio et transuerſo* „capiant, quibus a latere adſideant -- directores" etc.

(b) *Bremenſi* voto ipſa pax Weſtphalica art. 10. §. 9. iam adſignauerat quintum in ſcammno ſeculari locum. Sed ſuperiorem tamen, eumque ſecundum locum in ſcamno ſeculari, ſeu quartum in ſenatu principum in genere, obtinuit *Mag-*

Digitized by Google

*Magdeburgenſe* votum; deinde a d. 23. Iun. 1653. inde *Halberſtadienſi*, *Mindenſi*, *Verdenſi* et reliquis poſt varias contradictiones demum ſuus cuique locus adſignatus fuit. Poſtremo adhuc 1668. definitus eſt locus voti *Caminienſis* inter Suerinenſe et Ratzeburgenſe. Moſers Staatsr. tom. 36. p. 37. 42. 59.

§. 82. Denique quum in ſtatibus imperii Germanici non ſolum dudum fuerit *Bohemiae* rex (§. 18.), ſed a pace Weſtphalica inde etiam *Sueciae* regnum ratione Pomeraniae perpetuum cum imperio nexum ſubierit (a), quibus adhaec complura *exterorum regna* accedunt, quae illuſtribus Germaniae familiis contigerunt *hereditaria* (b), vti ſubinde quoque *electitia* (c); noua omnino conſideratio eſt complurium imperii ſtatuum regiis ſimul coronis fulgentium. At in iis tamen, quae in qualitate ſtatuum imperii eos concernunt, proprie nulla eſt STATVVM REGVM praerogatiua, niſi res ita forte comparata ſit, vt perſona regis et ſtatus ſeiungi omnino nequeat. *6) ſtatus reges a non regibus diſtincti.*

(a) I. P. O. art. 10. §. 1. ſq.

(b) Veluti Oldenburgo - Holſaticae familiae *Dania*, *Suecia*, *Ruſſia*, Habsburgo - Auſtriacae *Hungaria*, Brandenburgicae *Pruſſia*, Brunſuico - Luneburgicae *Magna Britannia*, et quae ſimiliter huc referri poteſt (§. 13. II.), Sabaudicae *Sardinia*.

(c) Vti iam plus vice ſimplici contigit, vt Saxoniae elector in regem *Poloniae* eligeretur.

CAP.

## CAP. III.
### DE
# ELECTORIBVS EORVMQVE COLLEGIO.

§. 83.

*1) Singuli electores A) quinam ſint? 1) eccleſiaſtici;*

ELECTORES ab initio ſemper primi fuerunt tres *eccleſiaſtici*, archiepiſcopi nempe *Moguntinus*, *Treuirenſis* et *Colonienſis;* eorumque abhinc *nulla* accidit *mutatio*. *Ordo* autem *ſedendi* in curia imperiali inter eos ita definitus eſt, vt Moguntinus et Colonienſis in ſua cuiusq: e dioeceſi et prouincia aut archicancellariatus ditione ad latus dextrum, Treuirenſis vero ſemper ex oppoſito verſus faciem imperatoris ſedere debeant (a). Ceterum *praecedentia Treuirenſis atque Colonienſis* ita compoſita eſt, vt in ſuffragio quidem ferendo ſemper Treuirenſis antecedat Colonienſem; in ſedendo autem, vbi vota non feruntur, item in ſubſcribendo, ſigillando aliisque quibusuis actibus ſollennibus vterque alternet, actum primum ſemper inchoante Treuirenſi.

(a) A. B. cap. 3.

*2) Seculares a) ex origine et ex A. B.*

§. 84. Quatuor SECVLARES electores 1) *ab initio* fuerunt rex Bohemiae, dux Bauariae, co-

comes ſimul Palatinus Rheni, dux Saxoniae et marchio Brandenburgicus. Quumque II) *aurea bulla* 1) lites inter plures gentis Bauaricae Palatinaeque lineas, et in Saxonica gente inter ſtirpem Lauenburgenſem atque Vitembergenſem exortas decideret, ſtabilito ſimul 2) principio, vt indiuiduis ſemper et ex ordine primogeniturae deuoluendis electoratibus inhaereat dignitas electoralis; ab aurea bulla inde fuerunt electoratus ſeculares *Bohemiae* regnum, *Palatinatus Rheni, Saxoniae* ducatus Vitembergenſis, et marchionatus *Brandenburgenſis*.

§. 85. Abhinc autem I) in familia *Saxonica* a. 1547. translata fuit dignitas electoralis vna cum eius ſede, terra Vitembergenſi, a primogenita linea Erneſtina ad ſecundogenitam Albertinam, quae adhucdum electoratum iſtum tenet. Deinde II) bello tricennali quum eiectus eſſet *comes Palatinus Rheni*, eiusque ſecundum locum ſiue quintum electoratum nactus *dux Bauariae*, pace Weſtphalica quidem hic retinuit electoratum iſtum, ſed pro Palatino ſimul inſtitutus fuit *electoratus octauus*, hac ſolum conditione adiecta, vt, "ſi „contigerit lineam (ducum Bauariae) Guilhelmia„nam masculinam prorſus deficere, ſuperſtite Pa„latina, dignitas electoralis, quae penes Bauariae duces

b) *Mutationes electoratus Saxonici et Palatini, nonique Brunſuicenſis.*

„duces fuit, ad eosdem ſuperſtites Palatinos redeat, octauo tunc electoratu prorſus expungendo" (a). Denique III) *nonus elector* a Leopoldo Imperatore a. 1692. creatus fuit *dux Brunſuico-Luneburgicus* lineae Hannoueranae. Quumque ſingulari fato rex *Bohemiae* iurium electoralium exercitio dudum fere deſtitutus fuiſſet; ſimul huius ſancita fuit *readmiſſio*. Sed cum haec, tum noni illius electoris introductio non prius, quam anno 1708. ad finem perduci potuit (b). Poſteaquam vero a d. 30. Dec. 1777. inde exſtincta linea Bauarica quintus electoratus ad ſuperſtitem lineam Palatinam rediit; nonus hucusque nunc octauus eſt electoratus Brunſuico-Luneburgicus.

(a) I. P. O. art. 4. §. 3. 5. 9.

(b) *Corp. iur. publ.* p. 1132.

B) *Obſeruanda* 1) *de religione electorum;*

§. 86. Cum hisce mutationibus variae ſimul in *religione electoratuum* obſeruandae periodi ſunt. Fuerunt nempe electores

| | CATHOLICI | EVANGELICI |
|---|---|---|
| 1) 1555. | Mog. Treu. Col. | Pal. Sax. Brand. |
| 2) 1623. | M. Tr. C. *Bau.* | Sax. Brand. |
| 3) 1648. | M. Tr. C. Bau. | Sax. Brand. *Pal.* |
| 4) 1685. | M. Tr. C. Bau. *Pal.* | Sax. Brand. |
| 5) 1708. | M. Tr. C. *Boh.* Pal. | Sax. Brand. *Brunſu.* |
| 6) 1714. | M. T. C. Boh. *Bau.* Pal. | Sax. Brand. Brunſu. |
| 7) 1778. | M. T. C. Boh. Pal. | Sax. Brand. Brunſu. |

Quum-

Digitized by Google

Quumque iam a. 1708. praecogitaretur, fieri olim aliquando poſſe, vt electoratus Bauaricus et Palatinus in perſona euangelica coaleſcerent ſuperſtite Brunſuicenſi; adeoque ſequens ſchema obtineret:

8) M. T. C. Boh. | Pal. Sax. Brand. Brunſu.

in hunc caſum iam tum praedefinitum eſt *votum catholicum ſupernumerarium* (a).

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1134.

§. 87. Inter omnes ac ſingulos electores pro mutua iurium ac praerogatiuarum electoralium defenſione ſingularis viget VNIO ELECTORALIS primum 1338. inita, deinde aliquoties, et ſollenniter poſtremum 1558. renouata (a). Quam, quum noua eius extenſio, in primis 1684. tentata (b), tum perfici non potuiſſet, de nouo 1745. iurarunt ſinguli electores, exceptis Colonienſi, Brandenburgico et Palatino; iterumque omnes plane poſt electionem Ioſephi II. peractam anno 1764. Specialis praeterea eſt *vnio inter electores Rhenanos*, Moguntinum, Treuirenſem, Colonienſem, Palatinum, pro defendendis iuribus, quae ſeruari praeſertim ratione Rheni vniuscuiusque illorum in ſpecie intereſt (c). Vtramque vnionem *confirmauerunt* imperatores (d), ſaluis

*2) de vnionibus electoralibus;*

Digitized by Google

ſaluis modo conſtitutionibus imperii, iuribusque reliquorum imperii ſtatuum (e).

(a) *Corp. iur. publ.* p. 210.

(b) Moſers Zuſätze zum Staatsr. tom. I. p. 106.

(c) *Corp. iur. publ.* p. 68.

(d) Capitvl. (1612.) art. 3. §. 6. "Geſtalt wir dann auch (inquit primum Matthias) der Churfürſten gemeine und ſonderbare Rheiniſche Verein, als welche ohne das mit Genehmhaltung und Approbation der vorigen Kaiſer rühmlich aufgerichtet, (additum ex monito Colon. 1658. ſub Leop.: "und was darüber noch weiter die Herren Churfürſten allerſeits unter einander gut befinden und vergleichen mögen,") = = auch unſers Theils approbiren und confirmiren."

(e) Capitvl. art. 3. §. 7. (ex monito princ. 1658. et perpet. 1671.): "Jedoch dem I. P. und andern Reichs=Satzungen, auch den von Fürſten und Ständen, die ohnmitt. R. R. mit eingeſchl. hergebrachten iuribus, Hoheiten und priuilegiis ohnabbrüchig."

*3) de honoribus electorum regiis.*

§. 88. In praerogatiuis electorum praecipua haec eſt, vt honoribvs regiis fulgeant, nec proinde aliis, quam regibus regumue viduis pupillisque cum maiore aetate ad regimen regium adſpiraturis cedant; quae praerogatiua in electorum etiam legatos redundat (a), meritoque etiam prae *cardinalibus* eccleſiae Romanae contenditur.

(a) Capit. (1636.) art. 3. §. 20.: "Nachdemmalen ſich auch eine Zeitlang zugetragen, daß ausländiſcher (add. 1653.: Potentaten), Fürſten (ad.

Digitized by Google

(add. 1653.: und Republiken) Geſandte, (add. 1653.: und zwar dieſe unter dem Namen und Vorwand, als wären die Republiken für gekrönte Häupter, und alſo denſelben in Würden gleich zu achten), an den kaiſerlichen und königlichen Höfen und Capellen die Präcedenz vor den churfürſtlichen Geſandten praetendiren wollen; ſo ſollen und wollen wir inskünftige ſolches weiter nicht geſtatten. Wäre es aber Sache, daß neben den churfürſtlichen Geſandten der (add. 1653.: recht titulirten) und gekrönten regierenden ausländiſchen Könige, königlichen Wittwen, oder Pupillen (denen die Regierung, ſobald ſie ihr gebührendes Alter erreichet, zu führen zuſtehet, und immittelſt in der Tutel oder Curatel begriffen ſind), Botſchafter zugleich vorhanden wären; ſo mögen und ſollen zwar dieſelben den churfürſtl. Geſandten, (add. 1653.: dieſe aber allen anderen auswärtiger Republiken Geſandten, und auch den Fürſten in Perſon ohne Unterſchied) vorgehen, (add. 1711. in cap. Car. VI.: und unter Ihnen, nehmlich den churfürſtlichen Geſandten primi ordinis, es mögen auch deren mehr als einer ſeyn, an unſerm kaiſerlichen Hofe, auch ſonſt aller Orten inn- und auſſer dem Reich keine Diſtinction mehr gemacht, ſondern allen und jeden gleiche honores in allem, wie den königlichen Geſandten gegeben werden)." Quibus iungenda ſunt, quae occaſione decreti, quod Ferdinandus II. in fauorem Venetorum dederat, (propter quod etiam inſerta 1653. in priore paſſu rerumpublicarum mentio), in ſequente porro paſſu continet Capitvl. (1653.) art. 3. §. 21.: "Auch ſ. u. w. wir im übrigen die Vorſehung thun, daß den Churfürſten ſelbſten ihre von Alters hergebrachte und ſonſt gebührende Würde und Prärogativen erhalten, und dawider von fremder Regenten und Republiken Geſandten (add. 1711. in cap. Car. VI.: oder anderen) an dem kaiſerlichen und königlichen Hofe, oder wo es ſich ſonſt begeben könnte, nichts nachtheiliges oder neu-



Digitized by Google

erliches vorgenommen oder geſtattet werde. (Omiſſ. 1711.: Was auch dawider allein hiebevor per decreta (add. 1658.: und abſonderlich 1636.) oder ſonſt vorgenommen oder verordnet, fürters abgeſtellt und kraftlos seyn ſoll.") Adde etiam receſſum electorum d. 24. Aug. 1671. in *corp. iur. publ.* p. 1080.

*II) Forma collegialis electorum.*

§. 89. DIRECTORIVM denique in collegio electorali penes Moguntinum eſt, et ORDO COLLEGII, in quo nec regia vnius alteriusue corona mutationem adfert (a), mox *linealis* (b) obſeruatur, mox *lateralis* (c). Aliusque ſingularis iterum ordo *in proceſſionibus* (§. 62.) obtinet (d).

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1137. CAPITVL. (1764.) art. 3. §. 21.: "Bevorab wollen wir nirgendwo zwiſchen den Churfürſten unter einander in ceremoniali einen Unterſchied einführen noch einführen laſſen."

(b) *Ordo* electorum *linealis* hic eſt, vt a primo ad poſtremum vsque vnus alterum immediate excipiat, ſequenti ratione: 1) *Moguntinus*, 2) *Treuirenſis*, 3) *Colonienſis* (aut alternando, 2) *Colonienſis*, 3) *Treuirenſis*), 4) *Bohemiae rex*, 5) *Palatinus*, 6) *Saxonicus*, 7) *Brandenburgicus*, 8) *Brunſuico-Luneburgicus elector.*

(c) *Lateralis ordinis*, quo antiquitus ad ambo imperatoris latera conſidere ſolebant electores, ex A. B. cap. 3. et 4. primum ſequens erat ſchema;

| LATVS DEXTR. | *Imp.* | LAT. SINISTR. |
|---|---|---|
| 1. Mog. | 2. Treuir. | 3. Col. |
| 4. Boh. | | 6. Sax. |
| 5. Pal. | | 7. Brand. |

Sed

Sed poſt varias collegii electoralis viciſſitudines nouamque conuentionem hac de re anno 1653. conditam *hodierni ordinis lateralis* ſequens ſchema erit:

| LAT. DEXTR. | *Imp.* | LAT. SINISTR. |
|---|---|---|
| 1. Mog. | 2. Treuir. | 3. Col. |
| 4. Boh. | | 6. Sax. |
| 5. Palat. | | 8. Brunsv. |
| 7. Brand. | | |

Etiam in ſeſſionibus collegii, vbi ſingulorum electorum plures legati adſunt, ii quidem, qui vota ferunt, lineali, reliqui, quos repraeſentantes vocant, ordine laterali ſequentem in modum ſedent:

| LATVS DEXTR. | | | | LATVS SINISTR. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 7. | 5. | 4. | 1. | 2. | 3. | 6. | 8. |
| Brand. | Pal. | Boh. | Mog. | Treu. | Col. | Sax. | Brunsv. |
| aut alternando (§. 83.) — | | | | Col. | Treu. | — | |

(d) Vide in primis conuentionem allegatam d. a. 1653. in Lünigs theatr. cerem. tom. 1. p. 1026., Moſers Staatsr. tom. 33. p. 272. ſq., ibique deſignata ſchemata, quorum praecipua haec ſunt:

I. *ſi inſignia praeferuntur:*

| | | |
|---|---|---|
| | 2. Treu. | |
| 8. Pal. | 5. Bau. c. pom. | 7. Brand. c. ſceptr. |
| | 6. Sax. c. enſe | |
| 3. Col. | *Imp.* | 1. Mog. |
| | 4. Bohem. | |

II. *ſine inſignibus:*

| | | |
|---|---|---|
| 8. Pal. | | 7. Brand. |
| 6. Sax. | | 5. Bau. |
| | 2. Treu. | |
| 3. Col. | *Imp.* | 1. Mog. |
| | 4. Bohem. | |



Digitized by Google

Ordo proceſſionis, quem a. 1764. obſeruarunt electores, quo primum actu eoque poſtremo ſimul nouem aderant, ex ſequenti ſchemate, quod exhibet diarium coronationis Iosephi II. p. 137., perſpici poteſt:

9) Brunsv. 7) Brand. 8) Pal.

6) Sax. 5) Bauar.

3) Treuir.

Theſaurar. Dapiſer Camerarius.

Mareſchallus imp. her.

Rex Rom. Imperator.

2) Colonienſis 1) Moguntinus

4) Bohem.

# Cap. IV.

## de
## SENATV PRINCIPVM
## et qvae in eo continentvr
## SCAMNIS
## ECCLESIASTICO ET SECVLARI
## atqve
## COLLEGIIS COMITVM ET PRAELATORVM.

§. 90.

*Senatus principum* In senatv principvm ſtatus eccleſiaſtici et ſeculares, qui ſinguli de praecedentia certant,

tant, in *duobus ſcamnis* ſeparati conſident, et ſuffragia ferunt alternando a ſcamno eccleſiaſtico ad ſeculare. Et ab origine quidem poſt ſegregatos vtriusque ordinis electores I) *in ſcamno eccleſiaſtico* conſederunt immediati omnes archiepiſcopi, epiſcopi ac reliqui praelati, II) *in ſcamno ſeculari* familiarum electoralium reliquae lineae, deinde ceteri antiqui principes, denique comites atque dynaſtae.

*1) duplex ſcamnum;*

§. 91. Singulare modo eſt, non in ſeculari, ſed eccleſiaſtico ſcamno deprehendi *Auſtriae et Burgundiae vota,* eaque vel primum et ſecundum, vel *alternando cum Salisburgenſi* ſecundum et tertium in illo locum occupantia. Id quod omnino per anomaliam accidit tempore Friderici III. imp. occaſione praecedentiae Auſtriacae ex dignitate huius vnicae familiae *archiducali*, quae in ſcamno ſeculari, a ducibus Bauariae praeſertim, controuertebatur; quam ad praecidendam controuerſiam voto Auſtriaco Burgundicoque in ſcamno eccleſiaſtico locus quaeſitus et conceſſus fuit (a).

*A) eccleſiaſticum, et in eo 1) Auſtriae et Burgundiae vota;*

(a) Moſers Staatsr. tom. 35. p. 514. ſq. tom. 36. p. 3. ſq.

§. 92. Ceterum *in ſcamno eccleſiaſtico*, ſi auulſa et ſeculariſata territoria exceperis, ſua natura

*2) ſeries archiepiſcoporum et epiſcoporum;*



Digitized by Google

tura non facile mutari poterat eorum, qui in illo conſidendi iure fruebantur, numerus, nec de *ſerie* archiepiſcoporum et reliquorum multum controverſiae eſſe poterat. Ex ARCHIEPISCOPIS enim ſuperſunt modo *Salisburgenſis* et nomine magis, quam re, *Veſontinus* (§. 13. VI.). EPISCOPI autem ſequente ſe excipiunt ordine, vt primum in iis locum habeat *Bambergenſis*, eumque ſequantur *Würzburgenſis*, *Vormatienſis*, *Eichſtadienſis*, *Spirenſis*, *Argentoratenſis*, *Conſtantienſis*, *Auguſtanus*, *Hildeſienſis*, *Paderbornenſis*, *Friſingenſis*, *Ratisbonenſis*, *Paſſauienſis*, *Tridentinus*, *Brixienſis*, *Baſileenſis*, *Monaſterienſis*, *Osnabrugenſis*, *Leodienſis*, *Lubecenſis* et *Churenſis*; niſi quod *alternent* 1) a ſeſſione ad ſeſſionem *Würzburgenſis* et *Vormatienſis*, item *Monaſterienſis* et *Leodienſis* epiſcopi; 2) a comitiis ad comitia *Brixienſis* et *Baſileenſis*.

*3) ſeries praelatorum principum;*

§. 93. Epiſcopos ſequuntur abbates aliique PRAELATI, qui iam *ante a.* 1582. *dignitate principali condecorati*, adeoque et *voto virili* in ſenatu principum *vſi* fuerant, veluti abbates *Fuldenſis* et *Campodunenſis*; praepoſiti *Elwangenſis*, *Berchtolsgadenſis* et *Weiſſenburgenſis*; abbates denique *Prumienſis*, *Stabulenſis* et *Corbeienſis*. E quibus

Digitized by Google

quibus nouiſſime quidem abbatia *Fuldenſis* in epiſcopatum euecta eſt, ſed nulla tamen in ſenatu principum inde mutatio contigit (a).

(a) Nimirum abbatia fvldensis quum dudum tamquam exemta non ſolum in clerum ſed et in populum Fuldenſem ius quaſi epiſcopale ſibi vindicaret, contradicente tum epiſcopo Würzburgenſi, tum archiepiſcopo Moguntino, ad finiendam perantiquam hanc litem Benedictus XIV. d. 27. Nou. 1752. abbatem nunc epiſcopum Fuldenſem declarauit, Würzburgenſi ſimul pallium impertitus; ob contradictionem autem Moguntini porro breui apoſtolico d. 15. Sept. 1756. rem ita declarauit, vt eccleſia quidem Fuldenſis exemta et immediata maneret, monachi nempe omnes et monaſterium Fuldenſe cum ſua abbatiali eccleſia, quae nuper in cathedralem euecta eſt, aliisque eccleſiis incorporatis; dioecefis autem et territorium Fuldenſe maneret pars prouinciae Moguntinae ſub hacce metropoli. Qua ratione demum ſubſecuta transactio Moguntini et Fuldenſis menſe Febr. 1757., eiusque confirmatio in breui apoſtolico menſe Iun. 1757. Ea omnia autem in comitiis imperii nihil immutarunt, quandoquidem priſtinus Fuldenſi locus remanſit, neque nomen epiſcopi magis quam abbatis ibi adhiberi ſolet.

§. 94. Citra epiſcopos ceteroſque praelatos locum in ſcamno eccleſiaſtico etiam obtinuerunt ordines eqvestres sacri, eumque adhuc inter Elwangenſem et Berchtolsgadenſem praepoſitos habet *Iohannitarum* ordinis ſupremus in Germania magiſter *Heidershemii* in Brisgouia reſidens (Johanniter-Meiſter). *Teutonici ordinis* 4) *ordines equeſtres ſacri;*

*magiſtro*, cui ſedes *Mergenthemii* (Teutſchmeiſter), locus olim erat poſt Fuldenſem, et *ſupremo* huius *ordinis magiſtro* (Hochmeiſter), cuius *in Pruſſia* ſedes erat, plane immediatum poſt archiepiſcopos locum, contradicente tamen Bambergenſi epiſcopo, adſignauit CAROLVS V. Imp. Eumque locum poſt ſeculariſationem Pruſſiae ſibi vindicauit magiſter Teutonicus, relicto priſtino ſuo poſt Fuldenſem loco, ſub nomine *adminiſtratoris ſupremi magiſterii*, ſeu, vti in comitiis iam vocari ſolet, **Hoch- und Teutſchmeiſter.**

5) *praelatorum curiata vota.*

§. 95. *Reliqui* immediati *praelati*, ſi vel maxime ad dignitatem principum nouiore aeuo euecti fuerint, comprehenſis quoque femineis abbatiis, ordinisque Teutonici balliuiis Confluentiae et Alſatiae, participant dumtaxat alterutrum *votum* praelatorum *curiatum* (§. 77.), cui demum finitis in vtroque ſcamno votis virilibus alternus cum votis comitum curiatis locus eſt (a).

(a) Vtriusque ſcamni praelatorum en ordinem et nomina: I. SVEVICI, 1. Marchthal, 2. Elchingen, 3. Salmannsweiler, 4. Weingarten, 5. Ochſenhauſen, 6. Irſee, 7. Petershauſen, 8. Urſpring, 9. Roth, 10. Roggenburg, 11. Weiſſenau, 12. Wettenhauſen, 13. Zwifalten, 14. Gengenbach, 15. Lindau, 16. Rotenmünſter, 17. Hegbach, 18. Gutenzell, 19. Baindt, 20. Neresheim; II. RHENANI, 1. Kaiſersheim, 2. Balley Coblenz, 3. Balley Elſaß und Burgund, 4. Odenheim oder

Bruch-

Bruchſal, 5. Werden, 7. St. Ulrich und St. Afra zu Augsburg, 7. Georgii zu Jsny, 8. St. Corneli-Münſter, 9. St. Emmeran zu Regensburg, 10. Eſſen, 11. Buchau, 12. Quedlinburg, 13. Hervorden, 14. Gernrode, 15. Niedermünſter zu Regensburg, 16. Obermünſter zu Regensburg, 17. Burſcheid, 18. Gandersheim, 19. Thorn.

§. 96. In *ſcamno ſeculari* primo loco veniunt vota eorum, quorum FAMILIAE ELECTORALES ſunt. Qua ratione intelligitur priſtinus hic voti Bauarici comitumque Palatinorum locus, deinde Saxonicorum, Brandenburgicorum et Brunsuico-Luneburgicorum (a) ſuffragiorum ordo. *B) Scamnum ſeculare, et in eo 1) ſeries familiarum electoralium;*

(a) *Brunſuicenſia ac Luneburgenſia* ſuffragia vt huic claſſi adnumerari poſſint, proprie quidem ex noua huius familiae dignitate electorali repetendum eſt (§. 85.). Sed nec omittendum, a priſtino familiae ſplendore et ducatu, olim Saxoniae, in Brunſuicenſem Luneburgenſem immutato hoc ſupereſſe, vt ſemper hunc locum immediate poſt familias electorales ante omnes reliquas tuita fuerit.

§. 97. Qui familias electorales ſequuntur, principes plerique antiquas de praecedentia et ordine votorum controuerſias habuerunt, quas tandem variis de ſingulari obſeruanda alternatione compoſuerunt conuentionibus, vnde per excellentiam FAMILIAE ALTERNANTES vocari ſolent. Quae quidem I) ex pacto de 1576. ſunt 1) *Würtenbergiae* duces; 2) duces *Pomeraniae*, *2) familiae alternantes;*

quos exſtinctos nunc repraeſentant Succiae et Pruſſiae reges; 3) *Haſſiae* Landgrauii; 4) *Badenſes* marchiones. Deinde II) a. 1640. nouo pacto acceſſit 5) familia ducum *Megapolitanorum*; III) a. 1740. acceſſit 6) familia ducum *Holſatiae*, ſimpliciter quidem regia tantum linea, ſed euentualiter quoque certis ſub conditionibus ducalis in ſpecie ſic dicta (a). Et inter horum quidem alternantium principum vota ſemper tertium locum habet, quod ceterum huc non pertinet, *votum Verdenſe* (§. 80.). Citra hoc autem nulli alteri ſuffragio inter alternantia locus datur. Horumque ordo ex *decem*, quas vocant, *ſtrophis* obſeruatur, quarum quamque is, qui vota colligit, ſemper ante oculos habet, et in protocollo notari curat (b).

(a) *Corp. iur. publ.* p. 721. 1477. Ducale votum, olim Holſtein-Gottorp dictum, poſt commutationem comitatuum Oldenburg et Delmenhorſt, eorumque ceſſionem in fauorem epiſcopi Lubecenſis eiusque poſterorum a. 1773. factam, et poſt euectionem eorum in ducatum a. 1777. ſecutam, ex ſuffragio duorum collegiorum d. 15. Mai. 1778. a caeſare d. 10. Iun. 1778. ratificato, translatum eſt in Holſtein-Oldenburg.

(b) *Prima* quidem *ſtropha* hoc ordine procedit, vt poſt 41. priora in ſenatu principum ſuffragia numero 42. veniat Vor-Pommern, 44. Hinter-Pommern, (46. Verden,) 48. Mecklenburg-Schwerin, 50. Mecklenburg-Güſtrow, 52. Würtenberg, 54. Heſſen-Caſſel, 56. Heſſen-Darmſtadt, 58. Baden-Baden, 60. Baden-Durlach,

62.

62. Baden=Hochberg, 64. Holſtein=Glückſtadt.
*Reliquas ſtrophas* repraeſentabit ſequens tabula:

| Stroph. II. | III. | IV. | V. | VI. | VII. | VIII. | IX. | X. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 42. M. S. | W. | H. D. | B. B. | V. P. | M. S. | W. | H. C. | B. B. |
| 44. M. G. | H. C. | H. C. | B. D. | H. P. | M. G. | H. G. | H. D. | B. D. |
| 46. Verden | = = | = = | = = | = = | = = | = = | = = | = = |
| 48. W. | H. D. | H. G. | B. H. | M. S. | V. P. | B. B. | V. P. | B. H. |
| 50. H G. | B. B. | W. | V. P. | M. G. | H. P. | B. D. | H. P. | W. |
| 52. B. B. | B. D. | M. S. | H. P. | W. | W. | B. H. | W. | H. G. |
| 54. B. D. | B. H. | M. G. | H. G. | B. B. | H. G. | H. D. | H. G. | M. S. |
| 56. B. H. | M. S. | V. P. | H. C. | B. D. | H. C. | H. C. | B. B. | M. G. |
| 58. V. P. | M. G. | H. P. | H. D. | B. H. | H. D. | V. P. | B. D. | H. D. |
| 60. H. P. | H. G. | B. B. | M. S. | H. D. | B. B. | H. P. | B. H. | H. C. |
| 62. H. D. | V. P. | B. D. | W. G. | H. C. | B. D. | M. S. | M. S. | V. P. |
| 64. H. C. | H. P. | B. H. | W. | H. G. | B. H. | M. G. | M. G. | H. P. |

§. 98. Alternantia excipiunt *reliquorum antiquorum principum* vota (a), ea nempe, quae iam anno 1582. virilia fuerunt, veluti *emortuarum* iam *familiarum* Lauenburgicae, Leuchtenbergenſis, Hennebergenſis et Mompelgardenſis (§. 79.), et *florentium* adhuc Sabaudicae, Anhaltinae, Lotharingicae (b) et Arenbergenſis (c), intermixtis modo ſeculariſatis (§. 80.). 3) *reliqui principes antiqui;*

(a) Ordo horum votorum, quo in comitiis euocantur, ſequens eſt: Sachſen=Lauenburg, Savoyen, Leuchtenberg, Anhalt, Henneberg, Nomeny, Mümpelgrad, Arenberg.

(b) Sub voce *Nomeny* dudum latum fuit ſuffragium ducis Lotharingiae intuitu terrarum, quas vi transactionis anni 1542. in nexu imperii tenebat (§. 15.), in quibus primo loco habebatur marchionatus de Nomeny, vti porro marchionatus Pontis-Montis, Hattonis caſtri, pluresque comitatus et dynaſtiae. Etſi vero nihil harum terrarum reliquerit familiae Lotharingicae pax Vi-
en-

Digitized by Google

enneuſis a. 1735. (§. 15.), excepto vnico comitatu Falkenſteinenſi; tamen expreſſe ei reſeruatum fuit votum et ſeſſio in comitiis ſub dicta voce: *Nomeny* Corp. iur. publ. p. 1466.

(c) Duces *de Arenberg*, ex ordine dynaſtarum primum 1549. a Carolo V. in claſſem comitum, deinde 1576. a Maximiliano II. in claſſem principum euecti, ac 1644. a Ferdinando III. dignitate ducali inſigniti, agmen proprie principum antiquorum claudunt; licet haud ſemper iis interſint, et a nonnullis in primum nouorum locum referantur.

4) *noui principes introducti*.

§. 99. *Poſtrema* in ſcamno principum ſeculari *vota virilia* eorum ſunt, qui demum poſt annum 1582. talis voti virilis ſunt compotes facti, ceu NOVI PRINCIPES (a).

(a) Quinam hi ſint, et quo tempore quique votum virile obtinuerint, optime ſequens docebit tabula:

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1653. | Iun. | 30. | 1) *Hohenzollern*, 2) Eggenberg, 3) *Lobkowitz*; |
| 1654. | Febr. | 28. | 4) *Salm*, 5) *Dietrichſtein*, 6) Piccolomini, 7) *Auersberg*; |
| 1654. | Mart. | 3. | 8) *Naſſau-Hadamar* et *Siegen*, 9) *Naſſau-Dillenburg*; |
| 1664. | Apr. | 26. | 10) Portia; |
| 1667. | Sept. | 6. | 11) *Oſtfriesland*, 12) *Fürſtenberg*; |
| 1674. | Aug. | 22. | 13) *Schwarzenberg*, 14) Waldeck; |
| 1705. | Nou. | 22. | 15) Mindelheim; |
| 1713. | Febr. | 15. | 16) *Lichtenſtein*; |
| 1754. | Mai. | 30. | 17) *Thurn et Taxis*; 18) *Schwarzburg*. |

Ex quibus tamen ceſſarunt iterum, exſtinctis, quibus conceſſa fuerant, vota ſub num. 2. 6. 10. 14.

14. et 15. nominata, et vehementer adhuc principum ſecularium antiquorum nomine contradicitur nouiſſimae introductioni ſub num. 17. memoratae.

§. 100. Denique ſub *quatuor*, quae comitum nomine feruntur, *votis curiatis* I) haud quidem comprehenduntur omnes, qui hodie comitum imperii titulo ex gratia caeſarea vtuntur, ceterum bona equeſtria ſolum poſſidentes; ſed II) proprie tantum *priſtini comites* comitatibus aut dynaſtiis imperantes, ſiue *originarie* ſemper comites, ſiue olim *dynaſtae* fuerint (a), ſiue denique et *principum encomio* condecorati ſint. Innumerae autem comitum dynaſtarumque *familiae* quum *extinctae* ſint, III) illa quoque earum territoria, quae *a nouis* forte comitum *familiis* poſſidentur, aut *in principum electorumue manus* nouiore demum aeuo peruenerunt, adhuc ſuum hic locum habent. Nonnulli etiam IV) in vnum alterumue collegium comitum recepti ſunt comites territorio plane adhuc deſtituti, quos *perſonaliſtas* vocant (b). 5) *quatuor comitum collegia*,

(a) Sic e. g. *originetenus* iam a ſeculis XII. XIII. inde *comites* occurrunt de Leiningen, Naſſau, Solms, Waldeck, Wittgenſtein cet. Contra *origine dynaſtae* fuerunt, pariter comites deinde dicti, de Erpach, Hanau, Hohenlohe, Iſenburg, Pappenheim, reliq.

(b) *Quatuor comitum collegia* pro hodierno eorum ſtatu qui recenſent, non omnino conueniunt in-

Digitized by Google

indices in **Moſers** kürzerer Einleitung in das Teutſche Staatsrecht (1753.) p. 125. ſq., in *compend.* Pertsch et Haeberlin *adnot. ad Schmauſs. iur. publ.* p. 730. ſq., et im genealogiſchen Reichs- und Staatshandbuche 1768. p. 312. Nouiſſimam recenſionem dedit **Moſer** von Reichsſtänden (1767.) p. 816. ſq. ſequentem in modum:

I. Das **Wetterauiſche** Grafen-Collegium: 1. **Solms**, 2. **Iſenburg**, 3. **Stolberg**, 4. **Witgenſtein**, 5. **Rheingrafen**, 6. **Leiningen**, 7. **Leiningen-Weſterburg**, 8. **Reuſſen**, 9. **Schönburg**, 10. **Ortenburg**, 11. Wied-Runkel wegen **Criechingen**. **Heſſen-Hanau**, **Naſſau-Weilburg**, **Naſſau-Saarbrücken** und **Waldeck** haben ſich abgeſondert; und **Wartenberg** iſt wieder ausgeſchloſſen worden.

II. Das **Schwäbiſche** Grafen-Collegium: 1. der Fürſt zu Fürſtenberg, als Graf zu **Heiligenberg** und **Werdenberg**; 2. die gefürſtete Abtiſſinn des freyen weltlichen Stifts zu **Buchau**; 3. der Teutſch-Ordens-Landcommenthur der Balley Elſaß und Burgund, als Commenthur zu **Alſchhauſen**; 4. die Fürſten und Grafen zu **Oettingen**; 5. der Graf von **Montfort**; 6. der Churfürſt von der Pfalz, wegen der Grafſchaft **Helfenſtein**; 7. der Fürſt zu Schwarzenberg wegen der Landgrafſchaft **Kleltgau** und Grafſchaft **Sulz**; 8. die Grafen von **Königseck**; 9. die **Reichs-Erb-Truchſeſſen**, Grafen zu **Waldburg**; 10. der Marggraf von Baden, wegen der Grafſchaft **Eberſtein**; 11. der Graf von der Leyen, wegen **Hohen-Gerolzeck**; 12. die Grafen **Fugger**; 13. der Herzog von Würtenberg wegen der Herrſchaft **Juſtingen**; 14. die Grafen von Traun, wegen **Eglof**; 15. der Abt zu St. Blaſii, wegen **Bondorf**; 16. der Graf von Stadion wegen **Thannhauſen**; 17. der Fürſt von Taxis wegen **Eglingen**; 18. die Grafen von **Khevenhüller**; 19. die Grafen von **Kufſtein**; 20. der Fürſt von **Colloredo**; 21. die Grafen von **Harrach**; 22. die Grafen von **Sternberg**; 23. die Grafen

Digitized by Google

Grafen von Neiperg, (wovon Num. 18-23. Perſonaliſten ſind).

III. Das Fränkiſche Grafen-Collegium: 1. Hohenlohe, 2. Caſtell, 3. Löwenſtein wegen Wertheim, 4. Erbach, 5. Limburgiſche Allodial-Erben, 6. Schwarzenberg wegen Seinsheim, 7. eine Linie von Noſtitz wegen ihres Antheils an Reineck, 8. Wolfſteiniſche Allodial-Erben, 9. Schönborn, 10. eine Linie von Windiſchgräz, 11. Urſin von Roſenberg, 12. eine Linie von Stahrenberg, 13. Wurmbrand, 14. Giech, 15. Pückler, wovon Num. 10. 11. 12. 13. Perſonaliſten ſind).

IV. Das Weſtphäliſche Grafen-Collegium: 1. Wied, 2. Brandenburg-Onolzbach wegen Sayn, 3. Kirchberg wegen Sayn, 4. Heſſen-Caſſel und Lippe-Bückeburg wegen Schaumburg, 5. Dänemark wegen Oldenburg und Delmenhorſt, 6. Lippe, 7. Bentheim, 8. Preuſſen wegen Tecklenburg, 9. Groß-Britannien wegen Hoya, Diepholz und Spiegelberg, 10. Löwenſtein wegen Virneburg, 11. Kaunitz wegen Rittberg, 12. Waldeck wegen Pyrmont, 13. eine Linie von Törring wegen Gronsfeld, 14. Aspermont wegen Reckheim, 15. Salm wegen Anholt, 16. Metternich wegen Winnenburg und Beilſtein, 17. Anhalt-Schaumburg wegen Holzapfel, 18. Manderſcheid wegen Blankenheim und Gerolſtein, 19. Plettenberg wegen Witten, 20. Limburg-Styrum wegen Gehmen, 21. Schwarzenberg, wegen Gimborn und Neuſtadt, 22. Quad wegen Wickerad, 23. Oſtein wegen Mylendonck, 24. Neſſelrod wegen Reichenſtein, 25. Mark wegen Schleiden und Saffenburg, 26. Schaesberg wegen Kerpen und Lommerſum, 27. Salm-Reiferſcheid wegen Dyck, 28. Platen wegen Hallermünde, 29. eine Linie von Sinzendorf wegen Reineck. Conf. wahre Bewandtniß der Trennung der C. G. Viſ. (1776.) §. 88. S. 101.

§. 101.

Digitized by Google

*comitumque vniones, religio et directoria.*

§. 101. COMITVM imperii I) quot collegia, tot VNIONES ſunt, et vel ab anno 1653. inde de *generali* omnium comitum *vnione* laboratum fuiſſe conſtat, cuius confirmatio caeſarea anno 1743. obtenta legitur (a). II) Quod ad RELIGIONEM comitum, collegiorumque, quae ex iis conſiſtunt, attinet, vniuerſum collegium comitum imperii *Sueuicum* eſt *catholicum*. Reliqua tria in comitiis imperii accenſentur votis euangelicis, ſiquidem plurima ſaltem eorum membra ſunt A. C. addicta. III) DIRECTORIA *comitum* ſequentem in modum conſtituta ſunt: 1) *Wetterauici* vtuntur vno directore et quatuor adiunctis, qui alternant; 2) *Sueuici* duobus directoribus et quatuor adiunctis, qui ad dies vitae hoc officio funguntur; 3) *Franconici* vno directore, qui ex ſenio alternat ſingulo triennio, nonnunquam et adiuncto quodam; 4) *Weſtphalici* directore euangelico, et condirectore catholico, qualis tamen ab a. 1744. inde non fuit.

(a) Moſers Staatsr. tom. 38. p. 527.

*II) Vniuerſi ſenatus principum 1) ſchema collegiale;*

§. 102. Sic demum intelligetur, ſpero, *vniuerſi ſenatus principum* ſequens *ſchema hodiernum*, quod ordinem votorum, vti euocantur, repraeſentat, vulgo Aufrufzettel:

SCAMN.

Digitized by Google

SCAMN. ECCL.

1. Oeſterreich ⎫
3. Burgund ⎬ ſ. alt. ⎨ Salzburg, Oeſterreich, Burgund
5. Salzburg ⎭
7. Biſanz
9. Hoch- und Teutſchmeiſter
11. Bamberg
13. Würzburg ⎫ ſ. alt. ⎨ Worms, Würzb.
15. Worms ⎭
17. Eichſtädt
19. Speier
21. Straßburg
23. Coſtanz
25. Augsburg
27. Hildesheim
29. Paderborn
31. Freiſingen
33. Regensburg
35. Paſſau

37. Trient

39. Brixen ⎫ alt. §. 92.
41. Baſel ⎭
43. Münſter ⎫
45. Osnabrück c. vel e. ⎬ alt. §. 92.
47. Lüttich ⎭
49. Lübeck euang.
51. Chur
53. Fulda
55. Kempten
57. Elwangen
59. Johanniter-Meiſter
61. Berchtolsgaden
63. Probſtey Weiſſenburg
65. Prüm
67. Stablo
69. Corvey

SCAMN. SECVL.

2. Baiern cath.
4. Magdeburg
6. Pfalz-Lautern cath.
8. Pfalz-Simmern cath.
10. Pfalz-Neuburg c.
12. Bremen
14. Pfalz-Zweybrücken c.
16. Pfalz-Veldenz c.
18. Sachſen-Weimar ⎫
20. Sachſen-Eiſenach ⎪
22. Sachſen-Coburg ⎬ alt. §. 79.
24. Sachſen-Gotha ⎪
26. Sachſen-Altenburg ⎭
28. Brandenburg-Onolzbach
30. Brandenburg-Culmbach
32. Braunſchweig-Zell ⎫
34. Braunſchweig-Calenb. ⎪
36. Braunſchweig-Grubenhagen ⎬ alt. §. 97.
38. Braunſchweig-Wolfenbüttel ⎭
40. Halberſtadt

Stropha I. principum alternant.

42. Vor-Pommern
44. Hinter-Pommern
46. Verden
48. Mecklenburg-Schwerin
50. Mecklenburg-Güſtrow
52. Würtenberg
54. Heſſen-Caſſel
56. Heſſen-Darmſtadt
58. Baden-Baden
60. Baden-Durlach
62. Baden-Hochberg
64. Holſtein-Glückſtadt
66. Sachſen-Lauenburg
68. Minden
(70. Holſtein-Oldenburg)
71. Savoyen cath.
72. Leuchtenberg c.



Digitized by Google

73. Anhalt
74. Henneberg
75. Schwerin
76. Camin
77. Ratzeburg
78. Hirſchfeld
79. Nomeny c.
80. Mümpelgard
81. Arenberg c.
82. Hohenzollern c.
83. Lobkowitz c.
84. Salm c.
85. Dietrichſtein c.
86. Naſſau = Hadamar
87. Naſſau = Dillenburg
88. Auersberg c.
89. Oſtfriesland
90. Fürſtenberg c.
91. Schwarzenberg c.
92. Lichtenſtein c.
93. Thurn und Taxis c.
94. Schwarzburg

95. Schwäbiſche }
97. Rheiniſche } Prälaten

96. Wetterauiſche }
98. Schwäbiſche c. }
99. Fränkiſche }
100. Weſtphäliſche } Grafen

*2) reliqua principum iura collegialia.*

§. 103. DIRECTORIVM denique in vniuerſo ſenatu principum eſt penes *Auſtriacum* et *Salisburgenſem*, qui *ſecundum materias* inter ſe inuicem *alternant*. * Ceteroquin autem citra ſenatum iſtum nulla inter principes forma collegialis obtinet. Etiamſi enim *antiqui principes* nonnumquam conuenerint, et vel *vnionem* inter ſe inuicem ſubinde inierint (a); tamen nec *directorium*

iis

Digitized by Google

iis perpetuum eſt, nec *membra* ſemper eadem ſunt, antiqui quidem potiſſimum principes ſeculares, ſed nec ii ſemper omnes iidemque, nec omnino excluſis eccleſiaſticis.

(a) Inter antiquos nempe principes ſubſiſtere videtur *vnio* anno 1662. condita, eaque repetita 1693. Mart. 4. et 15., 1700. Febr. 5. et Iul. 14., vti allegantur in tabulis nouae vnionis propoſitae 1741. Sed haec ipſa ad perfectionem non peruenit. Moſers Staatsr. tom. 36. p. 193.

# Cap. V.

## de

## CIVITATIBVS IMPERII.

### §. 104.

Civitates imperii, tamquam altera ſpecialium Germaniae rerumpublicarum ſpecies (§. 31.), quarum quaeque in vrbe quadam, quae *forma polyarchica* regitur, fundata eſt, hodie numero circiter quinquaginta ſuperſunt, et tamquam *ſtatus imperii* diſtribuuntur in *duo ſcamna*, Rhenanum et Sueuicum, in quibus earum deputati conſidere ſolent (a). *Directorium* inter illas, quatenus in forma collegiali conueniunt, ab

*Ciuitates imperii 1) in duo ſcamna diuiſae, earumque directorium.*

ea ciuitate exercetur, intra cuius moenia conuentus ciuitatum celebratur.

(a) Sunt nempe ciuitates I) SCAMNI RHENANI: 1. Cölln, 2. Aachen, 3. Lübeck, 4. Worms, 5. Speyer, 6. Frankfurt am Mayn, 7. Goslar, 8. Bremen, 9. Hamburg, 10. Mühlhauſen, 11. Nordhauſen, 12. Dortmund, 13. Friedberg, 14. Wetzlar; II) SCAMNI SVEVICI: 1. Regensburg, 2. Augsburg, 3. Nürnberg, 4. Ulm, 5. Eslingen, 6. Reutlingen, 7. Nördlingen, 8. Rotenburg an der Tauber, 9. Schwäbiſch Hall, 10. Rotweil, 11. Ueberlingen, 12. Heilbronn, 13. Schwäbiſch Gemünd, 14. Memmingen, 15. Lindau, 16. Dünkelsbühl, 17. Biberach, 18. Ravensburg, 19. Schweinfurt, 20. Kempten, 21. Windsheim, 22. Kaufbeuren, 23. Weil, 24. Wangen, 25. Jßni, 26. Pfullendorf, 27. Offenburg, 28. Leutkirchen, 29. Wimpfen, 30. Weiſſenburg im Nordgau, 31. Giengen, 32. Gengenbach, 33. Zell am Hammersbach, 34. Buchhorn, 35. Aalen, 36. Buchau, 37. Bopfingen.

*2) quomodo ratione religionis diſtinguantur?*

§. 105. Quod ad *religionem* attinet, per ſpecialem pacis Weſtphalicae ſanctionem ciuitates imperii ex eo religionis exercitio, quod a. 1624. a magiſtratu et ciuibus pro more et ſtatutis cuiusque loci introductum fuit, diiudicandae ſunt (a), aliae ſic pure euangelicae, aliae pure catholicae, aliae mixtae (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 29.: "Liberae imperii „ciuitates, — in quibus vnica tantum religio „anno 1624. in vſu fuit, — idem cum reliquis „ſtatibus imperii ſuperioribus ius habeant; — „*non attento*, quod *in iis ciuitatibus*, *in quibus* *prae-*

„*praeter A. C. exercitium nullum aliud a magiſtratu* „*et ciuibus iuxta morem et ſtatuta cuiusque loci*, „*a.* 1624. *introductum fuit*, *aliqui catholicae reli-* „*gioni addicti ciues commorentur*, vel etiam in *ali-* „*quibus capitulis*, eccleſiis collegiatis, monaſte- „riis et coenobiis ibidem ſitis, immediate vel me- „diate imperio ſubiectis, inque eo ſtatu, qui fuit „1. Ian. anno 1624., deinceps quoque (cum) „clero, intra praedictum terminum non intro- „ducto, et ciuibus catholicis pro tempore ibi ex- „ſiſtentibus, tam actiue quam paſſiue omnino re- „linquendis, *catholicae religionis exercitium vigeat.* „Ante omnia vero illae ciuitates imperiales, quae „ſiue vni, ſiue vtrique religioni addictae, (et in- „ter has poſteriores cum primis *Auguſta Vindeli-* „*corum*, itemque *Dünkelſpila*, *Biberacum*, *Ra-* „*uenſpurgum*, *Kauffbeura*,) ab a. 1624. ag- „grauatae ſunt, in ſtatum Calend. Ian. 1624. — „pleniſſime reponantur.“ Conf. Struben Nebenſt. tom. 6. p. 314. ſq. Meine Rechtsfälle 1. B. 4. Th. S. 930., 2. B. 3. Th. S. 692.

(b) Praeter *mixtas* in ipſa pace Weſtphalica (not. praeced.) nominatas quinque ciuitates, pure *catholicae* ſunt: 1. Cölln, 2. Aachen, 3. Rotweil, 4. Ueberlingen, 5. Gemünd, 6. Weil, 7. Wangen, 8. Pfullendorf, 9. Offenburg, 10. Gengenbach, 11. Zell, 12. Buchhorn, und 13. Buchau. Quas reliquae pure *euangelicae* et numero et pondere longe ſuperant.

## CAP. VI.
## DE
## CIRCVLIS IMPERII.

§. 106.

*Diuiſio Germaniae in decem circulos,*

Praeter diuiſionem ſtatuum collegialem vniuerſum corpus ſtatuum, vti vniuerſa *praeter Bohemiam* Germania, diuiſum eſt in DECEM CIRCVLOS (Kreiſe) tamquam tot diſtrictus Germaniae geographicos, et ſimul tôt ſpecialia ſtatuum corpora, in quae, primaria *ratione ſitus terrarum* habita, diuiſi ſunt coniuncti quique quantumuis diuerſi generis ſtatus.

*eiusque I) origo;*

§. 107. Origo horum circulorum ab eo demum tempore repetenda eſt, quo ſub MAXIMILIANO I. anno 1500. de *regimento imperii* condendo agebatur. Quod vt vniuerſo a corpore ſtatuum conſtitueretur, ii omnes eo tempore ſic distributi ſunt, vt ſecernerentur primo *ſex* eius aeui *electores*, et imperator intuitu *Auſtriae* et *Burgundiae;* deinde *reliqui ſtatus* comprehenderentur *ſex circulis* 1) Franconiae, 2) Bauariae, 3) Sueuiae, 4) Rheni, 5) Weſtphaliae et 6) Saxoniae,

Digitized by Google

niae, qui ſunt SEX PRISTINI CIRCVLI (a). Eademque haec ratio mox conſeruata fuit *in praeſentandis aſſeſſoribus iudicii cameralis* (b). Quum vero porro deprehenderetur, diuiſionem ſtatuum in circulos inſeruire etiam poſſe ſtabiliendae *paci publicae* et *exſequendis iudicatis caeſareis;* ſub eodem imperatore MAXIMILIANO I. anno 1512. ſuus cuique circulo conſtitutus fuit *capitaneus* (c). Vtque diuiſio iſta redderetur vniuerſalior, *acceſſerunt* imperator nomine *Auſtriae* et *Burgundiae*, atque *electores*, quorum quatuor *Rhenani* vnum circulum, *Saxo* et *Brandenburgicus* alterum conſtituebant (d). Vnde, citra Bohemiam, quippe inter electoratus eo tempore nondum readmiſſam, abhinc tota Germania in *decem* diuiſa eſt *circulos* (e).

(a) Samml. der R. A. P. 2. p. 58.

(b) R. I. 1507. §. 16. in der Samml. der R. A. P. 2. p. 113.

(c) R. I. 1512. ſect. 2. tit. 5. §. 16. in der Samml. der R. A. P. 2. p. 148.

(d) R. I. 1512. pr. §. 11. 12. *ibid.* p. 138.

(e) Solent nunc hi *decem circuli* ſequenti *ordine* enumerari: 1) Auſtriacus, 2) Burgundicus, 3) Rhenanus electoralis, 4) Franconicus, 5) Bauaricus, 6) Sueuicus, 7) Rhenanus ſuperior, 8) Weſtphalicus, 9) Saxonicus ſuperior, 10) Saxonicus inferior.



Digitized by Google

*II) Membra ſingulorum circulorum,*

§. 108. Quod ad membra ſingulorum circulorum attinet, maxime *ſex priſtini circuli* in eo conueniunt, vt inſignem contineant *ſtatuum diuerſi generis* varietatem; pro qua et in *plura ſcamna* abire ſolent cuiusque circuli ſtatus eccleſiaſtici et ſeculares, et vel praelati, comites atque ciuitates ſeorſum iterum. Sed in *nouis quatuor circulis* multo *minor* eſt iſta *varietas*, praeſertim in *Auſtriaco* et *Burgundito*, qui vterque ſola fere in familia Auſtriaca conſiſtit.

*non coincidentia omnino cum membris trium collegiorum imperii;*

§. 109. Vniuerſe ſi *numerum ſtatuum imperii membrorumque ſingulorum circulorum* inter ſe comparaueris, vterque coincidere merito deberet, ita vt quilibet ſtatus imperii ſit ſtatus quoque circularis, et viciſſim quilibet circuli etiam imperii ſtatus. Verum quae in comitiis imperii curiata, in circulis virilia vota ſunt. Quumque ſua quisque circulus iura corporis particularis habeat, non impediri potuit, quo minus vni alteriue voto circulari locus daretur, quod nondum comitiale eſt. Necdum omnia vota nouiter in ſenatu principum comitumue aliquo collegio introducta aeque in circulis locum habent. Ergo *non plane coincidit numerus ſtatuum votorumque circularium et imperii.*

§. 110.

§. 110. *Circulorum curae* complura quidem *negotia imperii*, maxime quod ad rem bellicam, monetariam et ſimilia ſpectant, commiſſa ſunt, ſed *interna conſtitutio* cuiusque diſpoſitioni potiſſimum relicta eſt. Quare tum illorum tum huius cauſa frequentes ſingulorum *circulorum conuentus* (Kreistäge, Kreisverſammlungen) ſunt celebrati, communia quoque cuiusque circuli ſubordinata *officia*, horumque ſalariorum aliorumque ſumtuum publicorum cauſa porro communia etiam *onera*, et vel horum cauſa iterum noua officia introducta ſunt. *m) Conſtitutio circulorum interna.*

§. 111. Vi legum imperii ſpeciatim rei bellicae cauſa, vnusquisque circulus debebat eligere einen Kreis-Oberſten und Zugeordnete, quod officium nomine tenus ſaltem et vel ſuperioris quoque dignitatis nomine in quibusdam adhuc occurrit circulis. Attamen vniuerſe mox praeualuit aliud multo inſignius hodie officium, quod vocant, der Kreisausſchreibenden Fürſten, ſiue das Kreis-Ausſchreib-Amt, quod in priſtinis ſex circulis originarie penes duo principes, eccleſiaſticum alterum, alterum ſecularem, eſt, et in plerisque tantum non omnibus circulis non ſolum abſorbuit fere officium der Kreis-Oberſten, ſed comprehendit quoque directorium circulare (a). *1) Officia der Kreis-Oberſten und ausſchreibenden Fürſten;*

 (a)

(a) Sunt autem iſti principes primarii ſeu directores *in quatuor nouis circulis*, ex rationibus facile indagandis, *in Rhenano electorali* Moguntinus, *in Saxonico ſuperiore* elector Saxoniae, *in Auſtriaco et Burgundico* ipſe Auſtriae et Burgundicae archidux. Enimuero *in ſex priſtinis circulis* in quouis duo ſunt, nimirum: 1) in circulo FRANCONICO: epiſcopus *Bambergenſis* atque marchiones *Brandenburgici Onoldinus* et *Baruthinus* alternando per tres annos; 2) in circulo BAVARICO: elector Palatinus tamquam dux *Bauariae* et archiepiſcopus *Salisburgenſis*; 3) in circulo SVEVICO: epiſcopus *Conſtantienſis*, et dux *Würtembergiae*; 4) in circulo RHENANO SVP. epiſcopus *Vormatienſis*, et Comes *Palatinus* Rheni *Simmerenſis*; 5) in circulo WESTPHALICO: epiſcopus *Monaſterienſis*, atque dux *Iuliacenſis* et *Cliuiae*. (*Corp. iur. publ.* p. 1070.); 6) in circulo SAXONICO INF. archiep. *Magdeburgenſis* et *Bremenſis* alternando ſingulis circuli conuentibus (I. P. O. art. 10. §. 10.) et dux *Brunſuico-Luneburgicus* ſenior nomine totius familiae.

*2) Diuerſitas religionis circulorum;*

§. 112. Pro religionis diuerſitate circuli PVRE EVANGELICI ſunt *vterque Saxonicus*, CATHOLICI *Auſtriacus*, *Burgundicus*, *Rhenanus electoralis* et *Bauaricus*, licet vel maxime huic nonnulli interſint ſtatus euangelici, veluti comes Ortenburgenſis et ciuitas Ratisbonenſis, ſicuti epiſcopus Hildeſienſis eſt membrum circuli Saxoniae inferioris, qui nihilominus habetur pure euangelicus (a). Reliqui ex vtriusque religionis aequali fere numero compoſiti MIXTI ſunt circuli *Franconicus*, *Sueuicus*, et *Rhenani*, *ſuperior et inferior*.

In

In circulis puris *directoria* quoque eiusdem cum circulo religionis ſunt; *in mixtis* mixta, niſi quod disputatum hac de re ſit in circulo Rhenano ſuperiori (b).

(a) arg. I. P. O. art. 5. §. 58.
(b) Moſers Staatsr. tom. 27. p. 186. ſq.

§. 113. Complures circuli inſignem *membrorum iacturam* paſſi ſunt partim *auulſione* terrarum ab exteris facta (a), partim *exemtione*, qua paſſim principes imperii membra imperii circulorumque immediata ſibi ſubiecerunt (b), partim *ſeparatione*, qua propria auctoritate paſſim ab his receſſerunt (c). Quae omnia pertinent ad curam *redintegrandorum circulorum* (d), huc vsque effectu fere deſtitutam. 3) *Cura redintegrandi circulos.*

(a) Moſers Staatsr. tom. 26. p. 448.
(b) Moſer *l. c.* tom. 27. p. 3.
(c) Moſer *l. c.* tom. 26. p. 358. ſq.
(d) Capitvl. (1658.) art. 12. §. 1.: "Auch ſ. u. w. wir die Ergänzung der Reichskreiſe :: befördern, (add. 1742.: und nachdrücklichſt beſorgen, daß denſelben keine vor alters einverleibt geweſene Stände und Lande entzogen und abgeriſſen werden, noch ſich davon eigenwillig ſelbſt entziehen; (add. 1764. ex mon Bauar.: und einem andern Reichskreiſe zum Abbruche deſſen, worinn ſie eingeſeſſen, als Kreisſtand eigenen Willens gegen die ehevorige Reichsmatrikeln ſich zuwenden.) (§. 2.) Geſtalt wir wegen der Wieder-

her-

herbeybringung auch Ergänzung der Reichskreiſe bewandten Dingen nach ein Reichsgutachten erfordern, und dahin ſehen wollen, daß die alſo reſtituirten Kreiſe und Stände bey ihrer wohl hergebrachten Freyheit und Reichs-Immedietät ungekränkt belaſſen, ſort alle attentirte Thätlichkeiten und Zumuthungen forderſamſt abgeſchafft werden), und zu dem Ende den Kreisausſchreibenden Fürſten, und, wann es die Nothdurft erfordert, den andern hohen Kreisämtern, die würkliche Hand bieten." Add. CAPITVL. art. 5. §. 10., art. 10. §. 3.

## CAP. VII.

## DE CORPORE EVANGELICORVM ET CATHOLICORVM.

### §. 114.

*Duo ſtatuum corpora duarum religionum.*

Ex quo ſtatus pro diuerſitate duarum in imperio receptarum religionum (§. 35.) in duas partes iuerunt, quarum quaeque communi egit nomine; ipſo facto DVO exorta ſunt ſtatuum CORPORA (§. 73.), CATHOLICORVM alterum, alterum EVANGELICORVM. Quorum in primis quum expreſſis imperii legibus firmata ſint iura ſuo cuiusque communi nomine agendi (a), quumque multifariam vtrinque et re et nomine

mine dudum agnita ſint; incaſſum agunt, qui impugnandae ipſi corporis qualitati, praeſertim euangelicorum corporis, inſudant (b).

(a) Veluti in primis I. P. O. art. 5. §. 52., et art. 17. §. 6.

(b) Conf. des corporis euangelicorum an Kaiſ. Maj. erlaſſene Vorſtellungs-Schreiben d. d. 23. May 1716. bey Schauroth tom. 1. p. 365., und d. d. 16. Nov. 1720. bey Schauroth tom. 2. p. 759. ſq. beſonders p. 791. ſq.

§. 115. MEMBRA vtriusque *corporis* proprie ſunt *ſtatus imperii*, adeo vt hi *omnes et ſinguli* vel ad vnum, vel ad alterum illud corpus pertineant; ita tamen, vt nec hic perſona tantum principis, ſed territorium quoque adeo reſpiciatur, vt perſonalis ſaltem principis mutatio religionis membrum corporis alterius eum haud efficiat, maxime quamdiu ſpes, fore, vt ſucceſſor priſtinae religionis redeat, haud decollata eſt (§. 38.). DIRECTORIUM inter euangelicos penes electorem *Saxonicum* (a), inter catholicos penes *Moguntinum* eſt. *corumque membra et directoria.*

(a) Conf. ſcriptum ſub tit.: "Sieben faſciculi verſchiedener Schriften, welche bey Gelegenheit der Religions-Veränderung des Churprinzen zu Sachſen über die Frage: ob das directorium inter euangelicos bey Chur-Sachſen zu laſſen, oder nicht? ꝛc." (Halle) 1718. 1719. 1720. 1721. 4.

LIB.

Digitized by Google

# LIB. III.

## DE IVRE ET MODO REGIMINIS EX CONSTITVTIONE ET VSV GERMANIAE IN GENERE.

## CAP. I.

## DE IVRE REGIMINIS SEV DE SVMMA POTESTATE IN IMPERIO GERM. IN GENERE.

### §. 116.

*1) Ius regiminis 1) territorialis;*

Pro ſingulari imperii Germanici tamquam *reipublicae compoſitae* indole (§. 32.) ex eo tempore, quo ſuborta eſt ſuperioritas territorialis (§. 28.), I) nonnulla quidem, quae *non intra limites vnius territorii* ſe continere videbantur, regalia imperatori *reſeruata* manſerunt; *ſiue* adhucdum ab ipſo caeſare ea exerceantur, velluti collationes ſuperioris ordinis perſonarum; *ſiue* a ſtatibus quidem, ſed nonniſi vi ſpecialis conceſ-

ſionis

ſionis exerceantur, veluti ius monetae et vectigalium. II) Reliqua autem omnia, quae *aut* per vniuerſam Germaniam iam antehac caeſarea fuerant, regalia, *aut* quae a perfecta inde ſuperioritate territoriali nouiore demum aeuo inuecta ſunt, *aut* in poſterum forte adhuc excogitari poterunt, indiſtincte *in ſuperioritate territoriali* continentur. Nec III) *concurrens* quidem amplius, vt olim, *poteſtas caeſarea* locum habet; ſed omnia ordinarie *priuatiue* hodie ſola territoriali auctoritate exercentur. Atque eatenus IV) cum ſuprema, qualis in *iure publico vniuerſali* cogitatur, poteſtate hodie vbique fere conuenit ſuperioritas territorialis; adeo vt V) nec aliena ab illa ſint iura, quae alias a liberis dumtaxat gentibus exerceri ſolent, veluti *ius legationum* aliaque, quae vocant, *regalia transeuntia* (a).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 186-223.

§. 117. At in eo tamen *differt ſuperioritas territorialis a ſuprema poteſtate independente*, vt I) in illius exercitio negligi haud debeat *nexus imperii*, quo adhuc omnes ſtatus tamquam ciues vnius reipublicae ſibi inuicem tenentur. Deinde II) omne *ius territoriale* poteſtati caeſareae manet *ſubordinatum*, tum vt *querelae* aduerſus illud ad hanc *ſubordinatum tamen, et ſaluis reſeruatis.*

Digitized by Google

hanc deferri poſſint, *tum* vt aliquando etiam *iure deuoluto* (e. g. ob denegatam iuſtitiam) auctoritate caeſarea ius alioquin territoriale exerceri queat. Denique III) ſarta tecta maneant, neceſſe eſt, quae legibus vel obſeruantia per vniuerſam adhuc Germaniam *reſeruata* ſunt poteſtati caeſareae; *ſiue* 1) ita, vt *ab ipſo caeſare* aut *priuatiue* alia (e. g. collationes ſuperioris ordinis perſonarum), aut alia *concurrenter* adhuc cum iure territoriali exerceri poſſint, (e. g. legitimatio per reſcriptum principis), *ſiue* 2) ita, vt *a ſtatibus* quidem, ſed non ab omnibus, nec tam iure territoriali, quam *vi ſpecialis conceſſionis* exerceantur (e. g. ius monetae et vectigalium); quandoquidem hoc reſpectu valet regula: Quidquid a ſtatibus vi ſuperioritatis territorialis fit, in eo non amplius opus eſt ſpeciali conceſſione vel confirmatione caeſarea; Quidquid vero necdum in ſuperioritate territoriali continetur, in eo ſecus (a).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 293-316.

*2) Regimen caeſareum.* §. 118. Regimini itaque *auſpiciis caeſareis* exercendo nil ſupereſt, quam I) quidquid *vniuerſam Germaniam* tamquam *vnam* adhuc *rempublicam* concernit, veluti 1) quidquid *cum exteris* ei negotii eſt, vel 2) quando de ipſa ſuprema poteſtate

ſtate ſeu *de modo regiminis imperii* forte quaeſtio oritur; deinde II) quidquid ad *omnes respublicas* Germaniae *ſpeciales coniunctim* ſpectat, vel III) ſi quando *iura et obligationes* ſingularum harum rerumpublicarum earumue imperantium, aut generatim perſonarum terrarumue immediatarum *ad cognitionem ſuperioris qualificatae* in quaeſtionem veniunt.

§. 119. In vtroque autem, tam caeſareo quam territoriali regimine non ſolum *ordinum* imperii prouincialiumue *conſenſu* opus eſt, vbi id legibus vel obſeruantiae conuenit, ſed vniuerſe etiam communis vtrique poteſtati numquam negligenda NORMA eſt, vt *tantum ad ſalutem publicam* vtraque locum habeat. Et ex huius quidem ſuprema omnium ratione, I) quaqua cogitari poteſt in perſonas vel in res imperium, nihil non fieri poteſt pro ea, quae eſt PLENITVDO POTESTATIS ſupremae. Attamen II) et citra *ſalutis publicae* rationem nihil vmquam fiat (a), et ordinarie III) omnia et ſingula omnium ſingulorumque ciuium *iura* vt *ſarta tecta* maneant, fas eſt, adeo vt ſi vel circumſcribi poſſit *libertas* ſubditorum *naturalis*, tamen non infringere liceat vllius IVS QVAESITVM (i. e. ni fallor, quod, *ſpeciali titulo adquiſi-* *II) Normae communes regiminis caeſ. et territ.*

H

Digitized by Google

*quiſitum, non ex ſola libertate naturali* obtinet,); *niſi* forte 1) conſeruatio vniuerſi cum iure ſinguli in *colliſionem* veniat, quo caſu quippe plane extraordinario demum locum habet plenitudo illa poteſtatis, ſed ſalua tamen et tunc neceſſitate indemnem reddendi, qui in commune commodum patitur; qua ratione 2) nec iniuſté commoditatem priuatam cum *commoditate publica* collidentem negligi dixeris, maxime ſi diſſenſus cauſſa iudiciarie cognita non ſatis idonea deprehendatur (b). Ceterum vero IV) ex altera parte, vt nec libertas ciuium in *licentiam* degeneret, viamque ad *anarchiam* paret, ſimiliter cauendum eſt.

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 351 - 350.
(b) Beyträge I. Th. S. 317 363.

# Cap. II.

## DE MODO REGIMINIS EX VSV GERMANIAE IN GENERE.

§. 120.

*I) Adminiſtrandae reip. hodie* In modo regiminis *ex vſu Germaniae generali* obſeruari poteſt, non amplius hodie *temporaria*,

vt

Digitized by Google

vt olim, *iudicia* celebrari, nec ceterum quoque, qui priſtinus mos erat, ſolius *cancellarii* ſingulorumue procerum aut officialium conſilia adhiberi. Verum poſteaquam Maximilianvs I. imp. a. 1495. *iudicium camerae imperialis*, annisque 1501. et 1518. conſilium aulicum et cameram Auſtriacam inſtituit, ad hoc fere exemplar in ſingulis mox territoriis conſtituta ſunt *perpetua* ad minimum duo *collegia*, quorum vnum tum adminiſtrandae iuſtitiae, tum vniuerſo regimini, alterum reditibus adminiſtrandis inſeruit. *In maioribus territoriis* vel plura collegia dantur, dum partim a *iuſtitiae* cauſis alia *regiminis* negotia ſeparata, et vel *cauſae ſtatus*, quas vocant, iterum a reliquis ſeiunctae ſunt; partim *ſpecialiora negotiorum genera*, veluti rerum eccleſiaſticarum, militarium, metallicarum, politicarum, cet. ſingularibus collegiis commiſſa ſunt. *collegia inſeruiunt,*

§. 121. Pro variis hisce collegiorum differentiis *interna* eorum *conſtitutio* haud parum differt, prouti I) vel ipſe *princeps* in vno alteroue collegio adeſſe ſolet, vel referuntur ei collegii conſilia, aut plane tantum eius nomine omnia peraguntur. Deinde pleraque collegia II) *praeſidem* ſeu directorem habent, cuius a poteſtate, qua qui- *quorum interna conſtitutio varia eſt,*

dem princeps eum muniuit, multa pendent. Sigillatim III) *referens* in quouis negotio aut a praeſide nominatur, aut pro generali quadam negotiorum distributione ipſo iure conſtitutus habetur. Denique IV) in *modo* referendi, concludendi, protocolli gerendi, expediendi, haud exigua varietas deprehenditur; Multa tamen conueniunt, veluti in primis quod ad modum concipiendi, reuidendi, ſignandi, mundandi, contraſignandi, ſubſcribendi, ſigillandi attinet.

*et ſcripturae conſeruantur archiuis.*

§. 122. In qualicumque collegio, et vel quocumque ab officiali, quae vi officii ſcribuntur, non minus, quam ab aliis ſcripta quae obueniunt, ſedulo ad futuros vſus adſeruantur in ſua cuiusque, quam vocant, *regiſtratura* ſeu *repoſitura*, et, quod inſignius nomen eſt, ARCHIVO. Cui quum vel ſingulares iterum officiales publici, iique ſpeciatim fide publica muniti, tamquam archiuarii, regiſtratores cet. praeficiantur; quumque vel concepta rite ſignata, quae ex archiuo producuntur, pro ſcribente probent; ſingulare inde IVS ARCHIVI eſt, quo diſtinguuntur archiua iſta, quae auctoritate publica conſtituuntur, a qualibet priuata litterarum collectione. In primis in quouis territorio ſummum quoddam et *generale archiuum* eſſe ſolet, in

Digitized by Google

in quo reponuntur, quae in ſupremo principis collegio occurrunt, aliasue totum territorium concernunt (a).

(a) Pro *ſcopo archiuorum* commendanda in primis conueniens eidem *loci et aedificii* cura; deinde *litterarum*, prouti diuerſa argumenta continent, in ipſa expeditione per modum *poſtſcriptorum*, *ſeparatio*; ſingularis quoque *originalium*, aliaque *librorum copialium* cura; denique commoda *ſcriniorum diſtributio*. Ceterum quo iuſtiore totum archiuum dispertitur *ordine*, et quo melioribus inſtruitur *repertoriis*, eo felicior eius vſus erit. Compara, ſi lubet, *ideam exemplarem archiui generalis* in *tabulis* meis *iuris publici* tab. 18.

§. 123. In *ſtilo curiae* ſeu ceremoniali cancellariae, quod vocant, prima Germanici iuris publici regula eſt, vt *lingua* aut *Germanica*, aut *Latina* omnia ſcribantur (a), aut certe translatio in alterutram ea, quae exotice ſcripta ſunt, comitetur, a quocumque demum in rebus imperii ad notitiam imperatoris ſtatuumque legalem aliquid deferatur, licet ceterum *Gallicae linguae* in aulis Germaniae ſat frequens hodie vſus ſit. **II) *Ceremoniale* I) *cancellariae* a) *quoad linguam adhibendam*,**

(a) Capitul. (1519.) art. 23. §. 3.: "S. u. w. auch in Schriften und Handlungen des Reichs an unſerm kaiſerlichen Hofe keine andere Zunge noch Sprache gebrauchen laſſen, dann die Teutſche und Lateiniſche; es wäre dann an Orten auſſerhalb des Reichs, da gemeiniglich eine andere Sprache in Uebung wäre, und im Gebrauch ſtünde, (add. 1658.: jedoch ſonderlich letzten Falls, in

in alle Wege an dem Reichshofrath der Teutſchen und Lateiniſchen Sprache unabbrüchig)."

b) *quoad titulos;*

§. 124. Reliquum *ceremoniale cancellariae* partim I) in *titulis* conſiſtit, quibus pro ſua cuiusque dignitate principes noſtri vtuntur, prouti vſui imperantium Europae conuenit, ita ſcilicet vt, 1) in perſona plurali (Nos, Wir) de ſe loquantur, adhibita ſimul 2) formula *Dei gratia* (von Gottes Gnaden), qua modo comites non vtuntur, atque addita deinde 3) titulorum cuique propriorum ſerie (a); partim II) in *titulis* conſiſtit, quibus quisque erga alterum vti obligatur. De his foecunda in primis Germanica praxis *theoriam* quamdam *generalem* ſequitur, quae *tum* primariam (b), *tum* incidenter abhinc continuandam cuiusque adlocutionem (c), *tum* ſubſcriptionem in fine addendam (d) ſat multis definitam habet regulis, eaque omnia pro *varia* eorum, qui ſcribunt, quibusque ſcribitur, inter ſe inuicem *relatione* multifariam mirumque in modum variantur (e).

(a) Circa *titulos* cuiusque *proprios* obſeruandum eſt I) ſuum cuique *familiae* eſſe principalem et communem titulum; veluti archiducis Auſtriae; comitis Palatini Rheni; ducis Saxoniae, Iuliae, Cliuae, Montium, Angariae et Weſtphaliae; marggrauii Brandenburgici; ducis Brunsuicenſis et Luneburgenſis; eique anteponi modo regium, ſed poſtponi archiofficii imperialis et electoris titulum. Deinde II) aliae titulorum formu-

Digitized by Google

mulae *pleniorem* continere ſolent plurium poſſeſſionum et vel praetenſionum *recenſionem*, aliae ſecus. III) Antiquae *principum familiae* vtuntur priſtino officii titulo, veluti ducis, marchionis, landgrauii cet. Sola Anhaltina domus generali principis encomio inſignitur. IV) *Comites* antiqui caſtrum, quod familiae nomen dat, tantum nominare ſolent; nonnulli ſingulari burggrauii, Rhingrauii alioue ſimili encomio vtuntur; ſubinde etiam comitis regentis mentionem addunt. V) *Epiſcopi* et archiepiſcopi ſedem modo eccleſiae titulis ſuis iungunt, veluti Biſchof zu Würzburg, Erzbiſchof zu Salzburg, aut, qui ſingularis eſt Moguntini titulus, des heil. Stuhls zu Mainz Erzbiſchof; praemiſſa modo, ſi cui eſt, cardinalis, et poſtpoſita archiepiſcopi, deinde archicancellariatus et electorali additaque demum legati apoſtolici aliaue, qua quisque inſignitus eſt, dignitate pluriumue ditionum mentione.

(b) *Primaria* olim *regum adlocutio* ab illuſtri eorum conditione et potentia erat deſumta: Durchlauchtigſter, großmächtigſter König! *sereniſſime, potentiſſime! Principes* contra et *electores* vocabantur *illuſtriſſimi*, hochgebohrne; *comites* Edle, dein Wohlgebohrne. Hodie autem comites vocantur *illuſtriſſimi* Hochgebohrne, principes et electores *sereniſſimi* Durchlauchtigſte, noui principes ſubinde Durchlauchtig=Hochgebohrne; reges *Auguſtiſſimi potentiſſimi*, Allerdurchlauchtigſter, Großmächtigſter. Eique adlocutioni primariae reſpondet *ſecundaria*: Allergnädigſter, gnädigſter, gnädiger aut plane tantum hochgeehrteſter Herr, et ſubſcriptio Allerunterthänigſter, unterthänigſter, unterthäniger, aut ſolum gehorſamer, ſiue ergebenſter Diener ꝛc. *Principum eccleſiaſticorum* tituli ſunt *Reuerendiſſime* Hochwürdigſter, gnädigſter, iidemque et electorum. Solum ſi et principes nati ſunt, vocantur *sereniſſimi reuerendiſſimi* Hochwürdigſt=Durchlauchtigſter.

(c) Veluti Eure Majeſtät, Hoheit, Durchlaucht, Eminenz, Hochwürden, Gnaden, Excellenz.

(d) In *ſubſcriptione* ſuam quisque erga alterum relationem exprimit verbis: Diener, Knecht, Freund, Vetter, Gevatter ꝛc. additis epithetis treuer, ergebenſter, gehorſamer, gehorſamſter, unterthäniger ꝛc.

(e) In primis I) *principes inter ſe inuicem* 1) moderatioribus vti titulis ſolent, veluti regem rex et vel elector ſeu antiquus princeps adloquitur tantum: Durchlauchtigſter, Großmächtigſter; principem rex ſeu elector: Durchlauchtiger ꝛc. 2) Varias exprimere et vel cumulare ſolent agnationis relationes, veluti hochgeehrter, ſeu freundlich vielgeliebter Herr Vetter, Oheim, Vater, Bruder, Schwager, Gevatter, Nachbar, Freund ꝛc. 3) Formula, quam vocant *Courtoiſie*, fere generalis eſt: *Veſtra dilectio*, Eure Liebden; nonnumquam cumulata, veluti Eure Majeſtät und Liebden; aut, reſpectus parentelae vbi intercedit, Eure Gnaden. 4) *Formulam ſalutis* praemittere ſolent: Unſere freundliche Dienſte zuvor; Unſere freundvetterliche Dienſte, und was wir ſonſt viel liebes und gutes vermögen zuvor ꝛc., quae ſimul indicat litterarum ſollennium genus (Canzleyſchreiben) diuerſum ab aliis priuatis litteris (Handſchreiben), in quibus nec in plurali, ſed in ſingulari tantum ſe nominant, qui ſcribunt, principes, nec pleni eorum tituli adduntur, quippe qui in illo litterarum genere ad inferiores praemitti, ad ſuperiores vel aequales in fine ſcribi ſolent. II) In litteris *ſuperioris ad inferiorem* ſollennes iterum adlocutionis formulae ſunt: Lieber Getreuer; Lieber Beſonderer; Lieber Andächtiger, additis, ſi res ita fert, etiam aliis titulis, veluti: Edler, Veſter, ſiue: Hochgelahrter, Lieber Getreuer ꝛc. vide e. g. meine Anleitung zur juriſt. Praxi 2. Th. S. 181. Sed in contextu tantum pronomine adlocutio fieri ſolet, Du, Ihr, Derſelbe,

Digitized by Google

ſelbe, Der Herr ꝛc. Tandem III) ſi a pluribus et vel ad plures ſimul diuerſi ordinis perſonas eaedem litterae dantur, diuerſa cuiusque relatio cumulatis quidem titulis exprimi, ſed caute voce: *reſpectiue*, ſaluari ſolet. Vide e. g. meine Anleit. zur juriſt. Praxi 2. Th. S. 155.

§. 125. Quod ad *ceremoniale aulicum* (a) attinet, I) in ordinandis primariis *officiis aulicis* ſupremi mareſchalli aliorumque aulae procerum et cubiculariorum praeſertim ab a. 1671. inde regum aulas imitati ſunt electores, hosque ab a. 1700. inde iterum imitari decreuerunt antiqui principes (b). Praeterea II) in plerisque principatibus ex antiquioris aeui rationibus ſuperſunt *officiales aulici prouinciales hereditarii* (Erblandhofämter), quibus paſſim in curiis plane ſollennibus comitiisue prouincialibus adhuc ſuus honor eſt (c). Neque III) carent aulae noſtrae *ordinibus equeſtribus* aulicis, quibus partim ab exteris fundatis ornati ſunt ipſi principes, partim ab his inſtitutis inſigniri ſolent aulae proceres (d). Ceterum IV) in veſtitu et amictu non ea quidem, quae olim vſitata erat, obſeruatur principum a reliquis diſtinctio; ſed in certis tamen ſollennitatibus adhuc adhiberi ſolent *pilei principales*, aliaque eiusmodi *inſignia*. Diſtingui etiam V) ſolent *honoribus militaribus* aliisque, quae in pompa comitatus aulici conſpi- *2) Ceremoniale aulicum.*

 cua

Digitized by Google

eua ſunt; cuius alia tamen ratio eſſe ſolet in victu quotidiano, alia in curia ſollenni, qualis potiſſimum inſignioribus diebus feſtis aliaue ratione ſollennioribus aut in honorem hoſpitum eminentiorum haberi ſolet. VI) Supremis omnium honoribus in primis excipi ſolent alii principes eiusdem aut plane ſuperioris ordinis, quibus in honorandis ſupremum ceremonialis aulici faſtigium obſeruatur.

(a) Vniuerſe hic in primis commendari meretur Fr. Carl **Moſers** Teutſches Hofrecht, 2. Th. Frankf. 1754. 4.

(b) Huc pertinent Oberſthofmeiſter, Oberſthofmarſchall, Oberſthofkämmerer ꝛc. aut certe Oberhofmarſchall, Hofmarſchall, Reiſemarſchall ꝛc. item, Cammerherren, de quibus videſis **Moſers** Staatsrecht tom. 35. p. 484., quos porro excipiunt Cammerjunker, Hofjunker, Truchſeſſe, Pagen ꝛc. vt taceam inferiores gradus von Hof-Fouriers, Hof-Trompeter, Heiducken ꝛc. variasque ſatellitum ſpecies Leibgarde, Trabanten, Schweizer ꝛc.

(c) Officiales aulici hereditarii potiores ſunt mareſchallus, camerarius, dapifer et pincerna. Sed et plures paſſim acceſſerunt, veluti: Erbhofmeiſter, Erbvorſchneider, Erbſchatzmeiſter, Erbküchelmeiſter, Erbſilberkämmerer, Erbpanier, Erbthürhüter, Erbſtallmeiſter, Erbjägermeiſter, Erbhofcaplan, Erbmünzmeiſter, Erbkampfrichter und Schildträger, Erbfalkenmeiſter, Erbpoſtmeiſter, quibus omnibus vel ſola vtitur domus Auſtriaca, quibusque porro ex vſu terrarum Brunsuico-Luneburgicarum addit poſſunt das Erbpötker-Amt, Erbdroſten-Amt, Erbfrohnen-Amt, Erbbrodtſpenner-Amt.

(d)

Digitized by Google

(d) Refero huc ordinem *Colonienſem* Michaelis archangeli; *Bauaricum* S. Georgii defenſorum immaculatae conceptionis B. Mariae virginis fundatum a. 1729.; *Saxonicum electoralem* S. Henrici, fundatum d. 7. Oct. 1736.; *Palatinum electoralem* S. Huberti, fundatum a. 1473. a duce Iuliacenſi, renouatum a. 1709. ab electore Palatino, nouumque *leonis* ordinem fundatum d. 1. Ian. 1768.; *Auſtriacum* Mariae Thereſiae militarem fundatum d. 22. Iun. 1757. et ſtellae crucis femineum fundatum a. 1668.; *Burgundicum* aurei velleris fundatum d. 10. Ian. 1429.; *Salisburgenſem* S. Ruperti; *Saxo-Vinarienſem* vigilantiae; *Brandenburgico-Baruthinum* aquilae rubrae, item concordiae; *Badenſem Durlacenſem* fidelitatis (*de la fidelité*) fundatum a. 1716.; *Würtenbergicum* venatorium; *Haſſiacum* leonis ordinem a. 1770. inſtitutum; vt taceam plures, qui in deſuetudinem abierunt, veluti *Auſtriacum* S. Georgii cum cruce rubra etc.

§. 126. *Legatorum* quoque tam mittendorum quam recipiendorum iure vtuntur ſtatus imperii (a), eaque in re easdem, quae inter liberas Europae gentes vſitatae ſunt, obſeruare ſolent normas, niſi quod *primi ordinis legati* tantum ab electoribus, non a reliquis ſtatibus mitti poſſint. Quae inter *ordinarios* et *extraordinarios*, *plenipotentiarios* aliosque obſeruari ſolet differentia, etiam inter ſtatuum legatos obſeruatur; aliamque plurium legatorum inter ſe, aliam legati ad aulam quamdam miſſi eſſe legitimationem atque receptionem, res ipſa docet. *III) Ius legationum.*

(a)

Digitized by Google

(a) CAPITVL. (1612.) art. 23. §. 2.: — "allen des heil. Reichs Churfürſten, Fürſten und Ständen ſowohl als ihren Botſchaftern und Geſandten (die von der Reichsritterſchaft abgeordneten mit begriffen) ꝛc."

# LIB. IV.

## DE IVRE ET MODO REGIMINIS IMPERII.

## CAP. I.

### DE IVRE REGIMINIS IMPERII.

§. 127.

*I) Poteſtas caeſarea I) paſſim adſtricta eſt a) conſenſui comitiali;*

In regimine imperii, quae *auctoritate caeſarea* exercenda ſunt, non a ſolius ideo caeſaris arbitrio pendent, ſed permulta iura maieſtatica a caeſare non aliter exerceri poſſunt, quam ex libero *omnium ſtatuum* imperii ſuffragio et *conſenſu comitiali* (a), ſeu quod *expreſſis verbis* ita ſancitum legibus ſit, ſeu quod ex *argumento legis*, ſeu ex *obſeruantia*, ſeu ex *analogia* iuris publici noſtri requiratur. *Reliqua* demum hoc ſenſu *reſeruata* ſunt,

Digitized by Google

ſunt, vt in iis exercendis imperatori non opus ſit comitiali ſtatuum imperii conſenſu (§. 26.).

(a) *I. P. O. art.* 8. §. 2. "*Gaudeant* ſine omni „contradictione *iure ſuffragii* in omnibus delibe„rationibus *ſuper negotiis imperii*, praeſertim vbi „leges ferendae vel interpretandae, bellum decer„nendum, tributa indicenda, delectus et hoſpi„tationes militum inſtituendae, noua munimen„ta intra ſtatuum ditiones exſtruenda nomine „publico, veteraue firmanda praeſidiis, nec non „vbi pax aut foedera facienda, aliave eivsmo„di negotia peragenda fuerint, *nil horum* avt „qvicqvam simile *poſthac vnquam fiat vel admit„tatur, niſi de comitiali liberoque omnium imperii „ſtatuum ſuffragio et conſenſu.*" Ad quem paſſum monuerant quidem caeſarei, vt adderetur clauſula: "*Saluis* tamen iis, *quae ad imperatorem et col„legium electorale ſolum pertinent*, omniaque in„telligendo *iuxta morem antiquum.*" Sed reiectum fuit hoc monitum. Nec viciſſim e re cenſuerunt caeſarei edere indicem reſeruatorum hac occaſione poſtulatum. Meiern act. pac. Weſtph. tom. 1. p. 813., tom. 2. p. 77. 91. 93. ſq.

§. 128. Sed et priſtina electorvm praerogatiua haec eſt, vt, ceu potiora *imperii* membra et *columina* (a), *conſiliarii imperatoris intimi* habeantur, ideoque generatim eorum conſilio in rebus grauioribus vti iubeatur imperator (b). Attamen *in ſpecialibus fere quibusuis negotiis*, in quibus ſigillatim capitulationes caeſareae conſenſum ſiue praedeliberationem electorum adhiberi volunt, *contradicunt* huic electorum praerogatiuae *ſtatus reliqui.* b) *aut ſaltem conſenſui electorali.*

(a)

(a) A. B. *prooem*: "ſeptem electores, per „quos velut *ſeptem candelabra lucentia* in vnitate „ſpiritus ſeptiformis ſacrum illuminari debet im„perium"; tit. 3. §. 1.: "qui velut *columnae proce„res* ſacrum aedificium circumſpectae prudentiae „ſollerti pietate ſuſtentant, *quorum praeſidio dextra imperialis potentiae roboratur*"; tit. 12. §. 1.: "qui ſolidae *baſes imperii* et *columnae immobiles*"; tit. 24. §. 2.: "nam et ipſi *pars corporis noſtri* „ſunt".

(b) Capitvl. (1619.) art. 3. §. 1.: "Wir ſ. u. w. des H. R. R. Churfürſten, als deſſen **innerſte Glieder** und die **Hauptſeulen des heil. Reichs**, jederzeit in ſonderbarer Conſideration halten"; §. 3. (1612.): "Sodann in wichtigen Sachen, ſo das Reich antreffen, nach Anleitung der G. B. (add. in perpet. et 1711.: jedoch dem Friedensſchluß ohne Abbruch), ihres Raths, Bedenkens und Gutachtens uns gebrauchen, (add. 1654.: auch ohne dieſelbe hierinnen nichts vornehmen)". Capitvl. (1612.) art. 11. §. 21.: "Wir ſ. u. w. auch in wichtigen Sachen, ſo das Reich betreffen (add. 1664. et 1690.: und von hohem Präjudiz und von weitem Ausſehen ſind), bald anfangs der Churfürſten (add. 1690. ex mon. Brand.: **als unſerer innerſten Räthe** Gedanken vernehmen) (add. 1654.: auch nach Gelegenheit der Sachen, Fürſten und Stände) Raths und Bedenkens uns gebrauchen; (add. 1654.: und ohne dieſelbe hierinn nichts vornehmen)". Conf. quoque mein Handbuch der Reichshiſtorie p. 320. m. et p. 334.

*2) Plenitudo etiam poteſtatis caeſ. reſtricta.*

§. 129. Quin vbi *plenitudine* etiam *poteſtatis* ex generali ciuilis imperii ambitu exerceri poſſunt *iura* diſerte legibus *haud nominata*; tamen I) *non ideo ſolius imperatoris* in arbitrio ea continentur, ſed, prouti analogia fert, conſenſum ele-

ctora-

Digitized by Google

ctoralem comitialemue requirunt (a), et II) ſi vel maxime in numerum reſeruatorum per analogiam referri poſſint, tamen et eaedem, quae analogiae huic conueniunt, *normae legum vel obſeruantiae* reſpiciendae ſunt, quippe qualibus paucisſimae regiminis imperii partes deſtituuntur. Immo III) pro indole monarchiae electitiae *proprietas iurium*, quae vel a ſolo caeſare exercentur, proprie *penes imperium* eſt; vnde et paſſim imperii potius, quam caeſaris, adhibetur nomen, veluti in feudis, iudiciis imperii cet. (Reichs-Lehen, Reichs-Gerichte ꝛc.), in primis ad tanto melius diſtinguendum plane diuerſum terrarum hereditariarum reſpectum (§. 55.).

(a) Vide e. g. A. B. prooem., R. I. 1530. §. 63., 1542. §. 102., 1559. §. 35., et Struben Nebenſtunden tom. 5. p. 84. ſq.

§. 130. Quae demum omnia quum ita ſint, facile intelligitur, qui recte dicatur *ſuprema* Germaniae *poteſtas* vniuerſe eſſe *penes caeſarem et imperium* (Kaiſer und Reich). Nimirum I) quod ad *ſingulas Germaniae ditiones* attinet, quemadmodum ſuum cuiusque ſtatus omnimodum eſt regimen territoriale, ita 1) et quidquid plures et vel omnes respublicas Germaniae ſpeciales in regimine earum interno concernit, a pluribus cunctisue ſta-

*II) Quaeſtio de coimperio inde diiudicanda, 1) pro diuerſitate negotiorum;*

ſtatibus *per modum conuentionis* ſtabiliri poteſt, ne adhibita quidem auctoritate caeſarea; perinde ac ſyſtemati foederatarum ciuitatum id conuenerit. Modo 2) ſi in vim *legis* alteriusue *iuris maieſtatici* in eiusmodi rebus quid ſtatuendum venit, omnino aliter quam in comitiis imperii vniuerſalibus *ſub auſpiciis imperatoris* id fieri nequit. Attamen tum vel maiores imperii partes ſunt, quam imperatoris. Idemque fere obtinet II) *in regimine imperii*, quod 1) ad ea capita attinet, quae ipſis ſtatibus oneri eſſe poſſunt. 2) In aliis omnino potiores imperatoris ſunt partes, cui modo ad ſupplendam quaſi eius voluntatem tunc opus eſt conſenſu ſtatuum.

*2) vniuerſe quomodo ſe habeat?*

§. 131. Quantumuis itaque conſenſus, quem caeſari ſtatus in iuribus maieſtaticis non reſeruatis praebent, non ſit aeque comparatus, ac plurium *condominorum* eoque ſenſu *coimperantium* in vnum voluntatis conſpiratio; tamen nec formulae monarchicae id contrariatur, ſi vel nominaueris coimperivm hoc ius, quo tam inſignes regiminis caeſarei partes non aliter, quam ſtatuum adhibito conſenſu, exerceri poſſunt; modo probe memineris, I) hoc coimperium *non extendi* poſſe *ad reſeruata*, *neque* II) illud eſſe *ſingulis ſta-*

*ſtatibus*, *ſed* vniuerſo eorum *corpori*, atque III) *ſingulos ſtatus* nihilominus eſſe *ſubditos* caeſaris et imperii, ſicuti IV) *et ſingula corpora ſtatuum ſpecialia*, veluti circuli e. g., qualitatem ſubditorum ſuſtinere poſſunt (a).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 58-76.

# Cap. II.

## DE MODO REGIMINIS IMPERII ET QVIDEM PRIMVM QVATENVS AB IPSO IMPERATORE EXERCETVR.

### §. 132.

Quod ad modum regiminis imperii attinet, I) quae *caeſaris* ſunt, ex priſtina obſeruantia ab *ipſa* eius *perſona* explicari ſolent, eiusque ad *colloquium* ſtatus eorumue legatos ſine mora admitti leges commendant (a). Nec II) proprie a conſiliis imperatori aliud collegium eſt, quam *conſilium imperiale aulicum* (quod quidem hodie ceu ſupremum tribunal potiſſimum conſideratur, ideoque alio loco ex inſtituto tractabitur). Ex conſilio autem *Imp. I) regit ipſe adhibito conſilio imp. aul., et procancellario imp.*

 iſto,

iſto; aut aliunde etiam; III) quae caeſari proponenda veniunt, per *procancellarium* imperii ei proponantur, et vel ſingula *quaedam membra conſilii imperialis aulici* adhibeantur, fas eſt (b), idque nec praxi omnino deſtituitur. Attamen IV) quae proprie *terrarum hereditariarum* cauſa ſolum inſtituta ſunt, haud raro quoque in negotiis imperii adhibentur complura alia conſilia (§. 56.), veluti *conſiliariorum caeſaris intimorum* (c), ſeu quos vocant ſtatus miniſtrorum, item camerae, commiſſionis bellicae (d) cet. V) Omnia autem, quae *ab aliis* ad aulam caeſaream mittuntur, et ſiue ipſi caeſari, ſiue conſilio imperiali aulico deliberanda proponuntur, ſemper ad ipſam imperatoris perſonam, praemiſſa eius plena adlocutione (§. 57.), adhuc dirigi ſolent.

(a) CAPITVL. (1612.) art. 23. §. 2.: "S. u. w. allen des heil. Reichs Churf. F. und Ständen ſowohl als ihren Botſchaftern und Geſandten, (die von der freyen Reichs-Ritterſchaft Abgeordneten mit begriffen) jederzeit ſchleunige Audienz und Expedition ertheilen, und dieſelben mit keinem Nachreiſen beſchweren, noch mit Hinterziehung der Antwort aufhalten."

(b) CAPITVL. (1711. ex mon. princ. 1663.) art. 16. §. 15.: Wo im R. H. R. in wichtigen Juſtizſachen ein votum oder Gutachten abgefaſſet, und uns referiret werden ſollte, wollen wir ſolches anders nicht, als in Anweſen des Reichsvicecanzlers, mit Zuziehung der Re- und Correferenten und anderer Reichshofräthe beider Religion, inſon-

inſonderheit, wenn die Sache beiderſeits Religions-verwandten betrifft, vortragen laſſen, mit denſelben darüber berathſchlagen, und in keinem andern Rath reſolviren." Capitvl. (1742. ex mon. Brand.) art. 25. §. 4.: "S. u. w. wir die kaiſerliche und Reichs-Angelegenheiten, als die Reichstags-Geſchäffte, die inſtructiones unſerer kaiſerlichen Geſandten inn- und auſſer Reichs, die Erſtattung ihrer Relationen in Reichs-Sachen, nicht weniger die Reichs-Kriegs- und Friedens-Geſchäffte betreffende negotiationes und Schlüſſe **an und durch niemand anders, denn durch den Reichsvicecanzler gehen,** nicht aber dieſelben zu unſerer Erb-Land-Hof-Canzley ziehen laſſen."

(c) Capitvl. (1653. ex mon. Brand.) art. 17. §. 15.: "wie dann auch kein Stand - - mit kaiſerlichen decretis aus unſerem geheimen Rathe beſchwert werden ſolle."

(d) Vid. e. g. Moſers Staatsarchiv 1751. P. 3. p. 114.

§. 133. In *litteris nomine imperatoris ſcribendis* I) *ceremoniale cancellariae* ſatis definitum eſt, tum quod ad *primariam adlocutionem* (a), tum quod ad formulam *in contextu* adhibendam (b) attinet. Ceterum II) in *citationibus*, *mandatis*, litteris patentibus aliisue id genus inſtrumentis, praemiſſo pleno caeſareo titulo ſtatim additur formula ſalutis et, ſi res ita fert, adlocutionis (c), aliaue initialis formula notificatoria (d). Deinde poſt mentionem eius, quod expediendis litteris anſam dedit, fit ſubſumtio, eique additur ipſa intentio litterarum (e), vna cum clauſulis cuique *II) Ceremoniale cancellariae imp. aulicae.*

negotio conuenientibus (f). In *reſcriptis* breuior praefigitur caeſareus titulus, et generatim concinniore formula ac liberiore ſtilo ea expediri ſolent (g).

(a) Quod ad primariam adlocutionem attinet, I) *ſtatui regi* ſcribit imperator: dem durchlauchtigſten, großmächtigſten Fürſten, Herrn N. N., in N. N. König ꝛc. — unſerm beſonders lieben Freunde, Oheim und Bruder. II) De *electoribus* ſingularis eſt ſanctio in Capitvl. (1711.) art. 3. §. 2.: "Wir ſ. u. w. den Churfürſten, ꝛꝛ wie bereits im Eingange dieſer Capitulation geſchehen, alſo auch fürohin das Prädicat reſpective hochwürdigſt und durchlauchtigſt zulegen und damit continuiren." Conf. quoque Capitvl. (1742.) art. 16. §. 4. verbis: "beym C. G. u. R. H. R. verfügen laſſen, damit in denen ein wie andern Orts ergehenden Erkenntniſſen der unglimpflichen Ausdrückungen bevorab gegen die Churfürſten des Reichs ſich enthalten werde." Scribit autem imperator electori ſeculari: dem durchlauchtigſten — unſerm lieben Oheim; eccleſiaſtico: dem hochwürdigſten — unſerm lieben Neven. III) *Principi ſeculari* ſcribit: dem hochgebohrnen (aut ex priuilegio vni alteriue: dem durchlauchtig = hochgebohrnen) — unſerm lieben Vetter (ſiue nonnumquam Oheim) und Fürſten. Principi *eccleſiaſtico*: dem ehrwürdigen — unſerm lieben Vetter und Fürſten. IV) *Inferiorum* denique adlocutio generalis eſt: Lieber Getreuer, erga feminas perſonasue eccleſiaſticas Liebe Andächtige, ſeu Lieber Andächtiger, cui vtrique formulae modo praeponitur erga praelatos hominesue litteratos: Ehrſamer, Gelehrter, erga *comites*: Edler, aut, ſi non fuerint regentes, ſolum: Veſter, erga nonnullos modo vi priuilegii Wohlgebohrner aut plane Hoch = und Wohlgebohrner.

(b)

(b) In *contextu* I) reges imperator adloquitur formula: Eure Majeſtät, ſiue Eure Majeſtät und Liebden, regesque ſtatus: Eure Majeſtät als Churfürſten von N. N. Liebden; II) electores ſimpliciter formula Eure Liebden; III) principes ſeculares Dr. Liebden, eccleſiaſticos: Dr. Andacht, natosue ſimul principes, Dr. Andacht und Liebden, ſolum Satisburgenſem ſimpliciter Dr. Liebden. IV) Praelatos, comites, aliosue inferiores compellat imperator in ſecunda perſona numeri ſingularis: Du, Dein, ꝛc.

(c) *Formula adlocutionis* eſſe ſolet: Entbieten — unſere Gnade und alles Gutes; ſiue unſern freund- oheim- und brüderlichen Willen, Liebe und alles Gutes ꝛc., aut nonnumquam: Fügen dem — hiermit zu wiſſen ꝛc.

(d) Formula initialis notificatoria generalis haec eſt: Bekennen und thun kund jedermänniglichen, mit dieſem unſerm offenen kaiſerlichen Briefe bezeugend ꝛc.

(e) Initium e. g. fit ſequentem in modum: Uns hat N. N. klagend angebracht, wasmaſſen ꝛc. ſiue alia formula: Was bey Uns N N. vorgeſtellt, iſt aus beygehenden Anlagen mit mehrerm abzunehmen ꝛc. Deinde ſubſumitur e. g.: Wann nun hierauf das gebetene mandatum etc. heute dato erkannt worden ꝛc. Ipſa denique mens imperatoris pro quarumque litterarum indole explicatur, e. g.: Hierum ſo befehlen wir dir von Römiſch- kaiſerlicher Macht, auch Gerichts- und Rechts wegen hiermit ernſtlich, und wollen, daß ꝛc.

(f) *Clauſula* poſtrema *finalis* ſolet eſſe: Darnach ſich zu richten, ſiue: Das meynen Wir ernſtlich, ſiue: Daran geſchieht unſere ernſtliche Meynung. Cui ſtatim adnectitur mentio loci, anni et diei: Gegeben in unſerer Stadt Wien den ꝛc.

(g) E. g. Joſeph der andere von G. G. erwehlter Röm. Kaiſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. Ehrwürdigſter Fürſt, lieber Andächtiger.



Digitized by Google

Wir mögen Dr. Andacht gnädigſt nicht bergen, wasgeſtalten ꝛc. ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ Nachdem nun ꝛc. ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ alſo erſuchen wir dieſelbe hiermit gnädigſt, daß ſie ꝛc. ⸗ ⸗ Das gereicht uns von Dr. Andacht zum angenehmen gnädigſten Gefallen, Dero wir mit kaiſerlicher Gnade und allem Guten wohl beygethan verbleiben. Geben ꝛc.

III) *Modus expediendi in aula caeſarea.*

§. 134. Sic concipiuntur adhibitis *libris titularibus* atque *formularibus* a ſuo quaeque litterae ſecretario, deſcriptaeque primum ab eodem, deinde a procancellario, denique *a caeſare ſubſcribuntur.* Eoque facto *ſigillo caeſareo* expedita firmantur, ſiue ad claudendas litteras adhibito, ſiue in dorſo vel ad finem litterarum impreſſo, ſiue adpenſo demum in capſula aurea, argentea, ligneaue aut plane aurea bulla (§. 59). Solum *ſententiae* ac *decreta* non ſubſcribuntur ab ipſo imperatore, ſed eius nomine tantum a procancellario et ſecretario vel referendario, impreſſo tantum ſigillo caeſareo (a). Etiamſi vero eadem ſic expediendi ratio in cancellariis terrarum hereditariarum, veluti Auſtriacis, Bohemicis cet. habeatur; tamen ſollertius legibus cautum eſt, vt ne falcem inſerant in meſſem eorum, quae ad cancellariam imperii ſpectant, *cancellariae terrarum hereditariarum* (b).

(a) *Decretorum caeſaris aulicorum* ſtilus relatiuus eſt vtplurimum ſequentem in modum: Von der Römiſch kaiſerlichen Majeſtät Ioſephi II. unſers

ſers allergnädigſten Herrn wegen denen N. N. hiermit anzuzeigen: Es ſey Ihro kaiſerlichen Majeſtät des mehrern allerunterthänigſt hinterbracht worden, wasmaſſen ꝛc. ::: Gleichwie nun ꝛc. :::; Als haben Allerhöchſt=Dieſelbe für nöthig ermeſſen ꝛc. ::. Wornach ſie ſich zu richten und für Schaden zu hüten wiſſen werden; (ſiue pro diuerſitate circumſtantiarum: Und verbleiben im übrigen Ihro kaiſerl. Maj. denen ::: mit kaiſerl. Gnaden wohl gewogen.) Sign. Wien unter Ihro kaiſ. Maj. hervorgedruckten Secret=Inſiegel den ꝛc.

(b) Capitvl. (1664. et 1711.) art. 25. §. 3.: "S. u. w. wir keineswegs geſtatten, daß der Reichscanzley :: einiger Eintrag geſchehe, es ſey von wem, und unter was Schein, es immer wolle." Capitvl. (1742.) art. 25. §. 4. (vid. ſup. §. 132. b.)

§. 135. *Archiuum* imperiale aulicum olim non ſatis ab Auſtriaco ſeiunctum fuerat; nouiore aeuo tamen ab eo ſeparatum, iterumque diſtincta ſunt rerum ſecretiorum ſcrinia ab iis, quae in conſilio imperiali aulico tractata ſunt. Iisque omnibus non ſolum officiales neceſſarii praeſtituuntur ab electore Moguntino; ſed et ipſum principale *archiuum imperii* Moguntiae adſeruatur. IV) *Archiuum aulicum et imperii.*



Digitized by Google

## CAP. III.

### DE COMITIIS IMPERII VNIVERSALIBVS.

§. 136.

*Conuentus ſtatuum diuerſae indolis.*

In *regimine imperii* quatenus *ſtatus* concurrunt, *modus regiminis* in eo conſiſtit, vti conueniunt, deliberant, concluduntque ſtatus ad conſilium conſenſumque imperatori praebendum. Id quod *principaliter* et directe ſeu immediate fit *in conuentibus ſtatuum vniuerſalibus*, quibus nempe aut omnes aut certe omnium nomine, qui hoc ius habent, conuocantur. *Mediate* enim et alii qualescumque huc ſpectare poſſunt ſtatuum conuentus.

*Comitia imp. I) quomodo congregentur.*

§. 137. Conuentus omnium imperii ſtatuum ad deliberandum ſuper conſilio conſenſuue imperatori praebendo proprie efficit COMITIA IMPERII VNIVERSALIA, quorum quidem indoles haud parum deflectere a priſtino rerum ſtatu coepit, ex quo comitia anno 1663. inchoata *formam perpetuorum comitiorum* adepta ſunt. Necdum negligenda tamen ſunt, quae ex originaria eorum natura obtinent (a).

(a)

Digitized by Google

(a) E multitudine ſcriptorum de comitiis editorum commendari poſſunt in primis 1) Anon. Ausführlicher Bericht, wie es auf Reichstägen pfleget gehalten zu werden, (beſonders vom Reichstage 1582.) 1612. 4.; in Londorps actis publ. tom. 4. p. 853.; 2) Joh. Carl Königs Abhandlung von Reichstägen, Nürnb. 1738. 8.; 3) Henr. Gottl. Frankens Nachricht von der neueſten Beſchaffenheit eines Reichstages im heil. Röm. Reiche, Regensb. 1761. 4.

§. 138. *Ius conuocandi* comitia imperii eſt penes imperatorem, habita modo *praedeliberatione cum electoribus*, quorum arbitrio definiatur, vtrum neceſſaria ſint comitia, quae *ſaltem quouis decennio* celebrari leges volunt (a). *Ipſa conuocatio* fit litteris caeſareis, quae ſingulis ſtatibus mittuntur, adiectis punctis deliberandis. Et *prima* quidem cuiusque imperatoris *comitia Norimbergae* celebrari vult A. B. cap. 28. §. 5., ſed oblita obſeruantia nouioris aeui. Cui tantum hoc conuenit, vt fere non poſſit non eſſe locus, vbi vtriusque viget religionis exercitium.

*1) quoad conuocationem et locum comitiorum.*

(a) Capitvl. (ex perpet. 1663. et 1711.) art. 13. §. 1.: "S. u. w. wir, wenn dermalen eins die comitia ceßiren ſollten, wenigſtens alle zehn Jahre, und ſonſt, ſo oft es die Sicherheit und Zuſtand des Reichs oder einiger Kreiſe Nothdurft erfordert, mit Conſens der Churfürſten, oder da uns die Churfürſten darum anlangen und erinnern, einen allgemeinen Reichstag innerhalb des Reichs Teutſcher Nation halten, und alſo uns mit denſelben



Digitized by Google

hen jedesmal vor der Ausſchreibung ſowohl der eigentlichen Zeit als der Mahlſtatt vergleichen."

*2) quoad curam habitationum, politiae cet.*

§. 139. Ea imperii *ciuitas*, intra cuius moenia comitia celebrari contingit, multa habet, quae curet ratione loci, vbi conueniant ſtatus, ratione habitationum, politiae cet.; ſed ſuprema harum omnium rerum inſpectio eſt penes *archimareſchallum imperii*, eique ſubordinatum *ſubmareſchallum* imperii hereditarium (§. 63.). Qui quidem ipſe in comitiis hodie haud amplius adeſt; nec vel eius ſubſtitutus ſubmareſchallus (Untermarſchall), ſeu quem hodie vocant, metator imperii (Reichs-Quartiermeiſter) amplius ipſe adeſſe ſolet; ſed tantum *conſiliarius* aliquis Pappenheimenſis, *cum registratore* et *duobus* ex paritate religionis conſtituendis *cancelliſtis*, qui formant cancellariam mareſchallatus imperialis hereditarii (die Reichs-Erbmarſchalls-Canzley); et praeterea, qui functiones minores exercet, der Reichs-Profoß (a). Ceterum *iura mareſchallatus transactionibus definita* ſunt cum ciuitatibus imperii a. 1614. (b); cum Moguntino electore a. 1529. et 1562. (c).

(a) Moſers Staatsr. tom. 45. p. 345. ſq.

(b) Vid. Vertrag zwiſchen dem Herrn von Pappenheim und den Reichsſtädten vom 26. Oct. (5. Nov.) 1614. nebſt der kaiſerlichen und Churſächſiſchen Beſtätigung im corp. iur. publ. p. 704. ſq.

(c)

Digitized by Google

(c) Vid. Vertrag zwiſchen Chur-Mainz und Chur-Sachſen, der Umfrage halber, de 1529. in *corp. iur. publ.* p. 103. et, der Anſage halber, de 1562. *ibid.* p. 248. Conf. Müllers Staatscab. P. 8. cap. 1. §. 38. p. 200. ſq.

§. 140. *Conuentus ſtatuum priuatus* cogitari quidem poteſt ſine imperatore, ſed ſollennia proprie ſic dicta *comitia* non ſunt, niſi ex vna parte *imperator*, ex altera *corpus ſtatuum* adſit; ille ad proponendum proprie, hoc ad deliberandum; ad concludendum hoc, ille ad ratificandum. 3) *quaenam accedant perſonae?*

§. 141. Statvs imperii ad comitia vniuerſalia *omnes et ſinguli* conuocandi ſunt; qui deinde *abſunt*, praeſentium concluſis tamen adſtringuntur. Quum vero liberum cuique ſit, ipſene adeſſe, an alium ſuo nomine mittere velit; *hodie*, ſi quando praelati comitisue in tranſitu adhuc honoris cauſſa comparentis rariora exempla exceperis, *nulli amplius* ſtatus *ipſi* veniunt, ſed mittunt modo mandatarios ſeu deputatos, aut, quo hodie nomine et honore inſigniri ſolent, legatos, eosque vel primi ordinis (*Ambaſſadeurs*) charactere, vt aiunt, repraeſentatitio inſtructos. Quorum proinde et *ſecretarii* et *cancelliſtae* iure legationum hodie aeſtimantur. *ſigillatim a) ſtatus eorumue legati.*

§. 142.

Digitized by Google

b) *Imperator eiusue commiſſio.*

§. 142. *Imperatoris* arbitrio ſimiliter relictum eſt (a), num ipſe adeſſe, an, quod hodie numquam non fit, COMMISSARIVM PRINCIPALEM mittere velit, quem obſeruantia *vnicum* tantum, eumque *principem* agnoſcit (b). Rerum agendarum cauſa adiungi ſolet, quem vocant, CONCOMMISSARIVS, qui proprie non habet characterem repraeſentatitium, nec, vt perſona illuſtris vel e nobilitate auita ſit, requiritur. At nihilo ſecius tamen in ceremoniali comitiali honoribus legatorum, iisdem circiter cum electoralibus, vtitur. Nonnunquam nomen collectiuum adhibetur COMMISSIONIS CAESAREAE. Eiusque ſingularis quoque eſt *cancellaria* ex directore, ſecretariis et cancelliſtis conſiſtens.

(a) Capitvl. (1663. et 1711.) art. 13. §. 2.: "Auf ſolchen Reichstägen auch entweder in Perſon oder *per commiſſarios* in termino erſcheinen."

(b) Arg. R. I. 1543. §. 17. verbis: "Kaiſerlicher Majeſtät verordneten Commiſſarien, ſo Fürſten des Reichs ſeyn ſollen." Hinc contradictum fuit a ſtatibus, quum 1668. *comes de Weiſſenwolf*, et 1683. *comes de Windiſchgraetz* ad hanc functionem adſpirarent.

II) *Deliberationi comitiali* A) *quomodo anſa detur* 1) *ab imp.*

§. 143. *Deliberationibus comitialibus anſam praebet* in primis *Imperator*; et quidem ſub initium comitiorum per PROPOSITIONEM PRINCIPALEM, qua ſollenniter aperiuntur comitia (a);

(a); in progreſſu comitiorum per decreta caeſarea, quae, dum per commiſſarium principalem conuentui comitiali ſignificantur, DECRETA COMMISSIONIS (b), alias AVLICA (c) dicuntur; licet ordinem propoſitionis caeſareae in deliberando ſequi non ſe adſtrictos velint ſtatus (d).

(a) Vi CAPITVL. (1663. et 1711.) art. 13. §. 2. ſoll der Kaiſer "ſobald nach verſchienenem termino die Propoſition thun, oder zum längſten nicht über 14. Tage aufhalten laſſen."

(b) *Formula decretorum commiſſionis* haec ſolet eſſe: "Der Römiſch-kaiſerlichen Majeſtät Ioſephi, unſers allergnädigſten Kaiſers und Herrn, zu gegenwärtigem Reichstag gevollmächtigter höchſtanſehnlicher kaiſerlicher Principal-Commiſſarius, Herr Carl Anſelm, Fürſt von Thurn und Taxis, Graf zu Valſaſina ::: Solle auf erhaltenen allermildeſten Befehl des heil. Röm. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stände allhier verſammleten fürtrefflichen Räthen, Botſchaften und Geſandten ohnangefügt nicht laſſen rc. ::: Womit eingangs ermeldte Sr. Hochfürſtl. Gnaden geſammten derer des heil. Röm. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stände hier anweſenden Räthen, Botſchaften und Geſandten, mit freund-, gnädigem Willen wohl zugethan verbleiben. Signatum Regensburg den :::

(L. S.) Carl Anſelm Fürſt von Thurn und Taxis.

Cui accedit inſcriptio ſequentem in modum: "Dem hochlöblichen Churmainziſchen Reichs-directorio anzuhändigen."

(c) *Decreta caeſarea aulica* (§. 134. a.), quibus abſente principali commiſſario legatis comitialibus imperator quid ſignificari curat, ſequentem in

in modum iis inſcribi ſolent: "Von der Röm. kaiſ. Maj. Ioſephi II. unſers allergn. Herrn wegen, denen bey gegenwärtig allgemeiner Reichsverſammlung anweſenden des h. R. R. Churfürſten, Fürſten und Stände vortrefflichen Räthen, Botſchaften und Geſandten hiermit in Gnaden anzuhändigen."

(d) Capitvl. (1742. ex mon. Sax.) art. 13. §. 4.: "Wobey jedoch die Churf. F. und Stände an die Ordnung der in propoſitione enthaltenen Puncte nicht gebunden ſeyn ſollen."

*ſeu ab aliis.* §. 144. *Alii* quoque ſiue ſtatus ciuesue imperii, ſiue exteri deliberationibus comitialibus anſam dare poſſunt. *Exterorum* fere perpetuo complures *legati* vel reſidentes adeſſe ſolent, veluti Galliae in primis, Magnae Britanniae, Ruſſiae, foederatarum Belgii prouinciarum. Qualiacumque autem conuentui comitiali ſic proponenda veniant, non coram, ſed *litteris* proferenda ſunt, iisque aut Germanice aut Latine ſcribendis, aut addita alterutrius linguae verſione exhibendis (§. 123.) (a).

(a) Ordinarie qui in forma litterarum conuentui comitiali ſcribunt, vtuntur ſequentibus *titulorum formulis*: Hochwürdige, Hochgebohrne, Hoch- und Wohlgebohrne, auch Wohl- und Hoch-Edelgebohrne, Hochedel-Geſtrenge, Veſt und Hochgelahrte, des heil. Röm. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stände bey fürwährender allgemeinen Reichsverſammlung bevollmächtigte Herren Räthe, Botſchafter und Geſandten (ſeu quae eadem formula eſt, modo alio ordine poſita: Des H. R. R.

R. ꝛ ꝛ Stände, Geſandten: Hochwürdige ꝛ ꝛ ꝛ Hochgelahrte Herren) Gnädige, auch Hochgeneigt, und Hochgeehrteſte Herren. ꝛ ꝛ Eurer Excellenzen, Hochwürden, (non inuerſo ordine Hochwürden Excellenzen vi expreſſi concluſi electoralis d. 27. Iul. 1698.) Hochgebohrnen, auch Hoch- und Wohlgebohrnen Gnaden, Wohl- und Hochedelgebohrnen auch Hochedelgeſtrengen ꝛ ꝛ unterthänig gehorſamſt ergebenſter Diener ꝛc. Interim et *electores*, *principes*, *comites*, et exteros *reges* pro ſua cuiusque conditione aliis formulis vti, res ipſa docet.

§. 145. Qualiacumque autem a quocumque ſcripta aut *litteris* ſolum mandari, aut *typis imprimi* poſſunt, quod poſterius vel ſub ſpeciali protectione legati, cuius intereſt, fieri ſolet. Deinde, ſi I) ad qualemcumque ſtatuum notitiam rem detuliſſe ſuffecerit, ſcripta ſeu impreſſa in ſingulis legatorum aedibus ab eo, cuius intereſt, *diſtribuuntur*, aliaue ratione, veluti ſub inuolucro quaſi epiſtolae, ad ſingulas legationes mittuntur (a). Sin II) *ad legalem imperii notitiam* quid deferri, partemque adeo actorum imperii id fieri, et vel in deliberationem comitialem deduci quis voluerit; neceſſarium eſt, vt ante omnia eius DICTATVRA fiat, quae, in omnibus ſtatuum conuentibus vſitata, in eo conſiſtit, vt iuſſu directorii ſingulis legationibus, vt certa hora cancelliſtas ad locum eum in finem dicatum mittant, indicatur, deinde per

*2) Quomodo ad notitiam comitiorum quid deferatur?*

per ſecretarium legationis directorialis ſingulis cancelliſtis vel in calamum dictetur ſcriptum, vel impreſſum diſtribuatur; quo facto ſingulis eiusmodi ſcriptis inſcribitur: *Dictatum per* —, et authenticum exemplar ad acta ponitur.

(a) Speciatim ſic ſubinde *reſcripta* ab imperatore ad concommiſſarium, ſeu a ſtatu quodam ad legatum ſuum miſſa in comitiis publici iuris fiunt, atque ſic eorum contenta ad notitiam publicam deferuntur.

*et quid circa dictaturam obſeruandum?*

§. 146. Haec itaque in comitiis vt dictatura fiat, neceſſe eſt, vt omnia ſic dictanda ad manus legati directorialis *Moguntini* perueniant, cui propterea et omnes conuentui comitiali inſcriptae litterae dantur. Ab eo autem neque negari dictaturam, neque protrahi, in primis ſtatuum grauaminibus ac deſideriis, volunt ſanctiones nouiſſimae. Neque, *ſi dubitatio*, vtrum quid dictandum ſit, *ſuboriatur*, ſoli Moguntino, ſed vniuerſo collegio electorali eius rei cognitionem tribuunt (a).

(a) Iam Carolus VI. promiſerat in capitvl. art. 13. §. 7.: nicht "daran hinderlich zu ſeyn, daß die in dergleichen Sachen (ſcil. ſuper grauaminibus contra aulam caeſaream), eingegebene Memorialien, wenn dieſelbe anders mit gehöriger Ehrerbietſamkeit (add. 1742. und ohne unziemliche harte Ausdrückung) eingerichtet ſind, (add. 1742. ſeu potius recto demum loco 1745.: forderſamſt) zur Dictatur gebracht, und den Ständen auf ſolche

che Weiſe communicirt werden." Vbi 1742. additum: "Worüber jedoch, wann ſich deshalb einiger Anſtand findet, das Reichs-Directorium mit dem churfürſtlichen *collegio* vorgängige Communication und Beredung zu pflegen, und darnach zu verfahren hat." Deinde praeter vocem forderſamſt in §. 7. promittit Imp. in capitvl. (1742.) art. 13. §. 8.: "Darob beſonders zu halten, daß die beym Reichsconvent einkommende grauamina und deſideria ſtatuum, nach der vom Churmainziſchen Reichs-directorio geſchehenen, und **unter keinerley Vorwand zu verweigernden oder zu verzögernden, ſondern ſofort zu verfügenden Dictatur,** von beſagtem Reichs-directorio **längſtens innerhalb 2. Monathen, oder,** wo periculum in mora iſt, **noch eher zur Propoſition und Berathſchlagung gebracht werden.**"

§. 147. Prius vero, quam quid ad deliberationem veniat, praeter dictaturam adhuc neceſſe eſt, vt I) materia, de qua agendum, *ad deliberandum indicatur*, ſeu memoretur, vt aiunt, in der Anſage, im Anſage-Zettel, i. e. in ſchedula, qua indici ſolet ſingulis ſeſſionibus indicato ſimul argumento deliberationis (a). Sed nec indictio facile fit, nec vel indicta materia ad deliberationem reapſe deduci poteſt, niſi II) conſtet, legatos comitiales a ſuis quosque principalibus *inſtructionem* ferendi ſuffragii habere, quam vel ad obtinendam commodum cuique temporis ſpatium negari nequit, quamque an reuera habeant, et vt praeparati adeſſe poſſint, non ſine ratione neceſſitas con- *3) quomodo indicantur deliberanda quauis ſeſſione?*

tenditur *colloquii praeliminaris* a directorio cum reliquis legatis, vt praeſpiciatur, an cuncta deliberationi matura ſint, inſtituendi, quod vocant Verlaß ſiue Verlaßnehmung (b).

(a) Nimirum *ad quasuis ſeſſiones*, quae hodie, niſi feriae ſint, ordinarie bis per ſeptimanam die Lunae et Veneris habentur, praecedente die *indicitur* ſingulis legationibus comitialibus *per ſingulares ſchedulas*, quorum tenor vi transactionis a. 1529. initae (§. 139.), in cancellaria directoriali Moguntina concipitur, quaeque expediuntur per cancellariam mareſchallatus hereditarii. Quibus in litteris ſingula argumenta, ſuper quibus inſtituenda deliberatio, nominari ſolent. Schedulae iſtae *e cancellaria Moguntina* ſequenti formula prodeunt: Des heil. Röm. Reichs Erbmarſchall ſoll auf morgen Vormittag um 8. Uhr zu denen wegen der Viſitation und Suſtentation des kaiſerl. und Reichs-Cammergerichts, der perpetuirlichen Wahlcapitulation, und des Münzweſens im Reiche ergangenen kaiſerlichen Commißions-Decreten, wie auch zu dem unterm 21. May a. c. dictirten Recurs-Memorial der Fürſtlich Heſſen-Darmſtädtiſchen Geſandtſchaft, die Succeßion in das Heſſen-Darmſtädtiſche Lehen Michelfeld, und die dieſerhalb von dem kaiſ. und Reichs-Cammergerichte ergangenen Verfügungen betreffend, und übrigen in Anſage ſtehenden Materien zu Rath anſagen. Sign. Regensburg den 2. Dec. 1764.

(L. S.) Churfürſtl. Mainziſche Canzley.

Deinde e *cancellaria mareſchallatus* eadem formula, quoties opus, deſcripta diſtribuitur, omiſſis modo verbis initialibus ac finalibus ſequenti modo: Morgen Vormittag um 8. Uhr zu denen ꝛc. = = = zu Rathe. Den 2. Dec. 1764.

(b) Vide e. g. quae monuit Magdeburgenſis in der Arenbergiſchen Reichs-Generalitäts-Promotions-

motions=Sache 1755. Mai. 12. in Fabers Staats=canzley tom. 108. p. 394., et quae ſimiliter occurrerunt in der Promotions=Sache des Prinzen Georg Wilhelms von Heſſen=Darmſtadt 1758. Ian. 9. in *ſelect. iur. publ. nouiſſ.* tom. 39. p. 8. ſq.

§. 148. *Ipſae deliberationes comitiales* ab vnoquoque trium collegiorum ſeorſum congregato inſtituuntur. Quorum proinde coetibus ſingularia quoque conclauia dicata ſunt; licet ſit etiam, vbi omnes ſtatus conuenire poſſint, der Re= und Correlations=Saal. Sigillatim ibi legati duorum ſuperiorum collegiorum plerumque communiter prius *conueniunt*, donec deliberandi cauſa ad ſuum quemque collegium ire oporteat. *Ciuitatenſes* ſemper ſtatim ſeorſum ſe congregant. *Secretarii legationum* pariter ſtatim ſuum cuiusque collegii conclaue adeunt.

E) *Ipſae deliberationes comitiales quomodo inſtituantur?*

§. 149. Quod ad *modum ferendi ſuffragia* ſeu qualiacumque ad protocollum declarandi attinet, I) ordinarie a quolibet legato quaeuis proferenda *dictantur* potiſſimum quidem *ſecretario directoriali*, ſed ſcribentibus ſimul eadem fide. *cunctis* ſingulorum ſtatuum praeſentibus *ſecretariis*. *Ampliora vota* etiam legi, ſcriptaque ſecretario directoriali tradi ſolent; eaque deinde ſeorſum conuenientibus ſecretariis dictantur (a). Ex prolatis

I) *in genere quomodo vota ferantur, et conclusa fiant?*

latis ſingulorum ſtatuum ſuffragiis II) a directorio vtplurimum domi *concluſum* concipitur, et in ſequente ſeſſione praelegitur. Fieri tamen poteſt, vt eadem ſeſſione, qua ſuffragia lata, ſtatim concipiatur. In euentum iam *in anteceſſum* fieri haud aeque admittitur (b). Ad praelectum concluſum III) ſingulis monere licet; Sin nihil monetur, concluſum perfectum eſt. Generatim IV) *aperto* ſemel *protocollo* non ſolum ei, quem ordo tangit, ſed et citra ordinem, ſi quis monere quid neceſſe habuerit, cuiuis legato ad protocollum *interloqui* licet. V) *Secedere* etiam durante ſeſſione ad colloquium priuatum inſtituendum poſſunt, quorum intereſt. Nonnumquam VI) omnes etiam legati vnius collegii, remotis ſecretariis, colloquuntur im Nebenzimmer.

(a) Legi hic merentur, quae continet impreſſum ſub titulo: "Vollſtändige und genuine Nachricht desjenigen, was am 11. Febr. 1757. in dem churfürſtlichen collegio vorgefallen", in der Teutſchen Kriegs-Canzley 1757. tom. 1. p. 653. ſq., et, quod oppoſitum ei, ſub titulo: "zufällige Anmerkungen ꝛc. *ibid.* tom. 2. p. 863. ſq.

(b) Legenda hac de re ſunt, quae acciderunt 1) in der Würzburgiſchen Collectations-Sache 1690. Oct. 3. (13.), vbi votum Osnabrugenſe: "Hätte ſchon öfters erinnert, daß ſich gar nicht ſchicke, die concluſa vor der Deliberation abzufaſſen"; 2) in der Erzamts-Sache 1719. Aug. 25. vbi Magdeburg: "Es ſey nicht ſtili, und wüßte er ſich zu erinnern, daß Herr von Paderskirchen ſel.

ſel. ein ſolch concluſum wieder einſtecken müſſen ꝛc." Schauroths Samml. vom corp. euang. tom. I. p. 358. ; 3) in der Arenbergiſchen Reichs-Generalitäts-Promotions-Sache 1755. Mai. 12. in Fabers Staatscanzley tom. 108. p. 412. ſq.

§. 150. Sigillatim *in collegio electorali* ad propoſitionem Moguntinam, ſi ſingula vota colliguntur, quod vocant Umfrage, ſuffragia ferunt Treuirenſis primum, dein Colonienſis, poſt ſeculares, demum Moguntinus, isque adnectendo, vel in eadem, vel alia ſequente ſeſſione, concluſum electorale ſeu per vnanimia ſeu per maiora. Nonnumquam generatim modo breuibus colloquuntur, et citra ſpecialem ſingulorum ſuffragiorum recenſionem, quid conuenerint electorales, paucis dumtaxat verbis in protocollo notatur. *2) ſigillatim a) in collegio electorali,*

§. 151. In *ſenatu principum* ad propoſitionem et protocollum alternantis directorii Salisburgenſis vel Auſtriaci ordinarie ſuffragia feruntur *in ſeſſione*, dum quilibet ſuum locum occupat, et ſingula vota nominatim conuocantur ex indice, quem vocant Aufruf-Zettel (§. 102.), obſeruata ſimul ea, quam ordo tangit, alternantium ſtropha (§. 97.). Quam quidem conuocationem peragere poterat, ſi praeſens eſſet, *ſubmareſchallus imperii*; cuius tamen abſentis etiam nomine index *et b) in ſenatu principum quomodo deliberetur?*

 illo

Digitized by Google

ille porrigitur directorio, a quo tunc conuocatio illa peragitur. Subinde non in ſeſſione, ſed *in circulo* i. e. citra ordinem et conuocationem ſingulorum ſtatuum ſuffragia aliaeue declarationes ad protocollum dantur.

*et quomodo per re- et correlationem fiat commune concluſum ſuperiorum colleg.*

§. 152. *Ambo ſuperiora collegia* plerasque deliberationes aut ſimul inſtituunt, aut mox vnum alterum ſequitur. Idque, quod primum *concludit*, alteri hoc ſignificat, eoque facto, et vtriusque *concluſo* hinc inde *commutato*, collegium electorale ſolet exſpectare monita ſenatus principum, ſuperque iis de nouo deliberare, deliberata iterum cum ſenatu principum, per directoria vtrinque, communicare, atque ſic pergere, donec vel conueniant, vel non conciliandum oſtendant diſſenſum. Qua, quam vocant, RE-ET CORRELATIONE inter ambo ſuperiora collegia peracta, ſi conueniunt, fit *commune concluſum duorum ſuperiorum collegiorum;* idque tunc communicatur cum ciuitatenſibus.

*c) Ciuitatenſes quomodo deliberent, et fiat concluſum trium?*

§. 153. *Collegium ciuitatenſe* interim vtplurimum iam deliberationes ſuas inſtituit, atque concluſum ſuum, deinde et monita ſua in concluſum collegiorum ſuperiorum cum his communicat. Atque ſic *re- et correlatio* illa continuatur, donec fieri poſſit *concluſum commune trium collegiorum.*

§. 154.

Digitized by Google

§. 154. Iam ſi I) de negotio agitur, quod ad perficiendum conſenſus ſtatuum inter ſe per modum pacti ſufficit; *res confecta* eſt *ſolo concluſo* illo communi trium, et vel duorum ſuperiorum, ſi tantum horum intereſt, collegiorum. Sin II) negotium, de quo agitur, in eo conſiſtit, vt nomine caeſaris et imperii exerceatur ius maieſtaticum quoddam; res tum demum confecta eſt, quando *imperator contenta concluſi trium collegiorum rata habet.* Qua mente tunc concluſum trium collegiorum mutatur in formam *ſuffragii* ex parte totius *imperii* ad imperatorem deferendi, quod vocant Reichsgutachten (a). Quod quidem *per deputatos* ex tribus imperii collegiis pari religionis numero ad commiſſarium principalem *perferri* fas erat, ſed ob difficultates deputationem impedientes ſaluo cuiusque iure ſoli *Moguntino* haec oblatio ſuffragii committi ſolet. Ab imperatore, cui propterea confeſtim a principali commiſſario id mittitur, deinde pendet, vtrum ratum habere ſuffragium velit, nec ne.

*c) Concluſa comitialia 1) quomodo in forma ſuffragii imperii ad imperatorem deferantur?*

(a) En formulam talis ſuffragii: Der Römiſch-kaiſerl. Majeſtät unſers allergnädigſten Herrn, zu gegenwärtiger Reichsverſammlung bevollmächtigten höchſtanſehnlichen Principal-Commiſſarii, Herrn Alexander Ferdinand, Fürſten von Thurn und Taxis ꝛc. ꝛc. Hochfürſtlichen Gnaden, bleibt hier-

hiermit im Namen Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs gebührend ohnverhalten.

Als man in allen dreyen Reichs-Collegiis die unterm 20. Febr. 7. May und 9. Junii vorigen Jahrs zur Dictatur befördete freyherrlich Bretlachiſche, Prinz Stollbergiſche und Prinz Baden-Durlachiſche Memorial und Anſuchen, alle drey um Verleihung einer erledigten Reichsgeneral-Feldzeugmeiſters-Stelle behörig vorgetragen, und in ordentliche Berathſchlagung gezogen;

Iſt dafür gehalten und geſchloſſen worden: daß ſo einem als dem anderen zu willfahren, folgſam auf catholiſcher Seite die gebetene Reichsgeneral-Feldzeugmeiſters-Stelle dem Freyherrn Franz von Bretlach, auf A. C. verwandter hingegen eine des Herrn Marggrafen Chriſtoph von Baden-Durlach Durchlaucht, und die andere dem Herrn Prinzen Carl von Stollberg in Anſehung Ihrer allerſeits beywohnenden bekannten Kriegs-Erfahrenheit und mehrfaltig bezeigter Tapferkeit, auch kaiſerl. Majeſtät und dem Reich ſchon geleiſteter guten Dienſte zu übertragen, und ſolches an Allerhöchſt beſagte Ihro kaiſerl. Majeſtät mittelſt dahin erſtattenden Reichsgutachtens (wie hiermit beſchiehet) zu allergnädigſter Beſtätigung zu bringen ſey.

Womit des kaiſerlichen Herrn Principal-Commiſſarii hochfürſtlichen Gnaden, der Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs anweſende Räthe, Botſchaften und Geſandte ſich beſten Fleiſſes und geziemend empfehlen. Signatum Regensburg den 8. May. 1761.

(L. S.) Churfürſtl. Mainziſche Canzley.

*et quid deinde ab imperatore exſpectetur?*

§. 155. Quodſi iam I) *conſentit* imperator cum trium collegiorum ſuffragio; illud DECRETO, quod tunc dicitur RATIFICATIONIS, ſiue

ſiue commiſſionis, ſiue aulico (§. 143.), ſignificatur legatis comitialibus, dum Moguntino directoriali legato decretum illud traditur, et ab hoc dictari curatur. Et ſic demum, quando ſuffragio imperii ratificatio caeſarea acceſſit, in ipſo illo ſuffragio et conueniente cum eo decreto ratificationis conſiſtit CONCLVSVM IMPERII omnibus numeris abſolutum (a). Sin II) *imperator* propoſito ſibi imperii ſuffragio *adſenſum denegat*, ſiue diſerte *diſſenſum* declaret, ſiue adſenſum modo haud praebeat; ad perfectionem id, quod in comitiis concluſum, non peruenit. Attamen obligatus imperator eſt, vt promtiſſime impertiatur *declarationem* et decretum ad quodque imperii ſuffragium (b), et vt non alium quam *procancellarium imperii* in deliberatione ea de re inſtituenda adhibeat (c).

(a) Vide e. g. das Reichsgutachten vom 15. Dec. 1719. und das Ratifications-Decret vom 3. Nov. 1720. im corp. iur. publ. p. 1288. 1293.

(b) CAPITVL. (1711.) art. 13. §. 5.: "Wie wir dann nicht weniger über die an uns vom Reich gezÿemend gebrachte Gutachten unſere Erklärung und decreta ſchleunigſt ertheilen wollen".

(c) CAPITVL. art. 25. §. 4. vid. ſupr. §. 132. *b.*

§. 156. Quid vero *ſi non conueniant* in vnam ſententiam ſingula *tria* imperii *collegia?* Tunc I) 2) *In diſſenſu trium collegiorum*



Digitized by Google

a) *quid in praxi obtineat?* I) ſi a communi concluſo amborum ſuperiorum collegiorum *diſſentiunt ciuitates*; harum diſſenſus in concluſo trium collegiorum et in ſuffragio imperii indicari ſolet. Sin II) *ambo ſuperiora collegia* inter ſe *diſſentiunt;* vtplurimum vlteriore exitu cauſa deſtituitur, ne inſtituta quidem cum ciuitatibus re- et correlatione. Subinde quidem III), ſi res ita fert, etiam hoc caſu concluſum duorum collegiorum adnexa diſſentientis vnius collegii ſingulari opinione, aut plane ſingulorum collegiorum triplex ſententia in formam ſuffragii redigitur, et cum declaratione, prouti ea circumſtantiis cuiusque caſus conuenire videtur, ad imperatorem defertur.

b) *an maiora valeant inter tria collegia?* §. 157. *Inter* ipſa autem *tria collegia maiora non praeualent* (a). Namque nec ex natura rei id contendi poteſt; neque infert illud *ciuitatibus imperii*, poſt longam de *voto* earum tantum *conſultatiuo* agitatam litem (b), indultum in pace Weſtphalica *votum deciſiuum* (c). Nec enim de voto trium collegiorum, ſed de ſingulis ſingulorum ſtatuum ſuffragiis ibi ſermo eſt. Nec contra vnquam admiſſum fuit, vt, *vno renuente, reliqua duo* collegia per *maiora* concluderent. Id quod ſuperiora collegia ciuitatenſi expreſſe promiſerunt

Digitized by Google

ſerunt anno 1653. (d). Quamobrem multo minus ciuitates, dum accedunt alterutri ſuperiori collegio, maiora efficere poſſunt; ſicuti nec obſeruantiae hucusque id conuenit (e). Nec tandem maiore iure ad *ſimultaneam re- et correlationem* ſtatim ab initio cum ſuperioribus collegiis inſtituendam adſpirare adnituntur.

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 77.

(b) Hiſtoriam huius rei, cum inſertis praecipuis actis publicis huc pertinentibus, optime deſcriptam vide apud Datt. *de pace publ.* lib. 5. cap. 6. p. 802. ſq.

(c) I. P. O. art. 8. §. 4.: "Tam in vniuerſalibus quam particularibus diaetis *liberis imperii* „*ciuitatibus* non minus, quam ceteris ſtatibus imperii, *competat votum deciſiuum*."

(d) Vid. Erklärung der beyden höheren Collegien wegen des reichsſtädtiſchen voti deciſiui de a. 1653. in Londorps act. publ. part. 7. lib. 6. c. 306. und in Herdens Grundfeſte part. 2. c. 6. p. 140. ſq.

(e) Compara, quae adnotaui von der Münſterſchen Erbmänner Sache in meinem Handbuche der Teutſchen Reichshiſtorie p. 985. ibique alleg.

§. 158. Neque magis *imperatori* eſt *ius decidendi* in diſſenſu trium collegiorum, quippe quod nec lege, nec obſeruantia ei vmquam delatum eſt (a). Etiamſi enim *rogatus* imperator vno alteroue caſu deciſionem eiusmodi dederit (b); tamen vt *ipſo iure* haec poteſtas imperatori ſit, inde colligi nequit; maxime quum ſaepius factum, *c) An imperatori ſit ius decidendi?*

vt

Digitized by Google

vt tantum ad vlteriorem deliberationem ſententia imperatoris expeteretur (c). Nec ex *analogia* ſatis firmum eſt argumentum a iure denegandi ratificationem ſuffragii imperii ad ius reddendi efficax concluſum duorum collegiorum inuito tertio. Multo minus admitti poſſunt hypotheſes *de ſemiſſe comitiorum* imperatori tribuendo ad effectum accedendi ſextantibus vnius alteriusue collegii, vt vincantur diſſentientium tunc numero ſemper minores ſextantes.

(a) Meine Beyträge S. 89.

(b) Vide e. g. das Reichsgutachten vom 8. Nov. 1726. in corp. iur. publ. p. 1298.

(c) Vide e. g. apud PFEFFINGER. *ad Vitr.* tom. 3. p. 392. tale ſuffragium cum diſſenſu trium collegiorum ea mente imperatori propoſitum, um kaiſerliche Reſolution zu haben, damit die Stände weiter nachdenken, und gegen k. Maj. ſich darüber erklären könnten.

*3) In fine comitiorum fit receſſus imperii.*

§. 159. Quando finis comitiis imponitur, ſingula eorum concluſa, quorum vſus in futurum cogitatur, colliguntur in formam vnius legis, quam vocant RECESSVM IMPERII (Reichs-Abſchied). Quales proinde receſſus ſolius quidem imperatoris nomine 1) *concipiuntur* a Moguntino, additis ſub finem ſingulorum ſtatuum, eorumue, qui comitiis interfuerunt, legatorum nominibus,

2)

2) *reuidentur* a commiſſione caeſarea et deputatione ſtatuum, 3) *ingroſſantur* in cancellaria Moguntini in duplo in membrana pergamena, 4) *ſubſcribuntur* ab ipſo imperatore atque electore Moguntino ſeu procancellario imperii, 5) *ſigillis* muniuntur caeſaris ac deputatorum ſtatuum, 6) *leguntur* in pleno caeſaris ac ſtatuum conſeſſu, perinde ac propoſitio principalis, 7) dictantur, 8) *inſinuantur* in originali conſilio imperiali aulico et cancellariae Moguntinae, in copia vidimata iudicio camerae imperialis, 9) *publicantur* per totum imperium.

§. 160. Vniuerſa comitia quum hodie ex commiſſione caeſarea legatisque ſeu deputatis ſtatuum conſiſtant, praeterquam quod exterorum quoque legati adeſſe ſoleant; hi omnes I) vt pro ſua cuiusque indole *ſe legitiment*, neceſſe eſt; veluti *per mandata procuratoria*, quae litteris patentibus concipi et ad acta poni ſolent, commiſſarius principalis ſtatuumque votorum cauſa miſſi legati (a), ſeu *per litteras credentiales*, quae clauſae mitti et per dictaturam cum ſtatibus communicari ſolent, reliqui omnes, qui non ſuffragii ferendi cauſa adſunt, legati (b). Et poſſunt quidem II), quos lubet, *duo pluresue legatos* vel vnius voti cauſa

*III) Reliqua comitiorum conſtitutio interna 1) legitimatio*

mit-

mittere; multo magis ad plura vota in diuerſis collegiis explicanda. Longe frequentius autem hodie contingit, vt *vni legato plura ſuffragia* non ſolum in eodem collegio, ſed in ambobus quoque ſuperioribus collegiis ſimul, nec tantum ab vno ſtatu, ſed vel a pluribus, committantur. Eademque ratione et *ſecretarii legationum* mox plures ab vno ſtatu conſtituuntur, mox vni plurium ſuffragiorum cura committitur (c).

(a) *Legati* ſtatuum *comitiales* legitimantur I) mandato procuratorio, quod electorales et principales per ſecretarios legationis mittunt Moguntino, hic illorum ipſe, horum per ſecretarium legationis recipit; comitum legati et ciuitatenſes ipſi adferunt Moguntino, hic ipſe quoque recipit. Nec tamen dictatur vllum tale legati comitialis procuratorium; ſed tantum per directoria in ſuo cuiusque collegio indicantur, quapropter principum ac ciuitatum directoria Moguntinus ea de re certiora reddit. Nonnulli etiam II) credentiales litteras principali commiſſario adferre ſolent; quod tamen neceſſarium eſſe, caue, exiſtimes. Quodſi III) mandatum procuratorium facultatem ſubſtituendi continet, legatus votum ſuum alteri per mandatum ſubſtitutionis committere poteſt; quod in protocollo ſignificatur formula: *N. N. ex commiſſione per N. N.* IV) *Moguntinus directorialis legatus* mandatum procuratorium, quo legitimatur, tradit principali commiſſario, a quo publicatur decreto commiſſionis.

(b) Sigillatim I) ſolum litteris credentialibus legitimantur *exterorum legati.* Contra II) *principalis commiſſarii* legitimatio conſiſtit partim in litteris credentialibus, quas imperator ſcribit coetui comitiali, partim in mandato procuratorio patente, quod vna cum illis mittit per nobilem quem-

dam

dam directoriali legato Moguntino, qui illas tantum, non procuratorium, per dictaturam cum ſtatibus communicari curat. Quo facto principalis commiſſarius peractam legitimationem ſuam ſingulis legatis notificari curat, eorumque gratulationes per nobiles aut ſecretarios legationis recipit. Denique III) *concommiſſarius legitimatur* tantum litteris imperatoris credentialibus, ſiue iisdem cum principali commiſſario, ſiue ſeorſum. Quibus pariter per dictaturam cum ſtatibus communicatis, atque notificatione ſingulis legatis peracta; horum gratulationes per ſecretarios legationis ei perferuntur.

(c) *Secretarii legationum comitialium* legitimantur per atteſtata legatorum, quae ab electoralibus proferuntur directorio Moguntino, a principalibus ſibi proferri contendit ſubmareſchallus hereditarius, eiusque ob abſentiam, vi transactionis prouiſoriae 1731. a nonnullis initae, legatus archimareſchalli Saxonici.

§. 161. In ceremoniali *electorales*, pro honoribus regiis, quos ſibi vindicant (§. 88.), inter ſe inuicem potiſſimum obſeruant conuentiones annis 1688. 1711. (a) et 1745. (b) ea de re initas, quibus nouiſſima nuper acceſſit ſanctio, vt ne diſtinctio quaedam inter illos inter ſe inuicem introducatur (c). Vi harum normarum electorales inter ſe inuicem, quum tamquam legati primi ordinis (*Ambaſſadeurs*) in comitiis adſint, *excellentiae* praedicato vtuntur, atque is, qui iam adeſt, ſerius aduenientem prius adit (d). *2) Ceremoniale a) electoralium,*

(a)

Digitized by Google

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1143.

(b) Wahl=Diarium K. Franz des I. p. 206.

(c) CAPITVL. (1764.) art. 3. §. 21. (vid. ſupr. §. 89. a. p. 82.)

(d) Vide e. g. den Vergleich der churfürſtlichen Geſandtſchaften auf dem Wahltage 1711. wegen des Ceremoniels, in *corp. iur. publ.* p. 1143., vbi inter alia ſtatim ab initio ſtabilitur primaria regula: "Die Ankunft der Geſandtſchaft wird von der Zeit der arrivée der erſten Geſandten angerechnet, und notificiren ſolche die letzt angekommenen den vorher anweſenden", et ſub num. 7.: "Die erſte Viſite, ſo die vorher anweſenden den letzt angekommenen abſtatten, geſchiehet en corps etc." 12. Die Viſiten geſchehen mit ſo viel Kutſchen, als jeder will. 13. Die Reception und Begleitung geſchehen an den Kutſchen ꝛc.

b) *reliquorum;* §. 162. Idem ceremoniale *principum antiquorum* legati inter ſe inuicem obſeruant, ſed praerogatiuas, quas electorales contendunt, et quas partim olim iam habuerunt (a), his haud concedunt, multo minus ab electoralibus eosdem honores conſequuntur. Cuiusmodi *controuerſiae innumerae* aliae accedunt inter *principes ſeculares* et eccleſiaſticos, *antiquos* et nouos, comites, praelatos cet.; item inter *principum regum* et aliorum legatos, et generatim cum *exteris* (b); maximeque horum omnium ſuper ceremoniali cum *commiſſario principali* et *concommiſſario* (c).

(a)

(a) Vide e. g. *conclusum electorale* a. 1678. in *corp. iur. publ.* p. 1084.

(b) De ceremoniali cum exteris vide *concluſum electorale* d. 18. Nov. 1726. in Fabers Staats-canzley tom. 49. p. 690.

(c) In nouioribus actis publicis prae primis legi hic merentur acta a 1748. in Fabers Staats-canzley tom. 97. p. 94-133., tom. 98. p. 187-211., tom. 99. p. 107-124.

§. 163. Omnem denique *legatorum immunitatem* hodie et legati comitiales ſibi vindicant, adeo vt nec alterius cuiuscunque iurisdictionem, niſi ſtatus cuiusque mittentis, agnoſcant, ipſique cognitionem in ſuos cuiusque domeſticos ſibi vindicent. Quamobrem et mareſchallatui imperii vix quidquam iurisdictionis ſupereſt, quam quae ſuperſtes vi pacti cum ciuitatibus imperii (§. 139.) in Iudaeos ei relicta. *3) Immunitas legatorum comitialium.*

## Cap. IV.

### DE DEPVTATIONIBVS IMPERII.

§. 164.

Nonnunquam *nomine omnium imperii ſtatuum* certa quaedam negotia demandantur quibusdam ſtati- *Nomine omnium ſtatuum*

*dantur deputationes I) ordinariae,*

ſtatibus peragenda, quorum coetus tunc vocantur DEPVTATIONES IMPERII. Et quidem primum ſic paullatim introducti ſunt tum *pacis publicae cauſa* (a), tum ad expedienda *negotia* ex praecedentibus comitiis *reſidua* (b) ſpeciales *conuentus electorum cum certis quibusdam reliquis ſtatibus nomine omnium, loco comitiorum vniuerſalium, inſtituti*, iique vocantur DEPVTATIONES ORDINARIAE (c).

(a) R. I. 1548. §. 95., R. I. 1555. §. 65., R. I. 1559. §. 49. ſq., R. D. 1564. in der Samml. der R. A. tom. 3. p. 202. ſq.

(b) R. D. 1571. in der Samml. der R. A. tom. 3. p. 341. ſq.

(c) In R. I. 1555. §. 68. vocantur die erſcheinende Churfürſten, deputirte Fürſten und Stände oder deren abgefertigte Befehlshaber; In R. D. 1564. der Churfürſten, geordneter Fürſten und Stände Räthe und Botſchaften; In P. W. art. 5. §. 51.: *conuentus deputatorum imperii ordinarii.*

*earumque I) modus agendi;*

§. 165. *Modus procedendi* in deputatione ordinaria per obſeruantiam potiſſimum in eo conſiſtit, vt legitimatione ſingulorum legatorum apud *directorium Moguntinum* peracta, I) *commiſſarius caeſareus* proponat, ipſaeque *deliberationes* II) inſtituantur *ab electoribus ſeorſum*, dirigente Moguntino, a reliquis promiſcue et viritim, dirigente Auſtriaco; deinde III) *re-et correlatio* inter hos

et

Digitized by Google

et illos fiat; demum IV) ex ſuffragiis deputationis et ex ratificationibus caeſareis concluſa, ex his *receſſus deputationis*.

§. 166. Sic complures olim non ſine inſigni vtilitate celebratae fuerunt eiusmodi deputationes, iisque praeter electores, I) *ante pacem Weſtphalicam* interfuerunt 1) *ex principibus* initio *ſex* nominatae perſonae (a), dein 1559. earum quoque ſucceſſores (b), et *additi* poſthaec *quatuor* alii (c); 2) ex *praelatis* vnus, et ex *comitibus* vnus (d); 3) ex *ciuitatibus* duae (e). Poſteaquam vero II) propter *paritatem religionis* in P. W. ſtatutam (f) in proxime ſubſecutis comitiis ſtabilitum fuit, vt *tum* electorum euangelicorum numerus augeretur voto ſupernumerario alternante (g), *tum* ex reliquis ſtatibus plures adderentur (h); ex eo tempore fuit quidem iterum conuentus deputationis ab anno 1657. vsque ad annum 1662., legibusque proſpectum de nouo fuit iuribus deputationis (i). Verum III) ob inſigniter iterum mutatum collegii electoralis atque comitiorum ſtatum *haberi* adhuc *amplius non potuit* vllus *deputationis ordinariae conuentus*. Nec tam facile videtur fore, vt in poſterum inſtauretur, licet leges nouiſſimae id velint (k). *2) perſonae, e quibus conſtant;*

(a) Nominantur nempe in R. I. 1555. §. 65.: Ferd. von Oeſterreich, Melch. von Würzburg, Wilh. von Münſter, Alb. von Baiern, Wilh. von Jülich, Phil. von Heſſen.

(b) R. I. 1559. §. 50.

(c) In conuentu deputationis 1600. acceſſere: Burgund, Coſtanz, Braunſchweig - Lüneburg, Pommern - Stettin.

(d) R. I. 1555. §. 65.: Abt zu Weingarten und Ochſenhauſen von der Prälaten, Graf von Fürſtenberg von der Grafen und Herren wegen.

(e) Ciuitates duae primum indefinitae, nominatae in R. I. 1559. §. 50. Cölln und Nürnberg.

(f) I. P. O. art. 5. §. 51.: "In conuentibus „deputatorum imp. ord. *numerus ex vtriusque re„ligionis proceribus aequetur*. De perſonis autem „vel ſtatibus imperii adiungendis in comitiis proxi„mis ſtatuatur".

(g) R. I. N. §. 191.: "Daß in dem churfürſtlichen Collegio zwiſchen den dreyen A. C. verwandten und proteſtirenden Churfürſten ein viertes unter ihnen alternirendes votum vor diesmal — bey dem Deputationstage — ſtatt haben ſolle ꝛc."

(h) In R. I. N. §. 194. additi: Sachſen-Altenburg, Brandenburg-Culmbach, Mecklenburg, Würtenberg; ein Wetterauiſcher Graf; und die Städte: Aachen, Ueberlingen, Straßburg, Regensburg.

(i) CAPITVL. (1664. et 1711.) art. 12. §. 6.: "Wollen gleichfalls die ordinari Reichs-Deputation in ihrem Stande ohnverrückt laſſen, und weder an den verordneten Perſonen, noch aufgetragenen Rechten und andern etwas ändern ꝛc."

(k) CAPITVL. (1742. ex monitis principum et Brandenb.) art. 12. §. 6.: "die ord. R. Dep. auf nächſtem Reichstage wiederum in ihren Reichs-

con-

Digitized by Google

conſtitutionsmäßigen Stand, Ordnung und Activität ſetzen ꝛc.

§. 167. Ab ordinariis hactenus deſcriptis diſtinguendae ſunt DEPVTATIONES IMPERII EXTRAORDINARIAE, quippe quae conſiſtunt ex ſtatibus, ſigillatim quouis caſu denominatis, quibus ſingula quaedam negotia nomine imperii expedienda committuntur; et quidem *vel* in ſpecie ſic dicta *negotia*, ſiue *extra comitia*, veluti pacificatio, viſitatio cameralis etc., ſiue *in ipſis comitiis* materia quaedam ſpecialis; *vel ceremonialia* tantum, veluti exhibitio ſuffragii imperii, ſubſcriptio, congratulatio, reliq. Quae qualiacumque ſibi demandata peragunt huiusmodi deputati *haud diuiſi in collegia*, ſed vna et communiter, accedente etiam, ſi res ita fert, commiſſario caeſareo. II) *Deputationes extraordinariae*,

§. 168. *Perſonae* ad deputationes extraordinarias ex ſingulis tribus collegiis, ſed *pares religione* (a), ideoque a quouis corpore ſuae cuiusque religionis ſeorſum denominantur (b). Sunt tamen et hic, qui I) ſaltem, quod ad *deputationes comitiales* attinet, *perpetuo* ſe in deputatis extraordinariis eſſe contendunt, tum in electorali (c), tum in principum collegio (d). Sed variae, *earumque perſonae*,

 quae

Digitized by Google

quae in primis poſt pacem Weſtphalicam ea de re inciderunt, difficultates nec adhucdum componi potuerunt. Vnde nec extraordinariae hae deputationes comitiales hodie facile amplius occurrunt. *In ceremonialibus* vtplurimum, licet prouiſorio modo et citra conſequentiam, directorio Moguntino committi ſolet, quod per deputatos fieri fas eſſet. II) *Extra comitia* autem minus attenduntur ordinariae deputatorum perſonae.

(a) I. P. O. art. 5. §. 51.: "In horum (deputatorum ord.) conuentibus itemque comitiis „vniuerſalibus, ſiue ex vno, ſiue duobus aut tribus imperii collegiis quacumque occaſione, aut „ad quaecumque negotia deputandi veniant, *ae„quetur deputatorum numerus ex vtriusque religio„nis proceribus.*"

(b) Conf. *concluſa corporis euangelicorum* d. 4. Nov. 1664. et 6. Dec. 1710. in Schauroths Samml. tom. 1. p. 392. ſq.

(c) *In collegio electorali* deputationibus extraordinariis comitialibus ante P. W. adhibiti fuerant vtriusque ordinis primi, iique pares ſimul religione, Moguntinus et Palatinus. Quum vero in Palatini locum ſuccederet Bauarus; ob contradictionem Euangelicorum primum 1654. et 1663. Moguntinus ſolus adhibitus fuit, donec tandem placuit, vt praeter Moguntinum Bauarumque adhiberentur etiam duo primi euangelici electores Saxo et Brandenburgicus; id quod factum quoque 1664. *Nov.* 4. ad punctum reſtituendorum, 1665. *Mart.* 5. ad ferendum commiſſario caeſareo ſuffragium imperii, 1674. zur Verpflichtung der Reichs-Generale. Interim poſt readmiſſum 1708. Bo-

Bohemiae regem inter hunc et Bauarum, ſeu hodie Palatinum, en nouam dubitationem exortam.

(d) *In ſenatu principum* concluſum fuerat 1603. deputare Auſtriacum et Salisburgenſem ex parte ſcamni eccleſiaſtici, et ex parte ſecularis Bauarum et Lauterenſem; qui proinde poſt P. W. contenderunt, neceſſe modo eſſe, vt de adiunctione agatur ad obtinendam paritatem religionis. Contra quae Neuburgenſis aliique iam tum poſtularunt modum ambulatorium, in primis quum deinde Magdeburgicus occuparet locum ſecundum, et Lauterenſis ad catholicos tranſiret.

# CAP. V.

## DE PARTICVLARIBVS STATVVM IMPERII CONVENTIBVS.

### §. 169.

*Conferentiae et conuentus ſtatuum particulares,*

M*ediate et per indirectum* regimini imperii inſeruire, ſed et ſua cuiusque negotia domeſtica tractare poſſunt conuentus ſtatuum particulares qualescumque (§. 136.); adeo vt tum in comitiis tum extra illa I) etiam ſinguli ſtatus, quae lubet, deliberare poſſint in CONFERENTIIS, prouti forte ex foederis, agnationis, vicinitatis aliaue qualicumque ratione illorum intereſt. Multo magis II) ſingulis imperii collegiis corporibusque ſic fas



Digitized by Google

eſt conuentus celebrare collegiales, quandocumque lubet (a).

(a) CAPITVL. (1658. art. 13. §. 10.: "So ſoll auch inn- und auſſerhalb der Reichstäge den Reichs- und Kreis-Ständen unverwehrt ſeyn, ſo oft es die Noth und ihr Intereſſe erfordert, entweder *circulariter*, oder *collegialiter* (add. ex monito principum ſecularium in perpet. 1671.: oder ſonſten), ungehindert männiglichen, zuſammen zu kommen und ihre Angelegenheiten zu beobachten."

*I) collegiales electorum, principum etc.*

§. 170. Sigillatim ſic I) electores non *in comitiis* ſolum habent *ius collegii ſeparati* (a), ſed et ſua ſeorſum celebrare poſſunt COMITIA ELECTORALIA (b), vel ſine praeſcitu imperatoris atque ſine neceſſitate admittendi eius legatos (c), licet hodie, ex quo comitia perpetua durant, citra haec conuenire non ſoleant, niſi ad electionem regis Romanorum ſeu imperatoris. Quod II) ad ſenatum principum attinet, dantur quidem ſingulares *principum antiquorum* (§. 103.), item *comitum* (§. 101.), et vel *praelatorum* quoque *Sueuicorum* conuentus; ceteroquin autem vniuerſus principum ſenatus citra comitia numquam congregatur. Denique III) *ciuitates imperii* olim perfrequenter etiam *citra comitia* conuenerunt in diaetis tum vniuerſalibus, tum particularibus, illisque vel ordinariis annuis vel extraordinariis. Sed

Sed ab anno 1678. inde in deſuetudinem hi conuentus iuiſſe videntur.

(a) R. I. 1544. §. 25.: "Soll dieſe Verordnung — den **Churfürſten** an ihrem Herkommen und Brauche, daß ſie einen **ſondern Rath** haben, — keinen Abbruch oder Verletzung gebähren."

(b) A. B. cap. 12. §. 1. 2.: "Electores ad tra„ctandum de ipſius imperii orbisque ſalute per „ſingulos annos ſemel — perſonaliter congregen„tur". Idem deinde ſancitum in vnionibus electoralibus 1502. 1503. 1521. et 1558., ſed terminus anni 1503. in biennium mutatus, 1521. plane in arbitrio electorum poſitus, 1558. ad quadriennium reductus fuit. DAHM. *de vnion elect.* p. 93. ſq.

(c) CAPITVL. (1519.) art. 4. §. 12. 13.: "Wir laſſen auch zu, **das die Churfürſten je zu Zeiten**, vermöge der G. B. (add. 1742 ex mon. Sax.: und der (omiſſ. 1764. darauf ſich gründenden) churfürſtlichen Vereinigung), nach Gelegenheit und Zuſtand des h. R. R., zu ihrer Nothdurft, auch, ſo ſie beſchwerliches Obliegen haben, **zuſammen kommen mögen**, daſſelbe zu bedenken und zu berathſchlagen, das wir auch **nicht verhindern**, noch irren, und derohalben keine Ungnade oder Widerwillen gegen ihnen ſämmtlich oder ſonderlich ſchöpfen und empfangen (add. 1742. ex mon. Sax.: **noch auch**, daß ſolches **mit unſerm Vorwiſſen**, und unter unſerer Auctorität geſchehen, **unſere Geſandten** auch zu dergleichen beſondern Deliberationen ſchlechterdings **zugelaſſen** werden müſſen, verlangen), ſondern uns in dem und andern der G. B. (add. 1764. und churfürſtlichen Vereinigung gemäß gnädiglich und (unverweislich, loco eius 1711. poſitum) unverweigerlich halten ſollen und wollen."



Digitized by Google

*II) Circulares conuentus*

§. 171. Porro (ſic I) in ſingulorum circulorum *conuentibus mox* praedeliberatio negotiorum comitialium inſtituitur, *mox* concluſa comitialia ad exſecutionem deducuntur, *mox* negotia imperii ſpeciali circulorum curae commiſſa, *mox* et ſua cuiusque circuli negotia particularia principaliter tractantur (§. 110.). Quin II) et *plures* vicini ſeu aſſociati *circuli conuentus communes* ſeu *directoriales* habere poſſunt. III) *De modo* autem in eiusmodi conuentibus circularibus obſeruari ſolito vix quidquam tradi in commune poteſt, quum ſuam quique formam peculiarem habeant. Plerisque in circulis ſuffragia per *ſtamna* diſtributa feruntur. Nonnulli praedeliberare in *deputationibus* ſolent. Alii alia ſingularia habent. *Valori* tamen *maiorum* hic in vniuerſum lege imperii proſpectum eſt (a).

(a) R. I. N. §. 183.: "In Kreishandlungen ſollen über die in der Executionsordnung enthaltenen und dahin gehörigen Verfaſſungs-Sachen jederzeit die maiora ſtatt haben, und die minderen Stimmen den mehreren nachzugeben verbunden ſeyn."

*III) Corp. euangel. et cathol., quod vtrumque ineſt comitiis,*

§. 172. Nec denique alia eſt ratio corporis catholicorvm et evangelicorvm, quod vtrumque ſimiliter, quando et quomodo lubet, tum comitialium, tum ſuorum cu-

ius-

Digitized by Google

iusque negotiorum cauſa conuenire ac delibera-re poteſt (§. 114.). Vtrumque autem corpus vti iunctim vniuerſum corpus ſtatuum conſtituit, adeoque in comitiis imperii non poteſt non adeſſe; ita pro hodierna comitiorum perpetuitate ſimiliter perpetuam habet *formam cum comitiali fere pari paſſu ambulantem*, ſcilicet vt *legati comitiales* vtriusque religionis vtrumque corpus repraeſentent. Qui proinde nec ſingulari *legitimatione* indigent, nec ſpeciali *ceremoniali* vtuntur.

§. 173. Ex *analogia* itaque *praxeos comitialis* I) etiam hic, ad legalem notitiam alterutrius corporis vt quid perueniat, ordinarius modus eſt DICTATVRA, inter euangelicos per Saxonicum, vti inter catholicos per Moguntinum, peragenda. II) Ipſae deliberationes inſtituuntur in CONFERENTIIS, quas vocant, euangelicorum et catholicorum. Iisque, quoties opus, curante directorio indicitur. Neque *temporis*, neque *loci* ratione perpetuo idem obſeruatur, licet euangelici frequentius, quam catholici conueniant. Nec denique *ſegregatio trium collegiorum* hic obſeruatur, nec *ſecretarii legationis* hic admitti ſolent, ſed ipſi legati curam ſui cuiusque protocolli habent. *et ſimili quitur dictatura modoque conueniendi.*

§. 174.

*et concludendi, concluſaque expediendi.*

§. 174. Quae per vnanimia vel maiora concludit alterutrum corpus, I.) ſaepe ſubſiſtunt in ſpecie conuentionis, vel alterius qualiscunque *concluſi*, quod tantum ratione corporis, in quo confectum, vim obligandi habet. Idque tunc modo dictatur inter membra eiusdem corporis, et a quolibet legato ad ſuum cuiusque principalem mittitur. Aliquando et cum directoriis imperii communicatur, vel aliter publici iuris fit. Sin II) quid concluditur, quod citra concluſum aliam adhuc *expeditionem* exigit; ſiue ex parte directorii, ſiue ab alio quodam membro corporis ex huius placito, quidquid opus, concipitur. Legitur deinde in conferentia, ac monetur, ſi quid monendum ſupereſt. Tandem deſcribi curatur, ſigillari addito ſigillantium ſchemate, inſinuari vel mitti, vbi opus, demum dictari, vel impreſſum diuulgari.

---

Cap.

# CAP. VI.

## DE
## VI MAIORVM NVMERO SVFFRAGIORVM ET SPECIATIM
## DE
## IVRE EVNDI IN PARTES.

§. 175.

In ſingulis quibusque ſtatuum imperii conuentibus *ordinarie maiora valent* (a). Sed vel *ex natura rei* liquet, I) in iis caſibus, quibus de concluſo ſtatuum agitur, quatenus corpus vel collegium ſeu ſocietatem conſtituunt, *non poſſe vim maiorum extendi vltra ipſos ſocietatis limites*, adeoque non valere maiora, ſi quando plane de re ſociali non eſt quaeſtio, ſeu *quando is, de cuius iure vel obligatione agitur, hoc reſpectu tamquam membrum ſocietatis conſiderari nequit*, i. e. ſi de IVRE SINGVLORVM agitur; deinde II) neque ea pluralitati votorum recte tribui, *quae generatim in imperio ciuili haud continentur*, ſeu quae *ne ſummus quidem imperans ex iure publico vniuerſali* vi ſupremae poteſtatis efficere poteſt, veluti *Maiora quando ceſſent? I) ex natura rei.*

vt

Digitized by Google

vt conſcientiis imperetur, ſeu iura ciuium quaeſita e medio tollantur, reliq.

(a) R. I. 1512. §. Es ſollen ꝛc. 7. verbis: "und was dieſelben, ſo erſchienen ſeyn, oder der mehrere Theil aus ihnen"; ORD. REGIM. 1521. §. 12. ꝛc. verbis: "und dem, ſo durch den mehrern Theil beſchloſſen worden, Folge thun." R. I. Spir. 1542. §. 25. ꝛc. ibi: "und was mit dem mehrern beſchloſſen." R. I. 1555. §. 69. ꝛc. verbis: mehrentheils beſchloſſen wird." ꝛc. R. I. 1559. §. 44. ibi: "durch den mehrern Theil." R. I 1576. §. 98. ibi: "bey mehrern gelaſſen worden." R. I. 1594. §. 121. in verbis: "bey den mehrern gelaſſen worden. R. I. N. §. 183. vid. ſupra §. 171. a.

*II) vi pacis Weſtphalicae, ſpeciatim ſi in partes itur;*

§. 176. IN PACE WESTPHALICA (a), I) an et quatenus ſpeciatim *in materia collectandi* pluralitas votorum valeat, decidi non potuit, necdum hodie id deciſum eſt (b). *Expreſſa* autem *pacis Weſtphalicae ſanctione* II) cautum eſt, vt "1) *in cauſis religionis*, 2) *omnibusque aliis negotiis*, vbi ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, *vt etiam* 3) catholicis et A. C. ſtatibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate" (c). Vnde clarum vtrique corpori IVS EVNDI IN PARTES, ſiue *ius declarandi ſententiam vnius corporis, eo effectu, vt non attendi tunc votorum pluralitas, neque id, in quo diſſentit vnum corpus ab altero, tunc aliter, quam ſola ami-*

Digitized by Google

*amicabili compoſitione*, *dirimi poſſit* (d). Quae *ipſa declaratio*, prouti ab vno alterue corpore fit, huius VOTVM COMMVNE vocatur.

(a) *Anſam* huic paſſui *pacis Weſtphalicae* praebuerunt ea, quae in grauaminibus *politicis* menſe Nouembri 1645. monuerunt ſtatus euangelici ſequentem in modum: "Daß nicht allein in Religions-Contributions-, und denen Sachen, da die Stånde vt ſinguli zu conſideriren, ſondern auch in allen und jeden andern, ſie treffen an, was ſie immer wollen, darinn die Römiſch-Catholiſchen eine, und die Evangeliſchen die andere Parthey conſtituiren, das Ueberſtimmen hinfüro nicht mehr gelten ſollte." Meiern act. pac. Weſtph. tom. I. p. 701. 824. Conf. quoque LONDORP. *act. publ.* tom. I. p. 138. PFEFFINGER *ad Vitr.* tom. 4. p. 391. ſq.

(b) I. P. O. art. 5. §. 52. in f.: "Quod ad „*pluralitatem votorum in materia collectandi* attinet, „quum res haec in praeſenti congreſſu *decidi non* „*potuerit*, ad proxima comitia remiſſa eſto".

(c) I. P. O. art. 5. §. 52.

(d) Conf. in primis ſcriptum ſub titulo: SACRA LIBERTATIS ANCHORA, h. e. *Analyſis* §, in cauſſis relig. 52. art. 5. I. P. W., *vbi agitur de pluralitate votorum, in quibus cauſis non ſit attendenda? ſpeciatim de iure eundi in partes, nec non de iuribus ſingulorum;* quarumdam legationum euangelicarum praeſcitu impreſſum. Ratisb. 1720. fol. (in Fabers Staatscanzley tom. 38. p. 314. ſq., Moſers Staatsrecht tom. 48. p. 381. ſq., Schauroths Samml. vom corp. euang. tom. 2. p. 42. ſq.)

§. 177.

Digitized by Google

*id quod I) in omnibus cauſis fieri poteſt;*

§. 177. Quum itaque I) pax Weſtphalica ad quaeſtionem: *quando pluralitas votorum non attendenda ſit?* reſpondeat: non ſolum 1) in cauſis religionis, ſed et 2) in omnibus aliis negotiis, vbi ſtatus tamquam vnum corpus conſiderari nequeunt, quin etiam 3) catholicis et A. C. ſtatibus in duas partes euntibus, non attendi iſtam pluralitatem debere; plane manifeſtum eſt, non ſolum in cauſis religionis, ſed et aliis *omnibus qualibuscumque in cauſis* ius eundi in partes exerceri poſſe (a). Id quod II) iam dudum et *obſeruantia*, optima legis interpres, firmauit, qua vtrinque etiam citra cauſas religionis in quibuscumque aliis cauſis adhibitum fuit hoc ius eundi in partes, veluti in primis *ab ipſis catholicis* in ſingulari caſu, qui accidit anno 1672. (b). Vnde vel *noua* acceſſit *aequalitatis exactae ratio*, vt tanto minus dubitari poſſit de modo, quo iam plus vice ſimplici idem ius exercuere euangelici (c).

(a) Conf. Anon. Beweiß, daß das ius eundi in partes auch in cauſis politicis ſtatt habe, 1759. 4.

(b) Quum nempe tum ageretur in comitiis von Beſtellung vier General-Majors, atque euangelici cum conſentientibus quibusdam catholicorum votis maiora efficerent; reliqui catholici auctoribus Auſtriaco et Bauaro d. 10. Apr. 1672. in partes iuerunt ab obtinendam ſententiam, quod paritas religionis, in delectu generalium belli officialium obſeruanda, de qua ceterum non dubitabatur,

Digitized by Google

batur, praeciſe id requirat, daß nicht zwey General-Majors zu Pferde evangeliſch, und zwey General-Majors zu Fuß catholiſch; ſondern nothwendig ein catholiſcher und ein evangeliſcher General-Major zu Pferde, und dann auch zu Fuß eben ſo ſeyn müſſe. Quo facto amicabili compoſitione declaratum im Projecte Reichsgutachtens d. 10. Iun. 1672.: "Man habe ſich dahin verglichen" ꝛc. ꝛc. Sicque confectum tandem ipſum ſuffragium imperii d. 6. Nou. 1673. Conf. *ſacr. libert. anch.* §. 18. in Schauroths Samml. vom corp. euang. tom. 2. p. 44.

(c) Euangelici in partes iuerunt I) 1712. Aug. 22. in der Toggenburgiſchen Sache; II) 1717. Ian. 15. in der Cöllniſchen Moderations-Sache; III) 1719. (nondum quidem prolato, ſed praeparato tamen voto communi) in der Erzamts-Sache; IV) 1727. Oct. 10. in der Zwingenbergiſchen Sache. Quibus porro nouiſſime acceſſit V) concluſum corporis euangelicorum de 29. Nou. 1758. wegen Aufrechthaltung des art. 20. kaiſerlicher Wahlcapitulation, quo in euentum declarata itio in partes, ſi qua forte contrauentio iſtius articuli metuenda fuerit; deinde VI) itio in partes in der Friedens-Vollmachts-Sache menſe Aug. 1761.; VII) concluſum corporis euangelicorum *de voto Osnabrugenſi* d. 14. Nou. 1764., et VIII) concluſum ſimile d. 26. Iul. 1775. pro ſeruando ſtatu religionis *votorum* curiatorum *comitum*.

§. 178. Quumque porro nec *ratione modi*, quo exerceatur ius eundi in partes, vllis limitibus illud circumſcribat pax Weſtphalica; I) *ordinarie* quidem in comitiis imperii vniuerſalibus illud ita exercetur, vt *votum commune* in conferentia corporis in partes ituri praeparatum, iisque, quorum primum eſt loqui in ambobus ſuperioribus imperii col- *2) qualitercumque votum commune proferatur;*

collegiis, veluti ex parte catholicorum directoriis Moguntino, et Salisburgenſi vel Auſtriaco, ex parte euangelicorum Saxonico electorali et Magdeburgico, commiſſum, ab his communi nomine in vtroque ſuperiori collegio, quando argumentum illud occurrit, proponatur. Enimuero quum II) nec deliberationes comitiales ſemper in ambobus ſuperioribus collegiis vna ac ſimul inſtituantur, nec alterum alterius deliberationibus ſtringatur, pluralitas autem votorum vel in vno tantum collegio contra intentionem atque rationem pacis Weſtphalicae alteram partem vincere poſſet; certe non poteſt contendi neceſſitas, in ambobus ſemper ſuperioribus collegiis vna ac ſimul ferendi votum commune, ſed *in ſingulo quouis collegio* id fieri iure poteſt. Neque III) neceſſarium eſt, *vt ſemper ante ſuffragia ſingulatim lata indicetur votum commune.* Sufficit enim, modo ante, quam concludatur ex pluralitate votorum, adpareat diſſenſus vnius corporis ab altero, isque ad effectum, ne attendi queat pluralitas votorum, indicetur ab illo re adhuc integra.

*3) etiam per maiora;* §. 179. Denique ius eundi in partes ita comparatum eſt, vt, I) quamprimum exercetur, *vnum* antehac vniuerſum *corpus* ſtatuum *in duas*

*partes,*

Digitized by Google

*partes*, ſeu, quod idem eſt, *in duo corpora* abeat, adeoque ipſum illud in eo conſiſtat, vt alterutrum *corpus ab altero diſſentiat.* Voluntatem autem vnius corporis non praeciſe ex vnanimi omnium eius membrorum conſenſu aeſtimari poſſe, inter omnes conuenit. Nec II) citra corpus cuiuscumque alterius, adeoque nec alterius corporis, quidquam intereſt, multo minus disquirendi ius eſt, vtrum per vnanimia, an per maiora quid in illo corpore concluſum ſit, modo, quod ſufficit, ſententia corporis, qua corporis, declaretur, quod proinde non ſingulis ſuffragiis, ſed voto communi fit. Ergo *ad exercendum ius eundi in partes non praeciſe vnanimia iſtius corporis poſſunt exigi, ſed vel maiora ſufficiunt* (a). Quin III) *ſi vel ſinguli* etiam *ſtatus* vnius religionis *ſuffragia ſua iam ſigillatim tulerint, eorumque vnus alterue iam alterius partis ſententiae conſenſum praebuerit; tamen*, modo ante concluſum, *votum commune proferri poteſt*, ſiquidem negari nulli ſtatuum poteſt ius reuocandi ſuffragium mutandique ſententiam, quam diu, concluſo nondum facto, res integra eſt; id quod vel praeſumi oportet, quando, poſt vota ſigillatim lata, votum commune profertur.

(a) In primis quoque ex comparatione I. P. O. art. 5. §. 52. et §. 56. adparet, in hoc quidem,

 non

non illo caſu ad eundum in partes praeciſe vnanimia requiri.

*eoque facto 4) ſola amicabilis compoſitio locum habet.*

§. 180. Qualitercumque autem in partes itum fuerit; I) omnis ſuffragiorum numero *maiorum efficacitas ceſſat*, atque *inutilia* proinde, *ſingula* porro ſingulorum ſtatuum *vota* ſunt. Sed II) *ſola amicabilis compoſitio* ſupereſt; quae *de corpore ad corpus*, vtplurimum votis communibus, quibus vnum corpus alteri mentem ſuam exponit, inſtitui ſolet (a). Qua in re quidem III) perſonam *mediatoris* ſuscipere *imperator* poteſt (b), ſed deciſioni caeſareae numquam locus eſt; tantum abeſt, vt *concluſa* corporis euangelicorum *irrita pronunciare* imperator queat (c). Vnde IV) quamprimum in partes itum, necdum amicabilis compoſitio ſubſecuta fuit; neceſſario *quieſcit negotium*, quod in quaeſtionem venit, et *nihil agitur*. *Nec* proinde V) *fas eſt*, vt *obtrudatur* corpori, quod in partes iuit, qualicumque modo *ſententia contraria*, donec amice inter vtrumque corpus res compoſita fuerit.

(a) Conf. *concluſum corp. euang.* d. 10. Iul. 1720. in Schauroths tom. 1. p. 480.

(b) Sic Carolus VI. litteris d. 4. Apr. 1724. concommiſſario datis: "So ſtatus de corpore ad corpus tractiren wollten; ſollte die Commiſsion im Namen Ihro kaiſ. Maj. Mittler ſeyn". Moſers Staatsr. tom. 47. p. 115.

(c)

(c) Conf. Pro memoria der Churbraunſchweigiſchen Comitialgeſandtſchaft das kaiſerliche Commißionsdecret vom 5. Febr. 1759. betreffend, in der Teutſchen Kriegscanzley 1759. tom. I. p. 582. ſq.

# Cap. VII.

## DE VARIIS, QVAE CIRCA MODVM DELIBERANDI IN CONVENTIBVS STATVVM ENASCI SOLENT, CONTROVERSIIS SPECIALIBVS.

### §. 181.

Non omnia, quae tum ad *modum deliberandi* attinent, tum *extra ordinem* et inopinato nonnunquam eueniunt in conuentibus ſtatuum, ita legibus aut obſeruantia definita ſunt, quin ſaepe adhuc *indeciſae* enaſcantur *controuerſiae*, in primis pro *directorii* cuiusque indole, quod haud raro plus iuſto ſibi tribuere incuſatur (a), id quod in facto vt plurimum vel in iure controuerſi quidquam habet (a). *1) Controuerſiae ſtatuum cum directoriis.*

(a) Vide e. g. *defectus directorii Moguntini* enumeratos in Schauroths Samml. vom corp. euang. tom.

tom. 2. p. 158. 162. 169. ſq., eosque additos litteris corporis euangelici ad caeſarem datis d. 16. Nou. 1720. *ibid.* p. 788. 824.

(b) Pertinent huc in primis ii caſus, ſi quando directorium deſideria vnius alteriusue ſtatus ad *dictaturam* admittere, ſchedulae indicendarum ſeſſionum inſerere, *proponere*, ad protocollum recipere recuſat; ſi quando *proteſtationes* et reproteſtationes proferuntur; ſi quis ſuffragio alterius *interloquitur*; ſi quando ii, quorum intereſt, *ſecedere*, aut a ſuffragiis ſe abſtinere monentur, inuitisue reliquis admittuntur; ſi quibus *repetita votorum collectio* neceſſaria videtur; ſi de reuocando mutandoue vnius alteriusue ſuffragio iam lato agitur; ſi quando *vota non recte connumerata* contenduntur, et quae ſunt reliqua. Quorum omnium in primis in actis comitialibus ſatis frequentia occurrere exempla ſolent.

*II) Nonnullae ſingulares concludendi ſpecies.*

§. 182. Nonnumquam I) contingit, vt legati miniſtriue ſtatuum in conuentu quodam congregati concluſum *ſub ſpe rati* conficiant, quod deinde, ſi ratificatio principalium haud ſubſequitur, efficacitate ſua deſtituitur. Vnde II) alius iterum aliquando modus obſeruatur, vt ſolum de *communi relatione* principalibus ſuis mittenda conueniant (gemeinſame Relation), quo facto inſtructiones principalium prius exſpectantur, quam quid nomine eorum concludatur. Ceteroquin vero III) omnia et ſingula *concluſa*, quae nomine corporum et collegiorum imperii fiunt, vt, pri-

us-

uſquam vim obligandi habeant, ab ipſis ſtatibus *ratificentur*, nequaquam neceſſe eſt.

§. 183. Singularis denique controuerſia ſupereſt, quoties I) electoris eccleſiaſtici nomine *capitulum ſede vacante* in electione imperatoris regisue Romanorum concurrere adnititur; eademque ratione II) quoties *ſede Moguntina vacante* de exercendo directorio imperii ſeu electorali agitur. Hoc enim capitulum cathedrale Moguntinum quidem ſibi vindicat. Sed contradicunt Saxoniae elector, qui iure archimareſchallatus ſibi tunc directorium vindicat; et Treuirenſis, qui analogiam prae ſe fert, quod impedito Moguntino expreſſae leges eum ſubſtituant (a); Colonienſis denique, qui alternationem cum Treuirenſi, hoc pariter contradicente, contendit. Necdum vniuerſa haec controuerſia componi, nec proinde, quoties caſus euenit, quidquam in collegio electorali cum ſucceſſu fieri potuit (b). Similesque enatae ſunt controuerſiae III) ſuper directorio *in ſenatu principum* vacante ſede Salisburgenſi, et IV) ſuper directorio *circuli Franconici* vacante ſede Bambergenſi. *III) Controuerſiae ſuper iuribus capitulorum ſede vacante.*

(a) R. I. N. §. 125., vbi de reuiſione camerali interponenda agitur, verbis: "Bey dem Churfürſten zu Mainz, oder, wenn derſelbe bey der Sache intereßirt, bey Chur-Trier."

 (b)

(b) Vide e. g. excerpta in Moſers Staatsr. tom. 47. p. 213. 262. ſq.

# Lib. V.

## DE REGIMINE RERVMP. GERM. SPECIALIVM IN GENERE.

## Cap. I.

### DE TERRITORIIS EORVMQVE CONSTITVTIONE INTERNA IN GENERE.

§. 184.

*Territoriorum I) partes 1) principales a) bona equeſtria et pagi;*

Ante omnia vt interna territoriorvm constitvtio intelligatur (a), primum quod ad *partes cuiusque territorii principales* attinet, ex primaeua totius Germaniae conſtitutione repetendum eſt, omnem olim Germaniam conſtitiſſe ex *ingenuis* et *ſeruis* (§. 24.), eorumque e poſſeſſionibus ortum a potiori trahere I) hodierna bona eqvestria in caſtro alioue aedificio quodam eius-

Digitized by Google

eiusque pertinentiis, veluti hortis, agris, pratis, ſiluis, conſiſtentia, atque II) pagos, quorum quisque 1) continet ipſam *villarum congeriem*, quae habitantur a ruſticis ſeruis, aut colonis, plerumque operis ſaltem cenſuique obnoxiis, aliaque qualiacumque *praedia acceſſoria*, quaqua limites cuiusque pagi patent, quorumque 2) aliis ineſt ſimul *praedium equeſtre*, et *eccleſia parochialis*, aliis ſecus.

(a) Exemplum adplicatae huius theoriae videſis in meinen Rechtsfällen 2. B. 1. Th. S. 91. u. f.

*Similesque poſſeſſiones originariae dynaſtarum etc.*

§. 185. Eadem ratione et nobilium, ſeu quam hodie vocamus nobilitatis ſuperioris, i. e. *dynaſtarum*, *comitum* et *principum* originariae poſſeſſiones, ſiue propriae plane et allodiales, quas vocamus, ſiue quas iure beneficii ſeu feudi a rege tenebant, initio conſtabant ex *caſtro*, quod habitabant, cum adnexis pertinentiis, ſpeciatim et ſiluis maioribus, atque *maiore modo pagorum numero*, quorum incolae ſerui operis et cenſui illis obnoxii erant; niſi quod et ingenuos *vaſallos* habere poterant ac ſolebant.

*b) fundationes eccleſiaſticae;*

§. 186. Deinde ex quo redundare Germania coepit fvndationibvs ecclesiasticis, iisque ampliſſime dotatis; I) archi-et epiſcopa-



Digitized by Google

patus quidem, aliaeque *maiores* ab imperatoribus fundatae, et vel a ſeculari non minus quam eccleſiaſtica poteſtate exemtae fundationes ipſam ſuperioritatem territorialem obtinuerunt, ſed II) *minores* eiusmodi fundationes tantum non omnes, a ſtatibus magis quam ab imperatoribus fundatae, vna cum bonis ſuis efficiunt partem territorii, in quo fundatae ſunt; vti paſſim III) plane vel *archi-et epiſcopatus mediati* huc referri poſſunt.

e) *vrbes;* §. 187. Similiter ex quo VRBIBVS Germania inſtructior reddita fuit, earum plurimae partes territoriorum conſtituerunt, eaeque I) a pagis non *phyſice* tantum in eo diſtinctae, vt iunctis ex aedibus iisque in plateas diſtributis moenibusque et portis circumdatis, conſiſtant, atque plura vtplurimum templa, coenobia, hoſpitalia cet. contineant, ſed et *moraliter* haud exiguis praerogatiuis fruantur, veluti vt incolas ciuesque liberos non ſeruos habeant; vt mercaturae, opificiorum, coquendae cereuiſiae, tribuumque et nundinarum iuribus praeditae ſint; vt ſuo ipſius quaeque magiſtratu ciuico regantur; vt adnexa praedia et vel integros pagos poſſideant; vt iure venandi, piſcandi, vtantur cet. Quibus praerogatiuis II) ſi quae *communitates* non omnibus, ſed nonnullis pluri-

Digitized by Google

pluribusue tamen decoratae ſunt, *medium* quoddam *genus* efficiunt, quod vocant Flecken, Marktflecken ꝛc.

§. 188. Denique aliae dantur *partes territoriorum* ſingulares et *acceſſoriae*, ſiue *habitatae* ſingulae villae, cauponae, molendina, fabricae cet., ſiue *non habitatae*, veluti ſiluae, foreſta, terrae incultae, metallifodinae, lapicidinae, ſalinae, viae publicae, riui, flumina, lacus cet. In quibus iterum eſſe poſſunt, quae ad bona equeſtria, fundationes eccleſiaſticas, vrbesue pertinent. Pleraeque tamen et potiores eiusmodi poſſeſſiones ipſius cuiusque domini territorialis eſſe ſolent.

*2) partes territoriorum acceſſoriae.*

§. 189. Quibus ita conſtitutis dantur adhuc I) ex priſtina ſimplicitate 1) *territoria* nonnulla *minora*, aut ſi mauis *minima*, quae ex vno alteroue dumtaxat caſtro principis ſingulisque praeterea villis aliisque poſſeſſionibus ad eumdem pertinentibus, atque congerie quadam pagorum conſiſtunt, ſubinde vix vnam alteramue fundationem eccleſiaſticam, vnum alterumue praedium equeſtre, et vel nullam vrbem comprehendentia. *Maiora* contra 2) ea vocari merentur territoria, in quibus iam ante conſtitutam ſuperioritatem territorialem nec praediorum equeſtrium, nec fundationum ecle-

*II) Integra itaque territoria 1) alia ſimplicia, minora vel maiora ſunt, alia compoſita;*

Digitized by Google

cleſiaſticarum, nec vrbium numerus deerat. Hodieque demum II) *compoſita* ſunt pleraque territoria ex pluribus territoriis originarie diuerſis, iisque non perſonali ſolum, ſed et reali vnione ſiue aequali ſiue inaequali per modum incorporationis coniunctis (§. 76.).

2) *iura patrimonialia principum alia ſunt quam territorialia,*

§. 190. Qualicumque demum in territorio I) probe diſtinguenda ſunt IVRA BONAQVE domini territorialis PATRIMONIALIA, quae *nullius priuati in patrimonio* ſunt, quorumque *vtilitatem* aeque, ac priuatus quilibet bonorum poſſeſſor, *dominus territorialis* percipit; aliaque IVRA TERRITORIALIA, quae *vi ſuperioritatis territorialis* ab eo exercentur, quibusque *per omne territorium et qualescumque illius partes* locus eſt. Quae quidem ſua natura diuerſa iura II) *in minoribus territoriis* paſſim fere coincidere videntur, multoque plura, quam quae ſupremae poteſtati ex iure publico vniuerſali conueniunt, iura poteſtati territoriali tribui ſolent (a). In maioribus autem territoriis multo maior hic eſt cum iure publico vniuerſali conuenientia.

(a) LVDOLF *ſymphor. conſult. forenſ.* tom. I. conſ. 10. p. 326. vbi territoria vocantur, "quae *modo magis herili reguntur.*"

§. 191.

§. 191. Eae quidem *territorii partes*, *quarum patrimonialia iura principi ſunt*, in maioribus territoriis dudum vocari conſueuerunt BONA CAMERAE, (Cammergüter), aut *quatenus ſuſtentando principi eiusque familiae et aulae dicata ſunt*, etiam BONA MENSAE (Tafelgüter). Nouiore aeuo paſſim ad exempla regnorum vocantur DOMANIA, quibuscum et in eo conueniunt, vt *non in libera poſſeſſoris diſpoſitione* conſtituta ſint. Nec tamen *proprietas* eorum tam penes rempublicam eſt, quam penes familiam principis ſeu fundationem eccleſiaſticam, cui adhaeret regimen territorii, et vel accedente dominio imperatoris alteriusue directo; quippe *ortum* trahunt *aut* a priſtina inueſtitura aliaue conceſſione caeſarea, *aut* ab alia maiorum adquiſitione ſeu feudali ſeu allodiali, veluti conſolidatione, ſeu iure belli, dotis, emti, ſeculariſationis cet. *Sigillatim a) in bonis camerae ſeu domaniis;*

§. 192. Porro illae territoriorum partes, quae *aut* a primaeua origine in proprietate ipſius familiae regentis ſeu fundationis eccleſiaſticae fuerunt, *aut* ex priſtinis dynaſtiis, comitatibus, et vel amplioribus ex bonis equeſtribus in partes territorii hodierni coaluerunt, I) inter ſe inuicem in maioribus territoriis diſtinctae ſunt tamquam diuer- *b) in praefecturis;*

ſae

ſae PRAEFECTVRAE (Aemter), quarum quaeque ex certo diſtrictu pluriumque pagorum numero conſiſtit, cui nomine principis praeeſt, qui tum iura patrimonialia, tum territorialia eius nomine reſpicit, PRAEFECTVS quidam, Amtmann, Pfleger, Droſt, Gogreve ꝛc. Vnde II) *maiora* illa *territoria* ordinarie *diuiſa* ſunt *in praefecturas* principis, deinde in *bona fundationum eccleſiaſticarum* mediatarum, bona *equeſtria*, et *ciuitates*. Nec III) ordinarie vrbes, bona equeſtria, et fundationes eccleſiaſticae ſub praefecturis, ſed immediate ſub principe conſtitutae ſunt; niſi qua praefectura forte enata ſit e priſtino territorio minore, cui vrbs quaedam, ſeu bonum equeſtre, aut fundatio eccleſiaſtica inerat, quo caſu vel adhuc paſſim praefecturae talia continent; indeque intelligitur, quod paſſim obtinet, discrimen Canzley- oder Schrift- und Amts-ſäßiger Güter, ꝛc.

*et paſſim c) in bonis ſcatullae.* §. 193. Compluribus in territoriis I) adhuc ſynonymicae habentur *bonorum camerae* ac *praefecturarum* denominationes. II) In quibusdam *ſpecialiori ſenſu* bona camerae vocantur ſingula quaedam bona, *quorum reditus ſeorſum a camera principis percipiuntur*, non ſub priſtinis praefecturis comprehenſa, veluti bona equeſtria aliaue nouiter a principe adquiſita; quae III) ſi vel plane etiam

ne

*ra camerae quidem adminiſtrationi commiſſa*, ſed ab ipſo principe, potiſſimum primo adquirente, ſibi ſuaeque liberiori diſpoſitioni reſeruata ſunt, nonnusquam vocantur BONA SCATVLLAE (Chatoull⸗Güter).

§. 194. Quod ad *iura territorialia* attinet, I) proprie nullum quidem inter bona camerae ſeu praefecturas, aliasque qualescumque territorii partes diſcrimen eſt, quum ſuperioritatem territorialem omnes eodem modo venerari oporteat. Interea II) *praerogatiuis* tamen nonnullis *iuribusque praecipuis* poſſeſſiones aliorum prae aliis, in primis *pro diuerſitate ordinis perſonarum*, haud parum diſtinctae ſunt. In primis enim 1) *ruſticorum bona*, ex primaeua ruſticorum Germaniae ſeruorum nota, ſiue haec ſeruilis eorum conditio prorſus adhuc vigeat, ſiue ex ſuperſtitibus eius reliquiis, ordinarie *obnoxia* ſunt partim *operis*, partim *cenſui* aliisue praeſtandis, quae iure patrimoniali ſeu princeps, ſeu alius quiſpiam ab iis exigere poteſt. A quibus *patrimonialibus praeſtandis* 2) omnino *immunia* ſunt omnia et ſingula *equeſtria bona*. Eaque immunitas quidem haud aeque obtinet in iis, quae territoriali iure exigi poſſunt, praeſtandis; ſed et in his tamen non omnino

*3) Iurium territorialium intuitu nonnullae praerogatiuae obtinent a) nobilium.*

no bona equeſtria aequiparari ſolent ruſticorum bonis (a).

(a) Conf. meine Rechtsfälle 1. B. 3. Th. S. 561.

*Speciatim iurisdictio patrimonialis;*

§. 195. Adhaec I) non ſolum *iura* quaedam *praecipua*, quae ad vſum fundi referri poſſunt, veluti venationis, piſcationis, ſolis equeſtribus, non ruſticorum bonis inhaerent, ſed II) vel ſingularis quaedam IVRISDICTIONIS ſpecies, quam vocant, PATRIMONIALIS adhaerere ſolet bonis equeſtribus, ita vt quilibet eorum poſſeſſor habeat ius conſtituendi praefectum aliumue iuſtitiarium ad exercendam iurisdictionem in perſonas et res intra limites iſtius iurisdictionis conſtitutas, et ita quidem, vt aliis ſola *ciuilis*, aliis et *criminalis* vel omnimoda ſit iurisdictio eiusmodi patrimonialis. Quacum patrimoniali iurisdictione vtplurimum III) complura *alia* coniuncta ſunt *inſignia* nobilium *iura*, veluti ius detractus, ius confirmandi negotia ruſticorum, et in primis ius exigendi *iusiurandum aſſecurationis*, adeo vt paſſim vel ſingulare iterum nobilium in ſua cuiusque ditione in ruſticos ceu ſubditos ſuos ſubordinatum imperium ciuile eſſe videatur, ſalua tamen ſemper

in

Digitized by Google

in quouis territorio ſuperioritate eius territoriali ſoli principi tribuenda.

§. 196. Eadem denique ratione I) FVNDATIONES ECCLESIASTICAE praedia ſolent adnexa habere, ex quibus immediate vſum percipiunt, aliaque a ruſticis culta, et vel integros pagos cum ſimili iurisdictione patrimoniali aliisque iuribus inſignibus; ſicuti II) et VRBES haud infrequentes ſunt, quibus adhaerent eadem ratione mox ſinguli fundi, mox integri pagi cum iurisdictione aliisque iuribus.

*b) fundationum eccl. et vrbium.*

# CAP. II.

## DE ORDINIBVS PROVINCIALIBVS EORVMQVE AD REGIMEN TERRITORIORVM HABITV.

§. 197.

In territoriis maioribus I) a prima fere ſuperioritatis territorialis origine inde cuiusuis territorii *praelati*, *nobiles* atque *ciuitates* id obtinuerunt, vt in conſilium a principe vocarentur, quoties in re-

*I) Ordines prouinciales I) pro diuerſis legibus fundamentalibus*



Digitized by Google

regimine territorii grauiora occurrerent negotia (a). Qua de re vt deliberarent proceres iſti, ſenſim inualuerunt COMITIA cuiusque territorii PROVINCIALIA; in quibus qui votum et ſeſſionem habent, proprie ſunt ORDINES PROVINCIALES (Landſtände). Eorumque II) *conſenſus* in certis regiminis partibus in conuentu prouinciali adhibendus ordinarie *in neceſſitatem abiit* ſeu *obſeruantia*, ſeu *pactis ſpecialibus*, qualia nulli fere non ſolent eſſe territorio, tamquam SPECIALES cuiusque territorii LEGES FVNDAMENTALES, quibus qualiacumque, modo ius tertii non violetur, conueniri poſſunt (b).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 107-133.

(b) Conf. e. g. meine Rechtsfälle I. B. 3. Th. S. 556., II. B. 3. Th. S. 619., II. B. 4. Th. S. 1028.

2) *varia iura habent,*

§. 198. Vi harum legum ceterum valde diuerſarum, quumque nec obſeruantia omnium vniformis ſit, et leges imperii vix quidquam hic definiant, ipſa *iura ordinum prouincialium* haud parum differunt, quum I) partim plura alibi, alibi pauciora *regiminis iura* eorum conſenſui adſtricta ſint, quamquam potiſſimum iura collectarum atque ferendarum legum huc referri queant; partim II) *alia* quoque *iura praecipua* alibi magis, alibi mi-

minus obtinere ſoleant, veluti vnionis ordinum prouincialium inter ſe inuicem, conuentuum priuatorum (a), ſigilli (b), officialium ab ordinibus pendentium cet.

(a) Conuentibus hisce priuatis contrariari videtur CAPITVL. (1658.) art. 15. §. 3. verbis: "nicht zugeben, daß Landſtände — in dergleichen (ſcil. Landſteuer-Sachen) und anderen Sachen ohne der Landes-Fürſten Vorwiſſen und Bewilligung Convente anſtellen und halten". ꝛc. Moſers Nebenſtunden part. 6. p. 876. Compara tamen, ſi lubet, quae deduxi in der Erläuterung des Geraiſchen Mandatsgeſuches (Göttingen 1774. fol.) §. 4. ſq. Rechtsf. 3. B. 2. Th. S. 289.

(b) Moſers Nebenſt. part. 4. p. 468.

§. 199. Ipſi quoque ordines in *varias claſſes* diuerſa ratione dispeſci ſolent. Vtplurimum tamen I) PRAELATI, vbi ſuperſunt, *primum* omnium *locum* occupant, eoque nomine hic comprehendi ſolent 1) *capita fundationum eccleſiaſticarum* in territorio conſtitutarum, 2) commendatores *ordinum* Teutonici et Iohannitarum, quorum in territorio forte poſſeſſiones ſunt, 3) *academiae* antiquae, et 4) in territoriis eccleſiaſticis, ibique primo loco nominanda, *capitula* cathedralia. II) NOBILES paſſim *antiqui* et *noui* diſtinguuntur (a), et vel ſingularis ex ordinibus *nobilitatis ſuperioris* paſſim claſſis conſtituitur. III) Inter CI-

*ipſique 3) in varias claſſes diſpeſcuntur.*



Digitized by Google

vitates paſſim *maiores* et *minores* diſtinguuntur, illaeque tamquam principales ſeu conuocantes, dirigentes, cet. variis praerogatiuis ornantur. Vniuerſe etiam IV) in plerisque territoriis conſtitutae ſunt deputationes provinciales ex pauciore numero ordinum prouincialium conſiſtentes, quibus certa negotia nomine omnium peragenda commiſſa ſunt, paſſim ita, vt vel duplex talis deputatio maior altera, altera arctior detur (weiter und engerer Ausſchuß).

(a) Vide e. g. meine Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 669.

*II) Comitia 1) prouincialia, quomodo a) congregentur?*

§. 200. Comitia denique provincialia paſſim quotannis alioue definito plurium annorum ſpatio, aut definito alibi tempore, conuocante tamen ſemper principe, et vel in ipſa eius reſidentia celebrantur. Inque iis ciuitates quidem et vniuerſitates non aliter quam *per deputatos* adeſſe poſſunt, praelati autem nobilesque *ipſi* adſint, neceſſe eſt, ſoliusque nobilitatis ſuperioris praerogatiua eſt, vt officiales ſuo nomine mittere queant. Quicumque autem adſunt, beneficio hoſpitalitatis aut diaetarum fruuntur. Ipſorumque comitiorum *ſollennia* vtplurimum *auſpicia* fiunt, quibus, peractis prius ſacris, ipſe princeps aut

Digitized by Google

aut certe eius commiſſarius intereſſe, atque breuis oratio nomine principis, deinde nomine ordinum prouincialium haberi, ſcriptaque propoſitio ab illo his tradi ſolet.

§. 201. Ipſa *deliberatio* deinde I) ab ordinibus ſeorſum inſtituitur, aut in vnum collectis, aut ſegregatis alibi pro diuerſis ordinum claſſibus, alibi ita, vt deputati ſeparatim a reliquis ordinibus conſideant. II) *Obiecta autem deliberationum* prouincialium principalia ſunt, quae in *propoſitione principis* continentur, et quae ab ipſis ordinibus forte collecta ſunt *grauamina*, quibus accedere ſolent varia *incidentia*, veluti vt numerus deputatorum ſuppleatur, vt officiales denominentur, vt rationes reddantur reliq. Quae omnia III) vti ſingulis concluſis definiuntur, ſub finem comitiorum principi offeruntur in forma *ſuffragii* et *grauaminum*; isque reddit *reſolutionem ad grauamina* et *receſſum prouincialem*. Quo facto eadem circiter ſollennitate, qua auſpicata erant, iam finiuntur comitia. b) *quomodo deliberent et concludant?*

§. 202. Citra haec plena comitia in plerisque territoriis haberi ſolent *conuentus deputatorum*, praeſertim rationum reddendarum cauſa, et ad expedienda negotia deputationibus commiſſa moram- 2) *Conuentus deputatorum.*

 que

Digitized by Google

que haud ferentia. Quae ceterum eadem fere ratione, qua et ipſa comitia, celebrari ſolent.

*III) An et quatenus detur coimperium horum ordinum?*

§. 203. Vniuerſe I) vbi vigent ordines prouinciales, quatenus eorum conſenſui regiminis iura adſtricta ſunt, eadem circiter ratione, ac ſtatus imperii cum caeſare (§. 131.), ſpeciem COIMPERII illi exercent, niſi quod hic potiſſimum in eo fundamentum rei verſetur, vt ne ordines in ſuis ipſorum bonis et ditionibus ſine ſuo conſenſu quid fieri patiantur; vnde in bonis camerae ac praefecturis non eadem eſt huius coimperii ratio (a). Ceterum II) *non vbiuis perinde vigere ordines prouinciales* eorumque conuentus, vel ex eo repetendum eſt, quod paſſim, vbi olim fuerant, *in deſuetudinem* abierunt, vel quod in territoriis minoribus, et vel in maioribus, quae ſolum e minoribus conflata ſunt, *ab origine* non aeque ordines prouinciales vmquam fuerunt (b).

(a) Meine Beyträge I. Th. S. 179-185.
(b) Rechtsfälle II. B. 4. Th. S. 1035.

CAP.

# Cap. III.

## DE SVBORDINATO TERRITORIORVM SVB CAESAREO REGIMINE EIVSQVE EFFECTIBVS.

§. 204.

*Subordinatio*, in qua regimen territoriorum *ſub caeſareo* eſt, hunc I) *pro dominis territorialibus* habet effectum, vt 1) ſuper *denegato* ſine iuſta cauſa ordinum prouincialium *conſenſu* a caeſare cognoſci et vel *ſuppleri* ab hoc ille poſſit (a). Multo magis 2) *ad praeſtandam debitam* obedientiam *ſubditi* a domino in iudiciis imperii *conueniri* posſunt (b), licet 3) hoc vel in ſuis ipſorum iudiciis fieri poſſit, et vel *propriis viribus* vicinorumque ſtatuum auxilio liceat ſubditos in obſequio continere (c). *Viciſſim* tamen II) et ab ordinibus prouincialibus, quin a ſingulis etiam ſubditis *agi poteſt aduerſus dominum territorialem*, qui aut ſuperioritate ſua territoriali in genere abutitur, aut ſingularia ordinum ſubditorumue iura violat, licet paullo circumſcriptior vi legum imperii in cauſis eiusmodi ad ſuprema tribunalia ſit aditus (d). *Subordinatio regiminis territorialis ſub imperiali,*

(a) Struben Nebenſt. part. I. p. 169. ſq. Meine Beyträge I. Th. S. 300. u. f.

(b) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 15. §. 1.: "Wir wollen die mittelbare Reichs- und der Stände Lands-Unterthanen in unſerm kaiſerlichen Schutz haben, und zum ſchuldigen Gehorſam gegen ihre Landes-Obrigkeit anhalten". — art. 19. §. 7. in f. (1658.): — "immittelſt gleichwohl ſie zu ſchuldigem Gehorſam gegen ihre Obrigkeit anweiſen".

(c) CAPITVL. (1658. et perpet.) art. 15. §. 8. 9.: "Immaſſen dann auch Churfürſten, Fürſten und Stände (add. 1711.: die unmittelbare freye Reichs-Ritterſchaft mit begriffen), zugelaſſen und erlaubt ſeyn ſolle, ſich nach der Verordnung der Reichs-Conſtitutionen, bey ihren hergebrachten und habenden landsfürſtlichen und herrlichen *iuribus* ſelbſten und mit Aßiſtenz der benachbarten Stände wider ihre Unterthanen zu *manuteniren*, ſie zum Gehorſam zu bringen; jedoch anderen benachbarten oder ſonſt intereßirten Ständen ohne Schaden und Nachtheil. Da aber die Streitigkeiten vor dem Richter mit Recht verfangen wären; ſollen ſolche aufs ſchleunigſte ausgeführet und entſchieden werden". Conf. tamen meine Rechtsfälle II. B. 4. Th. S. 940. 954.

(d) CAPITVL. (1658. et perpet.) art. 19. §. 6. 7.: "Wann auch Landſtände und Unterthanen wider ihre Obrigkeit Klage führen; ſo ſollen und wollen wir inſonderheit, wenn es die landesherrliche Obrigkeit und Regalien (add. 1742. ex mon. Sax.: ſowohl überhaupt, als) in ſpecie die iura collectarum, armaturae, ſequelae, Lands-Defenſion, Beſatzung der Veſtungen, und Unterhaltung der Garniſon, nach Inhalt des Reichs-Abſchiedes de anno 1654 §. Und gleichwie ꝛc. und dergleichen betrifft, ad nudam inſtantiam ſubditorum keine mandata noch protectoria oder conſeruatoria ertheilen, ſondern nach Inhalt jetzt gedachten

ten Reichs-Abſchieds §. Benebens ſollen Cammer-Richter ꝛc. und §. Was dann Churfürſten, Fürſten und Ständen ꝛc. zuförderſt die Austräge in Acht nehmen; Wo aber die iurisdictio fundirt, dennoch ehe und bevor die mandata ergehen, die beklagte Obrigkeit mit ihrem Bericht und Gegennothdurft zuförderſt vernehmen, geſtalt bey deſſen Hinterbleibung ihnen verſtattet und zugelaſſen ſeyn ſoll, ſolchen mandatis keine Parition zu leiſten, und wann alsdann ſich befinden würde, daß die Unterthanen billige Urſache zu klagen haben, dem Proceß ſchleunig, doch mit Beobachtung der ſubſtantialium, abhelfen". Compara ceterum, ſi lubet, exempla in meinen Rechtsfällen I. B. 3. Th. S. 712., II. B. 3. Th. S. 619., II. B. 4. Th. S. 1028.

§. 205. Vtroque caſu, I) quibus controuerſiae inter principem et ſubditos auctoritate imperatoris iudiciaria dirimuntur, *iudicata caeſarea* normam iurium et obligationum principis in tali ſpeciali quaque republica efficiunt, adeoque ſingularem *legis fundamentalis* ſpeciem, cuius vis obligandi in declarata ſuperioris voluntate conſiſtit. Cui legum fundamentalium generi accenſenda quoque II) ſunt *priuilegia caeſarea*, quibus, quod olim ſatis frequenter contigit, ſiue principum, ſiue ordinum prouincialium iuribus largius forte proſpectum eſt. Quin III) ex generali etiam *nexu imperii* cogitari queunt, qui vniuerſam ſuperioritatem territorialem circumſcribant, limites, iique et noui nouis *legibus imperii* addi poſſunt. *indeque fluentes noui limites ſuperioritatis,*

 Sed,

*2) qualis varietas territoriorum inde pendeat?*

§. 208. Quod ad *varietatem territoriorum* attinet, I) inſigne in primis diſcrimen eſt inter territoria ſecularia et *eccleſiaſtica*, quandoquidem horum regimina electitia, atque haud exigua vtplurimum capituli auctoritate circumſcripta ſunt, adeo vt vel primae in adminiſtranda republica partes vni alteriue ex gremio capituli concredi ſoleant. Neque II) deſunt omnino differentiae *electoratuum*, principatuum, et *comitatuum*; ſed multo potior tamen III) eſt differentia territoriorum *minorum* et *maiorum*, ſimplicium et *compoſitorum*, horumque aut perſonali ſolum aut reali vnione iunctorum. Inter alia IV) etiam inde pendet inſignis differentia inter illa territoria, quae praeſentia principis ſui fruuntur, illaque in quibus *abſens princeps* eſt.

## CAP. V.

### DE CIVITATIBVS IMPERII EARVMQVE REGIMINE.

§. 209.

*Ciuitates imperii I) poſt adquiſ-*

CIVITATES IMPERII, tamquam respublicae Germaniae ſpeciales conſideratae (§. 29.), in

in eo conueniunt cum reliquis Germaniae vrbibus, vt in vnaquaque ciuitate a corpore ciuium diſtinctus ſit SENATVS ſiue MAGISTRATVS, ceu collegium quoddam optimatium, cui reipublicae adminiſtrandae cura commiſſa eſt. Quemadmodum vero in quauis vrbe municipali ad exercendam iurisdictionem criminalem aliaque ſupremae poteſtatis iura conſtituti ſolent eſſe aduocati, ſculteti, alioue nomine cōndecorati officiales principis; ita olim quidem in ciuitatibus imperii erant *aduocati*, ſculteti aliiue officiales *imperatoris*. At ſenſim haecce aduocatiae caeſareae iura ipſae ciuitates imperii earumque magiſtratus oppignorationis alioue titulo adquiſiuerunt; indeque hodierna pendet ciuitatum imperii conditio.

*tam priſtinam aduocatiam caeſaream,*

§. 210. Hodierno itaque iure omnes et ſingulae ciuitates imperii, vti I) *ſtatus imperii* ſunt (a), ita et II) *ſuperioritatem territorialem* habent aeque ac reliqui ſtatus (b), nec proinde III) vlli alteri parent ſtatui, nec vel ſupremae *imperatoris poteſtati* alia ratione, ac ceteri ſtatus, ſunt ſubiectae, niſi quod nonnullae adhuc ciuitates imperii *annua* imperatori *tributa* ſoluant (c), ſubinde quoque generatim in ciuitatibus imperii *auctoritati caeſareae* magis, quam in territoriis, adhuc tribui

*1) hodie ſuperioritatem territorialem habent, vti reliqui ſtatus,*

bui obſeruetur, nec certe omnia horum inſtituta per ſe illis quadrent.

(a) I. P. O. art. 5. §. 29.: "*Liberae imperii* „*ciuitates* prout omnes atque ſingulae *ſub appella-* „*tione ſtatuum imperii* non tantum in pace religio- „nis et praeſenti eiusdem declaratione, ſed et „alias *vbique indubitate continentur;* ita et ex illa- „rum numero eae, in quibus vnica tantum religio „anno 1624. in vſu fuit, *tam ratione iuris refor-* „*mandi*, *quam aliorum caſuum religionem concer-* „*nentium*, in territoriis ſuis et reſpectu ſubditorum „non minus ac intra muros et ſuburbia *idem cum* „*reliquis ſtatibus imperii* ſuperioribus *ius habeant*".

(b) I. P. O. art. 8. §. 4.: "*Liberis imperii ci-* „*uitatibus* — rata et *intacta maneant regalia*, vecti- „galia, reditus annui, *libertates*, *priuilegia* con- „fiſcandi, collectandi et inde dependentia *aliaque* „*iura*, ab imperatore et imperio *legitime impetrata*, „*vel longo vſu* ante hos motus *obtenta*, *poſſeſſa et* „*exercita*, *cum omnimoda iurisdictione intra muros* „*et in territorio*, caſſatis, annullatis et in futu- „rum prohibitis iis, quae per repreſſalias, arreſta, „viarum occluſiones et alios actus praeiudiciales, „ſiue durante bello quocumque praetextu in con- „trarium facta, et propria auctoritate hucusque „attentata ſunt, ſiue dehinc, nullo praecedente „legitimo iuris et executionis ordine fieri attenta- „riue poterunt".

(c) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 16 - 20.: "Wir ſollen und wollen auch neben andern **die Reichs=Steuren der Stàdte** und andere Gefälle, ſo in ſonderer Perſonen Hände erwachſen und ver- ſchrieben ſeyn möchten, wiederum zum Reiche zie- hen, und zu deſſen Nutzen anwenden; (add. 1619.: "Auch eine gewiſſe **Deſignation**, **in was Stand** dieſelbe jederzeit ſeyn, inner Jahres=Friſt, nach würklicher Antretung unſerer kaiſerlichen Re- gierung, zu der Churmainziſchen Reichscanzley zu fernerer Communication an die Stände unnach- bleib-

Digitized by Google

bleiblich einſchicken; und nicht geſtatten, daß ſolche dem Reiche und gemeinen Nutzen wider Recht und Gerechtigkeit entzogen werden, es wäre dann, daß ſolches mit rechtmäßiger (add. 1658.: Collegial-) Bewilligung ſämmtlicher Churfürſten beſchehen wäre; (add. ex perpet. 1711.: "dergleichen Bewilligungen doch für das künftige von Churfürſten, Fürſten und Ständen ertheilet werden ſollen").

§. 211. *In plerisque ciuitatibus* inter ſenatum atque corpus ciuium *de forma reipublicae*, vtrum democratica, an ariſtocratica locum habeat? olim aliquando, nec ſine turbis vtplurimum, *certatum* fuit, et vel adhuc certatur, niſi qua interpoſita auctoritate caeſarea, adhibita haud raro commiſſione locali, aut alia ratione, definita lis ſit, vt conſtet, num ſolum penes ſenatum, an penes ciues ſit imperium, et quando hoc caſu ciuium conſenſu ſenatus indigeat, vel ſecus? 2) *in forma regiminis*,

§. 212. Similiter quae ſit *interna ſenatus conditio?* ex quot quibusque conſiſtat conſulibus et ſenatoribus ſiue ſcultetis et ſcabinis (Bürgermeiſter und Rath, Schultheiß und Schöpfen), item ſyndicis, conſulentibus aut qualitercumque aliter nominatis? quomodo ſinguli hi conſtituantur? an et quomodo in ſcamna vel qua alia ratione diuiſi ſint? quaenam ſint pleni vel deputationum, conſulatus, certorumue officiorum (Aemter) nego- *et in conſtitutione interna differunt.*

tia?

tia? porro, quinam ſub ciuium nomine veniant? quot et quae ſint horum collegia? an et quae ſit patriciorum praerogatiua? haecce omnia ex ſpecialibus iſtiusmodi cuiusque ciuitatis legibus fundamentalibus inſtaue obſeruantia potius aeſtimanda ſunt, quam quod iure publico Germaniae generali definiri poſſint.

*II) Per accidens nonnullae varia ſingularia habent.*

§. 213. Ceterum I) ſedes quidem cuiusque ciuitatis intra ſua moenia continetur, atque ſunt, quibus *extra moenia* territorii nihil eſt. Aliae tamen non circumiacentem ſolum diſtrictum quemdam habent, ſed complures quoque *integra territoria*, quae vel olim comitatus aut dynaſtiae fuerant, ſingularibus titulis adquiſita poſſident; nec in iis iterum regendis vbique eadem obſeruatur formula. Nonnullis etiam in ciuitatibus imperii II) ſuperſtites adhuc ſunt *reliquiae* priſtinae *aduocatiae* caeſareae, vbi haec non ab ipſa ciuitate, ſed a tertio quodam ſtatu adquiſita eſt, cum quo tunc innumerae oriri ſolent controuerſiae. Nec raro III) in ipſis imperii ciuitatibus ſimul alii ſunt *ſtatus imperii*, veluti epiſcopi, abbatiae cet., vel alia *exemta corpora* et collegia, veluti capitula, conuentus imperii, circulares cet., et vel ſingulae *perſonae immediatae*, vnde variae colliſiones oriri ſo-

Digitized by Google

ſolent. Denique IV) ciuitatum *Hanſeaticarum* et reliquarum diſcrimen hodie vix vllius amplius vtilitatis eſt; ſed ciuitatum *maritimo* adhuc *commercio florentium* triadem non poſſe non innumeris modis a ceteris diſtingui, res ipſa docet, ac digna iis mentio capitulationibus caeſareis nouiſſimis (a) inſerta firmat.

(a) Capitvl. (1742.) art. 7. §. 2.: "S. u. w. auch, wie die Handlung treibenden Städte überhaupt, alſo inſonderheit die vor anderen zum gemeinen Beſten zur See trafiquirenden Städte Lübeck, Bremen, und Hamburg bey ihrer Schifffahrt und Handlung, Rechten und Freyheiten, dem inſtrumento pacis gemäß, erhalten und kräftigſt ſchützen". Conf. I. P. O. art. 10. §. 16.

§. 214. Quod ad iura ciuitatum imperii ceremonialia attinet, respvblicas quidem eas vocari, aegre admittit imperator (a). Alio potius communi nomine in actis imperii publicis adpellari ſolent ehrbare freye kaiſerliche Reichsſtädte, qua ex denominatione olim abbreuiari ſolita parum abfuit, quin naſceretur titulus Erbfrey, ipſi tamen rei minime conueniens (b). Ceterum nec in *titulis*, quibus *ipſae ciuitates* earumue potius magiſtratus vtuntur (c), nec in iis, e quibus *aliorum adlocutiones* conſiſtunt (d), conueniunt ſitu, potentia, et conſtitutione tam diuerſae ciuitates.

*III) Ius ceremoniale ciuitatum imp.*

O (a)

(a) Moſers Staatsrecht tom. 39. p. 281.
(b) Moſers Staatsr. tom. 40. p. 401.
(c) Meine Anleitung zur juriſt. Praxi part. 2. p. 140.
(d) Anleit. zur juriſt. Praxi part. 2. p. 199. 203.

# LIB. VI.

## DE SINGVLIS IVRIBVS REGIMINIS CAESAREI AC TERRITORIALIS GENERALIBVS

## CAP. I.

### DE DISTINCTIONE IVRIVM REGIMINIS IN GENERALIA ET SPECIALIA IN GENERE.

§. 215.

*Iura regiminis qua ratione in generalia et ſpecialia diuidantur?*

Singula quaeuis IVRA REGIMINIS *ex unica* eaque ſuprema omnium *ſalutis publicae*, *lege* tamquam omnium communi fonte deriuanda ſunt. Pro innumeris autem ſalutis publicae partibus remediisque eam tuendi atque promouendi innumera

Digitized by Google

mera quoque ſingula regiminis iura ſunt, I) totuplicia certe, quot *ſpecialia ſalutis publicae obiecta* cogitari poſſunt, ſiue *intra ciuitatem,* ſiue *exterorum intuitu*, ſiue in iis, quae potiſſimum *ſecuritatem*, ſiue in iis, quae ſufficientiam maioremque *ſalutem* ciuitatis ſingulorumque ciuium concernunt. Sed II) alia iterum ratione diſpeſci poſſunt citra ſpecialem obiectorum illorum diſtributionem, prouti *in genere*, quae ad ſalutem publicam tendunt, regiminis iura *diuerſis modis* exercentur, veluti mox leges ferendo, mox exſequendo, puniendo etc. Vnde III) ſuprema regiminis iurium haec diuiſio enaſcitur, vt alia SPECIALIA, quae *ſingulari cuidam obiecto adligata* ſunt, alia GENERALIA, quae *non ita vnico obiecto* adſtricta ſunt, a ſe inuicem diſtinguantur. Eaque omnia tamen IV) ſeorſum prius, in *politicis* et *non feudalibus*, deinde in *feudalibus* et *eccleſiaſticis* quomodo ſigillatim ſe habeant, inueſtigandum eſt.

---



Digitized by Google

# CAP. II.

## DE IVRE SVPREMAE INSPECTIONIS EIVSQVE ACCESSORIO IVRE IMPERTIENDI NEGANDIVE CONCESSIONES ET CONFIRMATIONES.

§. 216.

*Ius ſupremae inſpectionis eiusque acceſſoria I) ex iure publico vniuerſali,*

Salutis publicae cauſa in genere ſupremae poteſtatis eſt, curare, *tum* vt ne in detrimentum publicum quidquam admittatur, *tum* vt ſalus publica, quoad eius fieri poteſt, plus vltra ſemper promoueatur. Vtrumque vt fieri poſſit, primum omnium eſt, vt I) nihil eorum, quae in detrimentum publicum vergere poſſint, quaeue in ciuitate conſtituta ex rationibus ſalutis publicae ſcire interſit, ſupremae poteſtati celare fas ſit; vnde naſcitur IVS SVPREMAE INSPECTIONIS, vi cuius, *quidquid in ciuitate continetur, quoties e rationibus ſalutis publicae id neceſſarium vel vtile ducitur, vi ſupremae poteſtatis vt inſpiciatur,* exigi poteſt. Quo quidem iure ad reuelandum *arcana mentis ſeu familiae* nemo cogi poteſt; immo qualicum-

Digitized by Google

licumque ratione *abuti* hoc iure ſumme *nefas* eſt. Recto autem vſu eius conſtituto *mox* vtilibus praebere legibus anſam poteſt, *mox* criminibus detegendis puniendisque, *mox* priuatorum quoque negotiis maiore robore impertiendis. Speciatim II) quidquid *a ſingulis ciuibus* ita ſuſcipitur, vt *non intra priuatos cuiusque lares* ſubſiſtat, ſed communem omnium et quorumcumque aditum et vſum admittat, vel plane citra ſocietates domeſticas nouas plurium *ſocietates*, ſingularia in ciuitate *corpora vel collegia* conſtituat, iure meritoque non admittitur, niſi praeuia ſuprema inſpectione probatum ſit; vnde porro naſcitur *ius largiendi* eiusmodi *conceſſiones*, *confirmandique* pacta, ſocietates, aliaue inſtituta priuatorum, ſed et *ius inhibendi*, *caſſandi*, quidquid eo nomine ſuſceptum ſaluti publicae haud conueniens deprehenditur.

§. 217. Ex iure publico *medii aeui* pro formula regnorum et principatuum magis feudali quam ciuili multo rarior quam hodie ſupremae inſpectionis vſus erat, adeo vt quaelibet *familia* vel *communitas libera* ſumma rerum ſuarum *autonomia*, ſeu libertate propriis viuendi legibus, vteretur, et pro lubitu, quidquid placuerit, citra praeſcitum ſuperiorum ſtatueret. Indeque I) *adhuc* ſupereſt ſum-

*II) Ex iure publico Germanico I) quaenam auctoritate caeſarea vi huius iuris fieri poſſint?*

ſumma *familiarum illuſtrium autonomia*, vi cuius earum pacta domeſtica non opus habent confirmatione caeſarea, neque eorum editionem et inſpectionem petere fas eſt imperatori (a). Neque magis II) qualiscumque inſpectio eorum, quae *in imperio, tamquam ſingularum rerumpublicarum ſpecialium congerie*, conſtituta ſunt, auctoritate caeſarea fieri poteſt, niſi ſpeciatim forte in comitiis imperii ea de re conuentum fuerit, quod vix vmquam facile eueniet. Nec denique III) *conceſſiones caeſareae* locum habent ad effectum circumſcribendi libertatem naturalem ſtatuum eorumue ſubditorum, niſi quatenus in ſingulo quolibet territorio ſiue tacito ſiue expreſſo adſenſu comprobantur.

(a) CAPITVL. (1658.) art. II. §. 2. verbis: "dieſelben mit der Edition der alten pactorum familiae nicht beſchweren, — welchen jedoch — an ihrer Validität und Verbindlichkeit nichts abgehen ſolle." Conf. quoque CAPITVL. art. I. §. 9. verbis: "gute Gebräuche und Gewohnheiten." Rechtsfälle I. B. 4. Th. S. 893., II. B. 1. Th. S. 47. Beyträge 2. Th. S. 179-219.

*2) In territoriis a) generatim quid a principe hoc nomine fieri poſſit?*

§. 218. *In* ſingulis quibusque *territoriis* I) priſtina *vrbium autonomia* hodie magis ſubiecta eſt inſpectioni territoriali; *nobilium* contra *autonomia* in rebus, quae ad eorum familiam pertinent, magis adhuc conſpicua, et non tamen aeque ac fami-

miliarum illuſtrium autonomia omnino vbiuis libera, quum paſſim e. g. primogenituram a nobilibus introduci non patiantur domini territoriales. Deinde II) quae ad aliam rerum in territorio conſtitutarum notitiam pertinent, ſin 1) ad finem ea tendit, qui non ſine conſenſu *ordinum prouincialium* locum habet, veluti ad tributa e. g. ordinanda; neque actus illi vi ſupremae inſpectionis ſine eodem illo conſenſu admittuntur, veluti quod in dimenſionibus agrariis vniuerſi territorii, ſeu in conſcriptionibus hominum, pecorumque etc. contingere poteſt. Sin 2) de iure quodam exercendo agitur, quod *a ſolo principe* exerceri poteſt, e. c. iurisdictione criminali, politia cet.; ſolius etiam principis iuſſu e. g. viſitationes domeſticae, conſcriptiones frumentorum etc. fieri poſſunt.

§. 219. Similiter quod ad ſingulares qualescumque *ſocietates* in republica ſeorſum inſtituendas attinet, nulla eorum iure meritoque admittitur, niſi ſalua inſpectione territoriali, quo iure nec *ſtatuta* eiusmodi ſocietatum, niſi confirmata ſint, vim obligandi habent, neque *corpora et collegia* eiusmodi, niſi probata fuerint, iure ſubſiſtunt, ſed et reprobari irritaque declarari poſſunt (a). Quid quod omnia *inſtituta, quae in publicum prod-* *eunt,*

b) *Sigillatim quoad ſocietates et collegia, aliaue inſtituta publica.*



Digitized by Google

*eunt*, non ſine publica conceſſione in territoriis ſtatuum admittuntur, *cum diſtinctione* tamen *aliorum*, quae *non niſi concedente principe*, et vel plane cum conſenſu ordinum prouincialium locum habent, *aliorumque*, in quibus ex obſeruantia priſtina *conceſſio ex parte magiſtratuum* in vrbibus mediatis (b), *vel ex parte nobilium* in pagis equeſtribus locum habet, vt ne opus in iis ſit ſpeciali conceſſione territoriali; veluti quod in primis in cauponis et hoſpitiis obtinet, in ciuitatibus quoque haud raro in pharmacopoliis, et vel in typographiis cet.

(a) Conf. e. g. Rechtsfälle II. B. 2. Th. S. 512.

(b) MEVIVS part. I. *deciſ.* 55.

3) *In ciuitatibus imp. quid obtineat?*

§. 220. In *ciuitatibus imperii* ſuo cuiusque magiſtratui quidem eſt ius ſupremae inſpectionis cum omnibus adnexis. Attamen I) ipſe magiſtratus iterum ſubeſt *ſupremae inſpectioni caeſareae*, inter alia etiam in caſibus alienationis bonorum ciuitatis (a). Quin etiam II) *conceſſiones caeſareae* hic paſſim adhuc occurrunt, quales in territoriis certe non habent locum (b).

(a) L. 3. C *de vendendis bonis ciuit.*

(b) Vide e. g. Reichshofrathsconcluſa 1760. S. 787.

CAP.

## Cap. III.
## DE
## POTESTATE LEGISLATORIA.

§. 221.

Adhibita, quantum ſatis eſt, ſuprema inſpectione, proximum eſt, vt vi ſupremae poteſtatis ſtatuatur, quid ſalutis publicae cauſa fieri vel non fieri debeat. Quo nomine ſi quid *ſingulis* modo *ciuibus* iubendum venit, *mandatis* aliisue qualibuscumque *praeceptis* ſingularibus res abſoluitur, quorum obſequium tantum ab iis, quibus data ſunt, exſpectatur. Sin omnibus ciuibus certoue ſaltem ciuium ordini *norma generalis* praeſcribitur, cuius obſeruandae omnium eadem obſequii gloria eſt; haec proprie LEX CIVILIS eſt, cuius *vis obligandi in declarata voluntate ſupremae poteſtatis* poſita eſt. Eaque ſupremae poteſtatis pars, vi cuius leges ciuiles ferri poſſunt, POTESTAS LEGISLATORIA vocatur.

*Poteſtas legislatoria I) in genere quid ſit?*

§. 222. *In regimine caeſareo* poteſtas legislatoria exerceri aliter nequit, quam ab imperatore, accedente *comitiali* omnium *ſtatuum ſuffragio* (a);

*II) Ex iure publico noſtro 1) ſigillatim quo modo*

*exerceatur a) in imperio?*

(a); quippe quo demum praeuio et in *receſſibus imperii*, et ſingulis *concluſis imperii*, et denique *edictis caeſareis* (b) leges imperii promulgari, eademque ratione et *renouari*, et abrogari, et *mutari* (c), et per modum interpretationis authenticae declarari poſſunt (d).

(a) I. P. O. art. 8. §. 2.; verbis: "*vbi leges ferendae*" (vid. ſupr. §. 121. b.) CAPITVL. (1665. et 1711.) art. 2. §. 5.: "Vielweniger neue Ordnungen und Geſetze im Reiche machen ꝛc. — — ſondern mit geſammter Stånde Rath und Vergleichung auf Reichstågen damit verfahren, zuvor aber darinn nichts verfügen, noch ergehen laſſen (add. 1742.: als welches ſolchenfalls ungültig und unverbindlich ſeyn ſoll".).

(b) Vide e. g. *corp. iur. publ.* p. 1382., item p. 1081. et 1156.

(c) CAPITVL. (1519.) art. 2. §. 4.: "Desgleichen auch andere des heil. Reichs Ordnungen und Geſetze — **erneuren** und (omiſſ. in perpet. 1663. et 1711. wo Noth), dieſelben (mit Rath, loco cuius poſitum 1658.: mit Rath und Conſens, et in perpet. 1663. et 1711.: mit Conſens) Churfürſten, Fürſten und Stånde, wie es des Reichs Gelegenheit jederzeit erfordert, **beſſern**, (add. in perpet. 1663. et 1711.: keineswegs aber ohne Churf. F. u. St. auf Reichståigen gleichmåßig vorgehende Bewilligung **åndern**.)

(d) I. P. O. art. 8. §. 2. verbis: "vbi leges ferendae *aut interpretandae*". CAPITVL. (1665. et 1711.) art. 2. §. 5. verbis: "noch allein die Interpretation der Reichs-Satzungen und Friedensſchluſſes vornehmen".

§. 223.

§. 223. In regimine *rerumpublicarum* Germaniae *ſpecialium* poteſtas legislatoria exercetur *vi ſuperioritatis territorialis*, non vi *meri mixtiue imperii*, aut ſolo *ſtatuendi* iure (a); nec adeo opus eſt conceſſione ſeu confirmatione caeſarea (§. 117.). Interea vbi *ordines* vigent *prouinciales*, ordinarie eorum conſenſu opus eſt, licet frequentior hic occurrat exceptio, veluti vt pro terris domanialibus, aut in iure quodam principi reſeruato, et vel ceterum quoque per modum conſtitutionis, edicti, reſcripti cet. *a ſolo principe* lex promulgetur (b). Eademque ratione in *ciuitatibus imperii* a ſua cuiusque conſtitutione pendet, vtrum et quatenus ſolius ſenatus hoc ius ſit, an cum ciuibus communicandum et quomodo? b) *In rebuspublicis ſpecialibus*,

(a) arg. R. I. N. §. 106. verbis: "des Orts Obrigkeit, als die ohne das den Gewalt haben, dergleichen ſtatuta nach Gelegenheit der Läufte und Zeiten zu wiederrufen und zu ändern".

(b) Conf. Rechtsfälle 2. B. 4. Th. S. 1639.

§. 224. Per vniuerſam vero Germaniam quum perantiquae hoc obſeruantiae conueniat, vt pleraque *ciuium priuata iura et obligationes* non tam legibus a ſuperiore latis, quam conſuetudine et vel AVTONOMIA legibusque ex ea enatis contineantur; veluti quod in primis *in familiis illuſtri-* 2) *Vtramque ad conciliandam autonomia familiarum et vniuerſitatum*,

*bus*

*bus ac nobilibus* et vel in ſingularum *ciuitatum pagorumque* iuribus conſuetudinariis ſtatutariisue, quin et vniuerſarum regionum *iuribus prouincialibus* obſeruatur (§. 217.); iccirco I) praeter poteſtatem caeſaris ſtatuumque legislatoriam adhuc viget *ius condendi ſtatuta* familiarum illuſtrium ac nobilium, item ciuitatum aliarumque communitatum. Et II) vel *rariores* ſunt *leges imperii* in talibus argumentis, quae ad autonomiam ſiue familiarum, ſiue vrbium, pagorum et prouinciarum pertinent; aut, ſi quae ſint, vtplurimum continent *clauſulam ſaluatoriam*, vt ne derogent ſpecialibus conſuetudinibus ſtatutisue (a).

(a) Conf. e. g. *conſtit. Car. crim.* in prooem., I. P. O. art. 8. §. 5., *R.* I. N. §. 171. 176.

*a) praeualet prae legibus imperii,*

§. 225. Hinc intelligitur I) non ſolum *in iudicando* ordinarie primo loco leges ſeu conſuetudines eiusmodi ſpeciales, et in ſubſidium demum leges imperii attendendas eſſe, ſed II) fieri ſic etiam poſſe, vt *lex territorialis contra legem imperii* valeat, ſi quidem haec aut *clauſula ſaluatoria* munita, aut ſaltem directe *praeceptiua* vel *prohibitiua* non fuerit. Alioquin autem III) nequaquam ſtatibus eſt *poteſtas derogandi legibus imperii*, ſeu, quod idem eſt, contrarium iis lege territoriali aut fami-

familiae ſtatuendi. Idemque IV) valet de *legibus ſingulorum imperii corporum et collegiorum;* tum vt ne contra leges imperii eae fieri poſſint, tum vt nec leges territoriales aduerſus illas.

§. 226. Nec *in territoriis* alia ratio eſt autonomiae familiarum nobilium et ciuitatum, quarum conſuetudines et ſtatuta I) etiam prae legibus prouincialibus valere poſſunt, quatenus hae aut clauſula ſaluatoria munitae, aut non directe praeceptiuae vel prohibitiuae ſunt. Alioquin II) multo minor hic eſt dubitatio, ſtatutum familiae vrbisue legi territoriali derogare non poſſe. Immo III) plerisque in territoriis ſtatuta, in primis vrbium, ſine ſuo praeſcitu et confirmatione cum effectu fieri hodie non patiuntur principes (§. 218. 219.). *et vel* b) *prae legibus territorialibus.*

§. 227. Ceterum ſuis ipſius legibus non tenetur *princeps* legislator; ſed eo ſenſu *ſolutus legibus* eſt, cum vt non iisdem cum ſubditis ſuis legibus ciuilibus vtatur, tum vt diſpenſare etiam et recedere a legibus a ſe latis poſſit; *niſi* qua in vim pacti magis *fundamentalis*, quam ciuilis priuata *lex* ſit, quippe quo caſu ad recedendum a tali lege merito idem iterum conſenſus pactitius mutuusue diſſenſus requiritur, *licet* vel maxime, quod ad *formam externam* attinet, lex eiusmodi fundamentalis c) *An et quatenus princeps legibus ſolutus?*

Digitized by Google

grauibus ſalutis publicae rationibus nonnumquam fieri poteſt; hoc ex eodem principio, quo actor forum rei ſequitur, a quolibet ſtatu in ſuo territorio fieri poteſt etiam cum efficacitate erga exteros.

(a) CAPITVL. (1519.) art. 1. §. 9.: "S. u. w. auch Churfürſten, F. und Stände (die unmitt. freye R. Ritt. mit eingeſchloſſen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, -- Gerechtigkeiten, Gebräuche und gute Gewohnheiten, ſo ſie bisher gehabt, oder in Uebung geweſen ſind, zu Waſſer und Land (add. 1653.: auf gebührendes Anſuchen) ohne Weigerung -- confirmiren; ſie auch dabey -- ſchützen (add. 1658.: und niemanden einig Privilegium dawider ertheilen; und da einige -- ertheilet, -- dieſelbe gänzlich caßiren ꝛc. CAPITVL. (1658.) art. 15. §. 5.: "Geſtalt wir auch alle und jede dagegen (ſcil. contra ſuperioritatem territorialem eiusque iura in §. 1. ſq. huius articuli nominata) und ſonſten contra ius tertii, und ehe derſelbe darüber vernommen, hiebevor ſub- et obreptitie erhaltenen priuilegia -- ſamt allen derſelben Clauſeln, Declarationen und Beſtätigungen -- für null und nichtig erklären, und dieſelben caſſiren und aufheben ſollen und wollen". *CAPITVL. (1742.) art. 7. §. 4.: Worneben wir fürohin keinerley von unſern Vorfahren zu ertheilen nicht hergebrachte priuilegia, ſo der Churfürſten, Fürſten und Stände in dero territoriis zuſtehenden Polizey-Weſen und gleichfalls hergebrachten Gerechtſamen in einigerley Wege vorgreifen, ertheilen, noch die etwa bereits ertheilten erneuern ſollen und wollen". Quo ex paſſu ſimul tamen per antitheſin ſequitur omnino adhuc valere priuilegia caeſarea, welche von den Vorfahren zu ertheilen hergebracht ſind.

(b) CAPITVL. (1653.) art. 7. §. 3.: "keinesweges auch jemanden einige priuilegia auf mono-

polia

Digitized by Google

polia (add. 1711. ex mon. ciuit.: es geſchehe ſolches bey Kauf, Händel, Manufacturen, Künſten und anderen in das Polizeywesen einlaufenden Sachen, oder wie es ſonſt Namen haben möge, ertheilen, ſondern, da dergleichen erhalten, dieſelben als den Reichsſatzungen zuwider abthun und aufheben." Conf. quoque meine Abhandlung vom Büchernachdrucke §. 180. S. 197. u. f.

§. 230. Quodſi quando I) incertum eſt, an non alius quam in territorio vſus priuilegii faciendus ſit, *vtiliter* territoriali priuilegio *caeſareum iungi poteſt*, et vel *optio* libera tali caſu obtinet, vtrum ab imperatore, an a domino territoriali quis priuilegium quaerere velit (§. 117.), quo caſu tamen et *vſus priuilegii caeſarei in territorio* non ſine praeſcitu adſenſuque domini territorialis admitti ſolet. Sin II) *circa perſonam terramue immediatam* citra generalem imperii conſtitutionem quid ſtatuendum occurrit; id per ſe non alia quam *caeſarea auctoritate* fieri poſſe intelligitur. Denique III) a limitibus, quibus hodierna imperatoris in concedendis priuilegiis poteſtas circumſcripta eſt, ad *priſtina priuilegia caeſarea* pro conditione eius aeui legitime data non valere conſequentiam, res ipſa docet (a). b) *quaenam auctoritate caeſarea dari poſſint?*

(a) Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 803.

lis per modum *priuilegii*, ſeu reſcripti, decreti, reſolutionis ad grauamina cet. concepta eſſe videatur.

## CAP. IV.

### DE IVRE PRIVILEGIORVM.

§. 228.

*Ius priuilegiorum* I) *ex iure publico vniuerſali.*

Poteſtatis legislatoriae adnexum eſt IVS PRIVILEGIORVM, quibus *de ſingulis perſonis rebusue* imperio ſubiectis ſtatuuntur, *quae alias ex conſtitutione reipublicae generali non haberent locum.* Quod quidem I) *cum poteſtate legislatoria* hoc *commune* habet, vt non ſolum aeque *generale* ſit, nimirum haud adſtrictum certo obiectorum generi, ſed et *vim obligandi* habeat in declarata voluntate principis, quin et *vim legis* ratione reliquorum ciuium, quibus obligatio agnoſcendi priuilegium incumbit, modo ſi, quorum intereſt, de eo certiores redditi fuerint. Sed et II) *alia conſideratio* intercedit *inter quemque priuilegiatum atque largitorem priuilegii*, prouti nimirum ille aut *per modum pacti*, aut per modum *precarii*, titulo onero

roſo ſeu gratuito, in perpetuum vel ad tempus, cum vel ſine vitio ſub- et obreptionis, priuilegium adquirit; qua pro diuerſitate *reuocatio priuilegii* omnino non aeque ac mutatio legis in arbitrio principis eſt poſita.

§. 229. Quatenus in regimine rerumpublicarum Germaniae ſpecialium I) quaeſtio de concedendo priuilegio oritur, cuius correlata *obligatio* non alia, quam *ciuium eiusdem ſpecialis reipublicae*, quaeritur; eatenus *ſolus* quisque *ſtatus* in ſuo territorio fons priuilegiorum eſt (§. 116.), nec ab imperatore haecce amplius peti fas eſt (a). Quatenus autem II) de iure quodam per priuilegium adquirendo agitur, cuius correlata *obligatio limites reipublicae ſpecialis excedit*, et vel *in toto imperio* intenditur; eatenus territoriale priuilegium haud ſufficit, ſed caeſareum requiritur, quod tamen, niſi ſtatuum adſenſus accedat, *monopolia* per vniuerſam Germaniam efficacia nequaquam inferre, neque magis libertatem naturalem omnium et ſingulorum Germaniae ciuium circumſcribere poteſt (b). Quodſi quando III) non tam de iure quodam per priuilegium adquirendo, quam *de obligatione* priuilegiati *ſuſpendenda* ſeu tollenda agitur, quatenus id ex plenitudine poteſtatis ex gra-

II) *Ex iure publ. Germ.* 1) *quaenam priuilegia a) iure territoriali;*

grauibus ſalutis publicae rationibus nonnumquam fieri poteſt; hoc ex eodem principio, quo actor forum rei ſequitur, a quolibet ſtatu in ſuo territorio fieri poteſt etiam cum efficacitate erga exteros.

(a) Capitvl. (1519.) art. 1. §. 9.: "S. u. w. auch Churfürſten, F. und Stände (die unmitt. freye R. Ritt. mit eingeſchloſſen) ihre Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, – – Gerechtigkeiten, Gebräuche und gute Gewohnheiten, ſo ſie bisher gehabt, oder in Uebung geweſen ſind, zu Waſſer und Land (add. 1653.: auf gebührendes Anſuchen) ohne Weigerung – – confirmiren; ſie auch dabey – – ſchützen (add. 1658.: und niemanden einig Privilegium dawider ertheilen; und da einige – – ertheilet, – – dieſelbe gänzlich caßiren ꝛc. Capitvl. (1658.) art. 15. §. 5.: "Geſtalt wir auch alle und jede dagegen (ſcil. contra ſuperioritatem territorialem eiusque iura in §. 1. ſq. huius articuli nominata) und ſonſten contra ius tertii, und ehe derſelbe darüber vernommen, hiebevor ſub- et obreptitie erhaltenen priuilegia – – ſamt allen derſelben Clauſeln, Declarationen und Beſtätigungen – – für null und nichtig erklären, und dieſelben caſſiren und aufheben ſollen und wollen". Capitvl. (1742.) art. 7. §. 4.: Worneben wir fürohin keinerley von unſern Vorfahren zu ertheilen nicht hergebrachte priuilegia, ſo der Churfürſten, Fürſten und Stände in dero territoriis zuſtehenden Polizey-Weſen und gleichfalls hergebrachten Gerechtſamen in einigerley Wege vorgreifen, ertheilen, noch die etwa bereits ertheilten erneuern ſollen und wollen". Quo ex paſſu ſimul tamen per antitheſin ſequitur omnino adhuc valere priuilegia caeſarea, welche von den Vorfahren zu ertheilen hergebracht ſind.

(b) Capitvl. (1653.) art. 7. §. 3.: "keinesweges auch jemanden einige priuilegia auf monopolia

polia (add. 1711. ex mon. ciuit.: es geſchehe ſolches bey Kauf, Händel, Manufacturen, Künſten und anderen in das Polizeywesen einläufenden Sachen, oder wie es sonst Namen haben möge, ertheilen, ſondern, da dergleichen erhalten, dieſelben als den Reichsſatzungen zuwider abthun und aufheben." Conf. quoque meine Abhandlung vom Büchernachdrucke §. 180. S. 197. u. f.

§. 230. Quodſi quando I) incertum eſt, an non alius quam in territorio vſus priuilegii faciendus ſit, *vtiliter* territoriali priuilegio *caeſareum iungi poteſt*, et vel *optio* libera tali caſu obtinet, vtrum ab imperatore, an a domino territoriali quis priuilegium quaerere velit (§. 117.), quo caſu tamen et *vſus priuilegii caeſarei in territorio* non ſine praeſcitu adſenſuque domini territorialis admitti ſolet. Sin II) *circa perſonam terramue immediatam* citra generalem imperii conſtitutionem quid ſtatuendum occurrit; id per ſe non alia quam *caeſarea auctoritate* fieri poſſe intelligitur. Denique III) a limitibus, quibus hodierna imperatoris in concedendis priuilegiis poteſtas circumſcripta eſt, ad *priſtina priuilegia caeſarea* pro conditione eius aeui legitime data non valere conſequentiam, res ipſa docet (a). *b) quaenam auctoritate caeſarea dari poſſint?*

(a) Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 803.

P §. 231.

Digitized by Google

*2) In modo largiendi priuilegia an et quatenus conſenſu ſtatuum opus ſit?*

§. 231. Ceterum quod ad *modum largiendi priuilegia* attinet, haec non iisdem ac ferendae leges circumſcripta limitibus eſſe ſolent. Vnde I) in territoriis, in quibus *ordines prouinciales* ferendis legibus adhiberi debent, 1) priuilegia tamen, niſi ex ſpeciali forte obiecti ratione cum ordinibus communicanda ſint, a ſolo principe pendent. Neque 2) *mediatis magiſtratibus* aut *iurisdictioni patrimoniali* ius priuilegiorum ſibi vindicare licet; adeo vt ad ſummam a regula exceptionem referendum ſit, ſi qua leuior priuilegii ſpecies, veluti venia aetatis, forte mediato cuidam magiſtratui expreſſe conceſſa fuerit. Quin etiam II) *in poteſtate caeſarea* ius priuilegiorum regulariter ad *reſeruata* pertinet a ſolo imperatore exercenda, niſi quando ſpeciatim conſenſus electorum et vel reliquorum ſtatuum vi legis aut obſeruantiae requiratur.

---

CAP.

Digitized by Google

# Cap. V.

## de

## IVRE MVNERVM PVBLICORVM, HONORVM ET PRAECEDENTIAE.

§. 232.

Ordinata legibus republica, vt iis ſatisfiat, ſolius principis eorumue, penes quos eſt ſuprema poteſtas, longe inſufficiens mox cura deprehendetur, niſi *ſingulae ſupremae poteſtatis partes* iterum *aliis auctoritate publica curandae* committantur. Quare et hoc ſupremae poteſtatis eſt, vt tum conſtituantur MVNERA PVBLICA, tum porro omnia ordinentur, quae eorum fini reique naturae conueniunt. Inter alia et inde pendent *honores* cum muneribus et vel ſine illis conferendi, atque *praecedentia* officialium aliorumue honoratiorum inter ſe inuicem definienda. *Ius munerum eiusque adnexa 1) ex iure publ. vniuerſali.*

§. 233. Qualiacumque ad regimen rerumpublicarum Germaniae ſpecialium aulasue dominorum territorialium pertinent, *munera publica* omnino *iure territoriali* conſtituuntur atque conferuntur, omniaque alia ſupremae poteſtatis iura circa *2) Ex iure publ. Germ. I) ius munerum.*



Digitized by Google

ea eodem iure exercentur. Contra *caeſarea auctoritate* munera publica proprie non alia, quam quae ad *aulam* ornandam vel ad ipſum *regimen caeſareum* pertinent, ſeu reapſe ſeu titulotenus ab imperatore conferuntur, veluti officia et honores *cubicularii* caeſarei, item *conſiliarii* caeſarei, ſeu imperialis aulici, vel intimi (a), deinde principalis commiſſarii et concommiſſarii in comitiis etc.

(a) CAPITVL. (1658.) art. 22. §. 7.: — "Kaiſerliche Raths-Titel (add. 1742.: von allen Gattungen")."

*ius que committendi et ſubdelegandi.*

§. 234. Eadem ratione, qua munera publica conferunt; I) etiam *commiſſarios delegare* poſſunt *ſtatus imperii*, quorum nomine et auctoritate tunc illi, quidquid eis demandatum eſt, peragunt. II) In commiſſionibus *auctoritate caeſarea* decernendis modo 1) *religionis* ex norma pacis Weſtphalicae eſt ratio habenda (a). Deinde 2) ſtatus, quibus demandatur commiſſio caeſarea, habent *ius ſubdelegandi* ſuos ipſorum conſiliarios. Atque 3) ipſa quidem commiſſio caeſarea, ſi res ita fert, *transſcribi* poteſt ab vno commiſſario in alterum; neutiquam vero 4) commiſſio territorialis poteſt transſcribi in commiſſionem caeſaream (b).

(a)

Digitized by Google

(a) I. P. O. art. 5. §. 51.: "Vbi *extraordinariis commiſſionibus* negotia in imperio expedienda occurrunt, ſi res inter A. C. ſtatus verſatur, ſoli eidem religioni addicti deputentur; ſi inter catholicos, ſoli catholici; ſi inter catholicos et A. C. ſtatus, vtriusque religionis pari numero commiſſarii denominentur et ordinentur. Placuit etiam, vt commiſſarii quidem res a ſe geſtas referant et vota ſubiungant, inſtar tamen ſententiae nihil definiatur". CAPITVL. art. 18. §. 5. I) 1658.: "Und keinen mit **Commißionen**, Mandaten und anderen Verordnungen darwider beſchweren oder eingreifen, noch auch den R. H. R. und das C. G. (add. ex mon. princ. 1663. in perpet.: oder ſonſten,) eingreifen, II) 1690. in ſpecie aber bey Erkennung der Commißionen die Verordnung des I. P. art. 5. §. 51. genau beobachten laſſen; III) 1742. ex mon. Brand.: dabey auch, wenn die Sachen beiderley Religions-Verwandten betreffen, in **Ernennung der Commiſſarien** (omiſſ. 1764. ſo viel möglich, eiusque loco poſitum: *ad normam inſtrumenti pacis*) **auf eine Gleichheit** ſehen, hingegen keinen, der ein eigenes Intereſſe dabey hat, dazu verordnen, immaſſen ſonſt dergleichen Commißionen von keiner Kraft ſeyn ſollen".

(b) Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 754. §. 68.

§. 235. Quorum munerum, eorum et *honorum* conferendorum I) eſt *ius territoriale*, idque hodie ita etiam comparatum, vt honoribus iure territoriali impertitis *eadem praecedentia cum ſimilibus* non aliorum modo territoriorum, ſed et *aliorum regnorum honoribus* tribuatur. Nec e contrario II) honores, qui in territorio effectum habeant, impertire *imperator* poteſt. At ſuperſunt *II) Ius honorum A) in genere;*

 ta-

tamen ex priſtinis temporibus *nonnullae dignitates*, quae *per totum imperium* non aliter quam *auctoritate caeſarea* et ex reſeruato imperatoris iure obtineri poſſunt.

*B) Sigillatim auctoritati caeſareae reſeruatae 1) dignitates academicae etc.*

§. 236. Sic I) per vniuerſam adhuc Germaniam qualescumque dignitates GRADVVM, quos vocant, ACADEMICORVM, veluti *magiſtri*, *doctoris*, *licentiati*, *baccalaurei*, *poetae laureati*, cet. non alia quam auctoritate caeſarea conferri poſſunt. Similiter II) NOTARII PVBLICI ceu perſonae publicae, quibus in iis, quae *ſenſibus ſe percepiſſe* ſingularibus inſtrumentis adhibita *duorum teſtium* praeſentia et ſubſcriptione *atteſtantur*, plena *fides habenda*, non alia, quam caeſarea auctoritate conſtituuntur (a). Eos vero III) creandi, vti etiam liberos illegitimos legitimandi, veniam aetatis concedendi, famae reſtituendi, doctores magiſtroſue, quos vocant, bullatos creandi, aliaue *complura* id genus *iura auctoritate caeſarea exercendi* poteſtas conferri ſolet COMITIBVS PALATINIS CAESAREIS, et vel hos, item nobiles, barones cet. creandi ius conceditur nonnumquam COMITIVA, quam vocant, MAIORE. Attamen IV) non vbiuis eadem efficacitate admittuntur ſingula iſta iura in territoriis auctoritate caeſarea

ſarea exercenda (b), et frequenter in ſpecie a notariis requiritur, vt territoriali praeterea auctoritate confirmentur, priusquam eorum fides admittatur.

(a) Conf. K. Max. I. Ordnung zu Unterrichtung der offenen Notarien, wie die ihre Aemter üben ſollen, aufgericht zu Cölln 1512. in der Samml. der R. A. part. 2. p. 151. ſq.

(b) CAPITVL. (1711.) art. 22. §. 7. — "Palatinaten, auf deren Mißbrauchung abſonderlich Obacht zu halten, und die Mißbräucher empfindlich zu beſtrafen ſind". Conf. Gegenw. Verfaſſ. der Regier. (1713.) p. 176., Moſers Anmerk. zur Wahlcap. Car. VII. part. 2. p. 577.

§. 237. Summum autem hoc genus reſeruatorum per totam Germaniam adhuc eſt *ius euehendi ad ſuperiores gradus ordinum perſonarum* in Germania et vel vniuerſam per Europam vſitatorum, vulgo Standeserhöhungen, quo ſcilicet iure I) ſolus in imperio *et* nobiles, barones, comites, principes, creat imperator, *et* ſiue iunctim in vno eodemque priuilegio, ſiue ſeorſum *ſuperiorem inſignium titulorumque gradum* confert. Idque II) etiam eo quidem ſenſu *reſeruatum* ſoli caeſari eſt, vt conſenſu comitiali haud indigeat. Attamen *aliis normis* ideo non deſtitutus partim generatim ne aliis, quam *bene meritis* has dignitates tribuat (a), nec *inſolitis* iuſtoque maioribus *titulis* vel

*2) ius euehendi ordines perſonarum ad ſuperiores dignitates,*

vel *inſignibus* eas inſtruat (b), partim ne ſpecialibus ſtatuum *iuribus quaeſitis* detrimentum fiat, leges plus vna ratione cauent.

(a) CAPITVL. (1636.) art. 22. §. 1.: "Bey Collation fürſtlichen und gräflicher, auch anderer Dignitäten, ſollen und wollen Wir zeit Unſerer königlichen und kaiſerlichen Regierung dahin ſehen, damit inskünftige auf allen Fall dieſelbe allein denen von Uns ertheilt werden, die es vor andern wohl meritiret, im Reiche geſeſſen, und die Mittel haben, den affectirten Stand pro dignitatae auszuführen".

(b) CAPITVL. (1658.) art. 22. §. 3.: "auch keinen (add. in perpet. et 1711. derſelben, nempe der neu erhöheten Fürſten, Grafen und Herren) wer der auch ſey, zum Präjudiz oder Schmälerung einigen alten Hauſes oder Geſchlechts, deſſelben Dignität, Stands und üblichen Tituls, mit neuen Prädicaten, höhern Titeln oder Wappenbriefen begaben".

*ſaluis modo a) iuribus territorii et familiae,*

§. 238. Speciatim ſic proſpiciunt leges I) *iuri territoriali*, quod ante fuit in perſonas et bona eorum, qui ſuperiorem eiusmodi dignitatis collationem obtinent, ne detrimento ei ſit (a). Quumque II) *iuribus familiae* iam dudum obſeruantia et per analogiam iuris publici proſpectum fuiſſet, vt concedere quidem poſſet imperator tum *feminae* inferioris ordinis, marito illuſtri nuptae, tum *liberis* ex tali matrimonio procreatis ſuperiorem et vel ipſam mariti patrisue dignitatem, ſed

*iura*

Digitized by Google

*iura ſucceſſionis* iſtiusmodi liberis tribuere inuitis agnatis non poſſet; noſtri aeui leges expreſſe et clarius cauent, vt liberis ex matrimonio notorie inaequali progenitis *ne honores quidem paterni*, multo minus iura ſucceſſionis, ſine agnatorum conſenſu, impertiantur, nullaque ea, vbi iam facta fuerint, cenſeantur (b); ſicuti generatim, ſiue iuribus territorialibus, ſiue familiae detrimentum illatum fuerit, grauatum audiri et grauamen e medio tolli leges iubent (c).

(a) CAPITVL. (1658. ex mon. Treuir. ad deſiderium Paderborn.) art. 22. §. 5.: "So ſollen auch des ein oder andern unter Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs geſeſſenen und begüterten dergleichen **höhere Standeserhöhungen** dem iuri territoriali **nicht nachtheilig und** (add. 1742. **derſelbe ſowohl, als**) **die ihm zugehörige, und in ſolchen Landen gelegene Güter**, einen als den andern Weg, **unter voriger landesfürſtlicher Jurisdiction verbleiben.**"

(b) CAPITVL. (1741.) art. 22. §. 4.: "Noch auch denen **aus unſtreitig notoriſcher Mißheyrath** erzeugten Kindern eines Stands des Reichs, oder aus ſolchem Hauſe entſproſſenen Herrn zu Verkleinerung des Hauſes, **die väterlichen Titel, Ehren und Würden beylegen**, vielweniger dieſelben zum Nachtheil der wahren Erbfolger, und ohne deren beſondere Einwilligung, **für ebenbürtig und Succeßionsfähig erklären**; auch wo **dergleichen** vorhin bereits **geſchehen**, ſolches für **null und nichtig** anſehen und achten". Quocum paſſu capitulationis conferri debet churfürſtlich Collegial-Schreiben d. 14. Febr. 1742. ad capitul. art. 22. §. 4. **Mißheyrathen** betreffend, verbis ſequentibus — ſo



Digitized by Google

ſo nöthig will ſeyn, wegen eines eigentlichen *regulatiui* derer dafür zu haltenden etwa noch zweifelhaftig ſcheinenden Mißheyrathen die nähere Abmaaß gründlich erſtmöglichſt zu Stande zu bringen; Wannenhero — — darüber ein forderſamſtes Reichsgutachten zu erfordern, und dieſe Nothwendigkeit zu einem allgemeinen Reichsſchluß zu befördern".

(c) CAPITVL. (1711.) art. 22. §. 6.: "Wie dann, wo ein oder anderer Stand erweislich darthun würde, daß er (gegen ſolches, loco cuius poſitum 1742.:) in einem obiger Stücke bis daher graviret, und an ſeinen Gerechtſamen durch neue Standeserhöhungen beeinträchtiget worden, derſelbe mit ſeinen vorhabenden Beſchwerden gnüglich gehöret, und das unbillig vorgegangene geändert und abgeſtellt werden ſolle."

b) *normis in expeditione obſeruandis*, §. 239. Qualemcunque dignitatem imperator ſiue *proprio motu* ſiue *rogatus* contulerit; decreta ab eo dignitatis collatio ſub poena nullitatis haud in alia, quam imperii cancellaria *expediri* debet (a); agnoſcenda nihilominus in omnibus reliquis cancellariis (b). Soluendae autem illi ſunt *taxae* (c), eaeque non facile, nec aliter quam a Moguntino moderandae (d); et ſoluendae quidem *intra terminum trium menſium* ſub poena iterum nullitatis, adeo vt vel *fiſcales imperii* alias agere iubeantur contra eos, qui dignitatibus haud legitime adquiſitis vtuntur (e).

(a) CAPITVL. art. 22. §. 7. 8.

(b) CAPITVL. art. 22. §. 9.

(c)

(c) *Corp. iur. publ.* p. 1038.
(d) CAPITVL. art. 22. §. 10.
(e) CAPITVL. art. 22. §. 11. 12.

§. 240. Olim effectus collatae ab imperatore superioris dignitatis inter alia quidem in eo etiam citra controuerſiam erat poſitus, vt *voti et ſeſſionis in comitiis* exinde alia haberetur ratio nouae dignitati conueniens. Verum hodierno iure I) a collata dignitate *principis vel comitis* ad *votum* eiusmodi in comitiis aliisue ſtatuum collegiis et corporibus haud amplius valet conſequentia. Quin potius II) *in ſenatu principum* ſtabilita eſt regula, vt ne in illo ad votum admittatur, niſi qui talem *principatum*, cui id *ex conſenſu ſtatuum* inhaereat, *iure proprio* et pleno territoriali poſſideat (a); et III) ſi de nouo introducendo principe agitur, neceſſario requiritur tum 1) *qualificatio* introducendi per adquiſitionem *territorii*, et per ſusceptionem *onerum* imperii et circuli cuiusdam, vtramque pro proportione nouae dignitatis; *tum* 2) *conſenſus* electorum atque eius collegii, in quod recipiendus candidatus noui voti (b); adeo vt IV) vel reſeruata ſit *vlterior* adhuc *disquiſitio* huius *qualificationis* intuitu eorum, qui ſub promisſione illius iam introducti ſunt (c). Pro futuro autem V) vt ne *decretis* quidem pro recipiendis nouis

*c) normis introductioni nonorum votorum praeſcriptis;*

nouis votis candidatos eiusmodi inſtruat imperator, legibus monetur (d). Nec denique VI) *prorogationem voti et ſeſſionis ab vna linea ad alteram* fieri fas eſt (e). Eaque omnia VII) vti per ſe tam ad *comites* quam ad principes nouos ſpectant, nouiſſima demum lege, ſpeciatim quod ad comites attinet, ita firmata ſunt, vt ſecus in comitiis tamquam comites agnoſci non debeant (f). Denique VIII) *nouum electoratum* plane non aliter, quam conſenſu totius imperii condi poſſe, ſingulari ſanctione in tuto poſitum eſt (g).

(a) Vid. Reſervation, ſo das fürſtliche collegium a potiori bey dem an des Herrn Herzogs Ludewig Rudolfs zu Braunſchweig-Wolfenbüttel hochfürſtliche Durchlaucht überlaſſenen fürſtlich Grubenhagiſchen voto, ad protocollum gegeben (de anno 1715.) vbi inter alia: "daß man von dem in den Reichs-Satzungen und der Obſervanz gegründeten principio, kraft deſſen niemand in dieſem collegio votum et ſeſſionem haben kann, der nicht ein ſolches Fürſtenthum, dem dieſes Recht conſenſu ſtatuum anklebet, iure proprio et pleno territoriali beſitzt, nicht im geringſten hierdurch abweichen, ſondern demſelben vielmehr beſtändig und durchgehends in allen andern Fällen inhäriren wolle". *Corp. iur. publ.* p. 1268.

(b) R. I. N. §. 197. CAPITVL. (1663. perpet. et 1711.) art. I. §. 5.: "Auch keine Fürſten, Grafen und Herren in fürſtlich- oder gräflichen collegiis an- oder aufnehmen, ſie haben ſich dann vorher dazu mit einem Immediat-Fürſtenthum, reſpective Graf- oder Herrſchaft gnugſam qualificirt, und mit einem ſtandswürdigen Reichs-Anſchlag, (add. 1742.: weshalben in comitiis das

nöthige

nöthige forderſamſt zu reguliren) in einen gewiſſen Kreis eingelaſſen und verbunden, und über ſolches alles neben dem churfürſtlichen auch dasjenige *Collegium* und Bank, darinn ſie aufgenommen werden ſollen, in die Admißion ordentlich gewilliget".

(c) Capitvl. (1742.) art. 1, §. 7.: "Sodann ſoll wegen der anno 1654. und zeithero aufgenommenen Fürſten und Stände ordnungsmäßiger Qualificirung die Comitial-Unterſuchung von Uns forderſamſt zu Stande gebracht werden".

(d) Capitvl. (1663. et 1711.) art. 22. §. 1.: "Niemanden aber von den neuerhöheten Fürſten und Grafen und Herren zur Seßion und Stimme im Fürſtenrathe oder gräflichen collegiis mit decretis und dergleichen, (add. 1742.: anders, als wann er vorhero dasjenige erfüllet, was in dem erſten Artikel dieſer Unſerer Wahlcapitulation dazu erfordert wird,) zu ſtatten kommen".

(e) Capitvl. (1742.): art. 1. §. 6.: "Wir wollen Uns einer Prorogation und Erſtreckung des von einer Linie eines fürſtlichen Hauſes entfallenen Sitz- und Stimm-Rechts auf die andern, ſo dergleichen nicht hergebracht, ohne obverſtandene chur- und fürſtlicher collegiorum Einwilligung für Uns alleinig nicht anmaſſen".

(f) Capitvl. art. 3. §. 22. verbis: "Reichsgrafen und Herren, die im Reiche ſeſſionem et votum haben, (add. 1764.: und als ſolche von Churfürſten, Fürſten und Ständen bey der Reichsverſammlung angeſehen und erkannt werden, ꝛc.)

(g) Vid. kaiſerl. Commißions-Decret, die Beſchleunigung des Braunſchweigiſchen Chur-negotii betr. ſub d. Regensb. den 21. Jul. 1706. vbi declarauit eo tempore imperator: "Daß.— künftighin neue und mehrere Churwürden ohne des geſammten Reichs Einwilligung nicht eingeführt, und ſolches dem künftigen R. A. in forma ſanctionis

nis pragmaticae einverleibt werden ſolle". *Corp. iur. publ.* p. 1132. ſq.

*III) Ius definiendae praecedentiae.*

§. 241. *Praecedentia* denique I) a quolibet ſtatu in ſuo cuiusque territorio tam lege ſingulariue conceſſione quam cognitione iudiciaria definiri poteſt. Enimuero II) ordo ſeſſionis et praecedentiae ſtatuum imperii inter ſe inuicem per modum *legis* a ſolo caeſare definiri nequit; nec ideo, ob defectum et difficultatem talis normae, facile *lites* ea de re caeſarea auctoritate dirimuntur, quod olim frequentius factum (a).

(a) Pertinent huc R. I. 1500. tit. 53., R. I. 1545. §. 14., R. I. 1559. §. 84., R. I. 1570. §. 161, R. I. 1576. §. 113., R. I. 1603. §. 66., R. I. N. §. 196.

## CAP. VI.

### DE POTESTATE EXSEQVENDI POENASQVE INFLIGENDI.

§. 242.

*I) Territoriali iure 1) omnia exſequendi et puniendi*

Quoties ea, quae auctoritate territoriali ſtatuta ſunt, exſecutione indigent, non ſolum I) *omnia exſequendi*, cogendi et coercendi *remedia*, veluti piguo-

pignoris capio, immiſſio, arreſtum, mulcta, et quae ſunt reliqua, eadem *auctoritate territoriali*, quaqua illa et in res et in perſonas patet, adhiberi poſſunt; ſed et II) IVS VITAE ET NECIS omniaque *poenarum* genera ſeu *capitalium* et *corporis adflictuarum* ſeu aliarum in ſuperioritate territoriali continentur, veluti ius gladii, laquei, ignis, ſuffocationis, rotae, operarum publicarum, ergaſtuli, infamiae, ſtigmatis inurendi, pali numellarii, fuſtigationis, relegationis, carceris, mulctae cet. Ideoque III) cum *aedificia*, *loca et inſtrumenta* iſtas in res neceſſaria eodem iure territoriali ordinantur, veluti carceres, ergaſtula, patibula, pali, rotae, cet., tum *officiales* iccirco conſtituuntur, veluti lictores, carnifices cet. Nec IV) quidquam horum iurium *aliis in territorio* citra principem conceditur, *niſi* qua *acceſſoria* ſint *iurisdictionis patrimonialis* eiusque ciuilis, veluti exſecutio iudicati ciuilis, mulcta, cet., *aut* qua ceterum *conceſſio* principis expreſſa impetrata ſit. *remedia continentur,*

§. 243. Eadem ratione, ſicuti olim ſtatibus IVS SEQVELAE erat, vi cuius ſubditi dominum cum armis ſequi tenebantur, hodie IVS ARMORVM ſeu IVS ARMANDIAE in iuribus cuiusque ſtatus territorialibus eſt, vt *militem* quisque tum *vti et 2) ius ſequelae ſeu armorum et militiae.*

*pro-*

*prouincialem*, tum *regularem*, quem vocant, (Landmiliz und reguläre Miliz) eumque cuiuscumque armaturae, et peditem, et equitem, *deligere* et alere, *duces ac praefectos* aliosque rei bellicae officiales conſtituere, eorum *honores* impertire, *metata et hoſpitationes* ordinare, *munimenta* ſeu *fortalitia* exſtruere, conſeruare, perficere, cuiuscumque generis *armis* et tormentis vti, pulueris ſulphurei et machinarum bellicarum *officinas* inſtituere, et, vbi lex vel nexus imperii haud obſtat, haec omnia in vſum conuertere, iisque vti in primis pro ſecuritate territorii poſſit. Nihil *autem horum* iurium a *mediatis* Germaniae ciuibus exerceri fas eſt. Sed et citra caſum defenſionis territorii ciues ad militiam iure *cogi* non poſſunt (a).

(a) Rechtsfälle 3. B. I. Th. S. 265.

*II) Caeſarea auctoritate 1) quomodo fiant exſecutiones?*

§. 244. Contra *imperatori* qua tali *nec miles* eſt, *nec alia cogendi remedia* immediate ab eo pendent. Ideoque qualiacumque auctoritate caeſarea decreta fuerint, ſi quando manu forti indigent, vt ad *exſecutionem* perducantur; hanc caeſar immediate efficere nullo modo poteſt, ſed 1) ſi vel accidit, vt *aduerſus mediatum ciuem* exſecutio auctoritate caeſarea decernatur, haec ordinario eius magiſtratui neceſſario eſt demandanda, neque aliter

eam,

Digitized by Google

eam, quam territoriali manu forti, fieri fas eſt (a). Sin II) *aduerſus ipſum* quemdam *imperii ſtatum* exſecutio venit auctoritate caeſarea decernenda; quem quidem in caſum ſingularis lex imperii, *ordinatio* ſcilicet *exſecutionis*, dudum lata fuit (b); tunc vſum praecipue praebet diuiſio Germaniae in *circulos*, quorum quisque ſub auſpiciis directorii ſui ope militiae in quouis circulo contrahendae et vel adhibitis in auxilium, ſi opus fuerit, vicinis vno pluribusue circulis, qualemcunque exſecutionem peragere poteſt. Quem circulorum ordinem nec imperatori negligere fas eſt (c).

(a) O. C. 1555. part. 3. tit. 48. §. 5., C. O. C. part. 3. tit. 57. §. 8.: "So der gewinnende Theil anzeigen würde, daß die verluſtigte Parthey eines geiſtlichen oder weltlichen Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Grafen, Herrn, Commun, oder anderer Obrigkeit Unterthan und Landſaß wäre, und darauf bitten, dieſelbe Obrigkeit für Executoren und Vollziehern der erlangten Urtheile, Rechte, Pönfälle und Acht ihm zu geben; alsdann ſoll das Cammergericht den oder dieſelben zu Executoren und Vollziehern geben, und ihnen gebieten, zu Vollziehung der erlangten Urtheil, verfallenen Pön und Acht zu verhelfen ꝛc." Conf. quoque R. I. N. §. 160. verbis: "ſeiner Obrigkeit oder des Kreiſes."

(b) Vide ipſam hanc ORDINATIONEM EXSECVTIONIS, ſiue R. I. 1555. §. 31-103., in *corp. iur. publ.* p. 165. ſq. et compara praeterea R. I. N. §. 178-185.; in primis autem das Reichsgutachten vom 16. Aug. 1673. nebſt dem beygefügten Aufſatze der aus den Reichsabſchieden zu-

 ſam-

ſammengetragenen und in Theils Puncten verbeſſerten Execations-Ordnung, in Pachners von Eggenſtorf Sammlung der Reichsſchlüſſe tom. I. p. 634. ſq., und die darauf ergangene kaiſerliche Reſolution vom 22. Dec. 1673. eben daſelbſt p. 686. ſq., wie auch in der Samml. der R. A. part. 4. p. 94. ſq.

(c) Poſt O. C. 1521. tit. 31. O. C. 1555. P. 3. tit. 48. praecipua iuris hodierni ſedes hic eſt in R. I. N. §. 160.: "In welchem Termin (termino nempe in exſecutorialibus praefixo) der condemnatus, ob er parirt habe, oder nicht? anzuzeigen ſchuldig, und ihm derenthalben weitere Zeit nicht gegeben werden. Wo er aber ſolches nicht thäte, ſolle alsdann auf Anrufung des obſiegenden Theils vermög ergangener Urtheil er in die darinn benannte Poen, ſamt Koſten und Schaden erklärt, und die Execution ſowohl auf den Poen-Fall, als in der Hauptſache, ſeiner Obrigkeit oder des Kreiſes, in dem er geſeſſen und begütert, ausſchreibenden Fürſten per mandata exſecutorialia nach Inhalt unſerer C. G. O. oder wann dieſelben bey der Sachen intereßirt, auch ſonſten erhebliche Urſachen vorhanden, nach Gutbefinden des Richters, den ausſchreibenden Fürſten eines oder mehr benachbarter Kreiſe, von unſerm K. C. G. aufgetragen und anbefohlen werden, welche dann auf ſolche C. G. Befehle, und des obſiegenden Theils gebührliches Anſuchen, ihm förderlichſte Hülfe und Vollziehung mitzutheilen ſchuldig ſeyn ſollen." Conf. quoque I. P. O. art. 16. §. 2. et CAPITVL. (perpet et 1711.) art. 20. §. 5. verbis: "Die Execution anders nicht als durch den Kreis." ꝛc.

*et 2) quaenam poenae locum habeant?*

§. 245. Quod ad *poenas* attinet I) ſuprema omnium, quae auctoritate caeſarea infligi ſolebant, olim erat poena BANNI IMPERIALIS ſeu

PRO-

Digitized by Google

PROSCRIPTIONIS, qua quis nempe priuatur omnibus et ſingulis iuribus, quae tamquam membrum ſocietatis ciuilis habuerat, i. e. tum honoribus, priuilegiis, feudis, muneribus cet., tum protectione ac ſecuritate, tam quod ad perſonam, quam quod ad poſſeſſiones attinet; ſiue contra clericos et feminas ad priuationem modo regalium et bonorum agitur. Quae quidem poena necdum hodierno iure prorſus abrogata, ſed arctioribus tamen limitibus circumſcripta eſt, vt non niſi ex ſententia deputationis imperii et adſenſu comitiali locum amplius habeat (a). Nec II) *a voto et ſesſione*, *nec a regimine territoriali* quisquam ſtatus ſine conſenſu comitiali, ſiue prouiſorie, ſiue in contumaciam, ſiue alia quacumque ratione *ſuspendatur*, fas eſt (b). Deinde III) *carceris* quoque (c), et operarum publicarum aliaeue *corporis adflictiuae* et vel infamiae poenae auctoritate caeſarea infligi quidem poſſunt, ſed rarius eae hodie occurrunt, et, quod ad ſtatus imperii attinet, non ſine circumſcriptione analogica, quam leges in caſibus ſimilibus praeſcribunt, admitti poſſe videntur (d). Denique IV) *mulctae* quidem auctoritate caeſarea decerni poſſunt, eaeque certo quodam *marcarum argenti auriue* numero definiri ſolent, quarum illae octo, hae nonaginta ſex tha-

 leris

Digitized by Google

leris computantur. Multo tamen comminatio, quam condemnatio, et condemnatio, quam exſecutio harum poenarum, frequentior eſt.

(a) I. P. O. art. 8. §. 3. Capitvl. (perpet. et 1711.) art. 20.

(b) Capitvl. (1658.) art. 1. §. 3.: — "ohne der Churf. F. und St. vorhergehende Bewilligung keinen Reichsſtand, der ſeſſionem et votum in den Reichs-Collegiis hergebracht, davon (add. 1742.: prouiſorie noch in ſonſtige Weiſe) ſuspendiren und ausſchlieſſen, add. 1742. §. 4.: noch ihrer Landes-Regierung — entſetzen".

(c) Vide e. g. Moſers Staatsarchiv 1751. part. 3. p. 114.

(d) Inſigne tamen exemplum videſis in der Sammlung der neueſten Merkwürdigkeiten 2. B. (Regensb. 1776. 4.) S. 243.

## Cap. VII.

### de IVRIBVS FISCI CAESARIS AC STATVVM.

§. 246.

*Ius fiſci* 1) *in genere;* Poenae, quatenus vtilitatem ſupremae poteſtati praebent, huius ad fiscvm rediguntur, a quo complura iterum alia iura pendent, ita vt vel generatim illud ius, quo, quae *imperanti* in ſubie-

ctas

Digitized by Google

ctas ſibi *ſingulas perſonas vel res* ſunt iura, eidem vindicantur, ivs fisci dici ſoleat. Sigillatim hoc iure I) ſingulares conſtituuntur *officiales fiſci*, tum ad inuigilandum iuribus hoc nomine exercendis, tum ad perſequenda ea, tum ad adminiſtrandos quoque reditus huc pertinentes; Deinde II) quatenus fiſci nomine *priuata* celebrantur *negotia*, merito *priuato* quoque *iure* is vtitur; ſed III) inſignibus tamen, in primis vi iuris Romani, *praerogatiuis* pollet, quibus et in Germania vtimur.

§. 247. Ipſum *ius fiſci*, olim fere reſeruatum caeſareum habitum, vt vel confiſcationes in ducatibus factae fiſco caeſareo cederent, *hodie* citra omnem exceptionem *in ſuperioritate territoriali* continetur (a), nec vel *ciuitatibus imperii* ideo diſputari poteſt (b). Vnde I) ſui cuique ſtatui ſunt fiſcales, ſeu procuratores et aduocati fiſci, procuratores camerae, alioue quocumque nomine inſigniti *officiales fiſci*; iique *territorialia fiſci iura* pleniſſimo ambitu exercere ſolent. Tanto minus autem II) iura fiſci *mediatis* conceduntur. Etiamſi enim vel maxime magiſtratus municipales iudiciaque patrimonialia tamquam fructus iurisdictionis etiam poenas pecuniarias ſibi vindicent; tamen pleno iure fiſci ipſoque iure confiſcandi non vtuntur (c).

II) *Sigillatim ius fiſci* I) *territoriale*.

 (a)

(a) Conf. CAPITVL. (1636.) art. 21. §. 2-4. "Wann auch derſelben (Stände) Vaſallen oder Unterthanen ex crimine laeſae maieſtatis oder ſonſten dieſelbige verwürket hätten, oder noch verwürken möchten; ſo w. u. ſ. wir ſie derhalben nach ihrem Willen ſchalten und walten laſſen; keineswegs aber die gedachten Lehen zum kaiſerlichen fiſco einziehen, noch ihnen die vorigen oder andere Vaſallen aufdringen; die Allodial-Güter auch, welche ex crimine laeſae maieſtatis oder ſonſten vorgeſetzter maſſen verwürket werden möchten, denen mit den iuribus fiſci belehnten oder dieſelben ſonſt durch beſtändiges Herbringen habenden Churf. F. und Ständen, unter welcher Obrigkeit Botmäßigkeit ſie gelegen, nicht entziehen, ſondern die Landes-Obrigkeiten oder dominos territorii mit deren Confiſcirung gewähren laſſen."

(b) I. P. O. art. 8. §. 4. "liberis imperii ciuitatibns — rata et intacta maneant regalia — *priuilegia confiſcandi*, collectandi et inde dependentia" etc.

(c) Struben rechtliche Bedenken 3. Th. S. 159. u. f.

*a) Ius fiſci caeſareum.* §. 248. *Caeſareum ius fiſci* tantum in iis hodie ſupereſt, quae ad regimen imperii ſpectant, et perſonas terrasue immediatas concernunt. Quamobrem in ſummis imperii tribunalibus adhuc ſunt conſtituti ab imperatore *fiſcales*. Eorumque cura ſi qui proueniunt *reditus*, veluti e mulctis, quae marcarum auri numero computantur, ii aut ſumtibus in rem fiſcalem impendendis adhibentur, aut in libera alias ſunt imperatoris diſpoſitione (a).

(a) R. V. 1713. §. 81.

CAP.

# Cap. VIII.

## de IVRE TRIBVTORVM.

## Sect. I.

### de REDITIBVS AVCTORITATE CAESAREA COLLIGENDIS.

§. 249.

Imperator I) bonis terrisue domanialibus, ex quo priſtina imperii *domania alienata* ſunt (§. 30.), adhuc caret. Necdum conſilium inſtaurandi domania *e feudis apertis* (a), nec *reliqua*, quae huc ſpectant, legum *conſilia*, effectum ſortiri potuerunt (b). II) Ad *reditus* imperatoris *domaniales* modo referri adhuc poſſunt annua a nonnullis adhuc *ciuitatibus imperii* ſoluenda *tributa*, licet nec ea omnia, vti leges quidem volunt, inſtaurari potuerint (c). Quare III) ſi qui *ſumtus in regimine imperii* impendendi ſunt, potiſſimum a ſtatibus imperii eos *colligi* oportet (d). His vero non ſolum *indicere tributa* nequit, niſi de comitiali liberoque

*In imperio ob defectum domaniorum caeſ. 1) quomodo tributa indicantur?*

que omnium imperii ſtatuum ſuffragio et conſenſu (e), ſed necdum *pluralitati* quidem *votorum in materia collectandi* locus eſt (f).

(a) CAPITVL. (1519.) art. 11. §. 10.: "Wenn Leben dem Reiche (add. 1658. durch Todes-Fälle oder Verwürkung) eröffnet, und ledig heimfallen werden, ſo etwas merkliches ertragen, als (add. in perpet. et 1711.: Churfürſtenthümer, Fürſtenthümer, Grafſchaften, Herrſchaften, Städte u. d. g., die ſ. u. w. wir — ferner niemand verleihen, — ſondern zu Unterhaltung des Reichs, unſer und unſerer nachkommenden Könige und Kaiſer behalten, einziehen und incorporiren". CAPITVL. perpet. et 1711.) art. 20. §. 6.: "Was nun dem alſo in die Acht erklärten abgenommen wird, das ſ. u. w. wir uns und unſerm Hauſe nicht zueignen, ſondern es ſoll dem Reiche verbleiben". Nouiſſimum contigit exemplum in comitatu *Hohenembs*, quem exſtincta comitum ſtirpe maſcula Franciſcus I. Imp. d. 11. Mart. 1765. contulit domui Auſtriacae.

(b) Huc referri poteſt 1) CAPITVL. (1519.) art. 10. §. 8.: "uns aufs höchſte bearbeiten, und allen möglichen Fleiß und Ernſt fürwenden, dasjenige, ſo davon (ſcil. vom Reich) kommen, als verpfändete und verfallene Fürſtenthümer, Herrſchaften und Lande, auch confiſcirte, und ohnconfiſcirte merkliche Güter, die zum Theil in anderer fremden Nationen Hände ungebührlicher Weiſe erwachſen, zum förderlichſten wiederum dazu zu bringen, und zuzueignen"; 2) CAPITVL. (1519.) art. 10. §. 9.: "Und ob wir ſelbſten oder die unſerigen etwas, ſo dem H. R. R. zuſtändig, und nicht verliehen, noch mit einem rechtmäßigen Titel bekommen wäre oder würde, inne hätten; das ſ. u. w. wir, bey unſeren ſchuldigen und gethanen Pflichten, demſelben Reiche ohne Verzug auf

Digitized by Google

auf ihr, der Churfürſten, Geſinnen wieder zu Handen wenden".

(c) Capitvl. (1519.) art. 11. §. 16.-20. vid. ſupra §. 210. c.

(d) Exemplum petiti a Rudolpho II. a. 1582. ſubſidii wegen ermangelnden und verſchuldeten Cammerguts refert Limnaevs *ad capitul.* p. 169.

(e) I. P. O. art. 8. §. 2., vid. ſupra §. 127. a. capitvl. (1519.) art. 5. §. 1. 2.: "Wir ſ. u. w. auch die Churf. und andere des H. R. R. Stände mit Canzley-Geldern, Nachreiſen, Auflagen und Steuern ohne Noth nicht beladen, noch beſchweren, auch in zugelaſſenen nothdürftigen unverzüglichen Fällen die Steuren und dergleichen An- und Auflagen, (add. in perpet. et 1711.: es ſeye zu Kriegs- oder Friedens-Zeiten), anders nicht, als mit Rath, Wiſſen und Verwilligung der Churfürſten, (add. in perpet. et 1711.: Fürſten und Stände auf allgemeinen Reichs-Tägen), anſetzen".

(f) I. P. O. art. 5. §. 52. vide ſupra §. 176. *b.*

*1) pro certo numero menſium Romanorum;*

§. 250. Quodſi vero conſenſus comitialis imperatori praebetur pecuniae in commune conferendae cauſa; loco *communis denarii* olim vſitati (a) hodie quolibet eueniente caſu definitur certus mensivm romanorvm, quos vocant, numerus, vulgo Römer-Monathe; ex ea nimirum proportione, qua nouiſſima imperii matricvla a. 1521. *condita in vſum expeditionis Romanae* a Carolo V. tum cogitatae XX. mille pedites, et IV. mille equites a ſtatibus ſiſti iuſſerat (b), quorum loco poſtea placuit *ad vnum men-*

*ſam pro ſingulo pedite quatuor, pro equite duodecim florenos* exſolui (c).

(a) Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 590. num. 116.

(b) *Corp. iur. publ.* p. 88. ſq.

(c) R. I. 1535. §. 4., R. I. 1541. §. 41. 44.

*et pro ſtatu matriculae hodierno,*

§. 251. *Matricula* iſta vi legum (a) pariter ac per obſeruantiam *adhucdum obtinet.* Varia tamen ob vitia variasque ob rerum viciſſitudines quum iam dudum a permultis ſtatibus *impugnata* eſſet; I) leges quidem modum huius rei hunc ſtatuerunt, vt *in ſingulis circulis deputati* quidam conſiliarii, omni alio ſacramento ad eum finem liberati, alii *ad inquirendum* cuiusque facultates, *alii ad moderandum* vel augendum pro earum proportione quantum matriculae conſtituerentur; ſingulisque eorum cognitione grauatis ad *cameram appellare* liceret, ac tandem in comitiis vel in ſingulari conuentu moderationis vniuerſum negotium componeretur (b). Nonnulli etiam II) iam ante bellum tricennale, alii poſt pacem Weſtphalicam cognitionem iſtam ſubierunt, aliique obtinuerunt petitam moderationem, alii appellarunt ad cameram (c). Verum III) compoſitio vniuerſi negotii adhuc in piis deſideriis eſt (d). Quare adhuc exacte ſciri nequit, quanta conueniat pecuniae ſumma, ſi

ſi quot menſes Romanos contribui ſtatuitur; niſi quod numero rotundo circiter *quinquaginta millium florenorum* computari ſoleat *vnus* eiusmodi *menſis*.

(a) R. I. 1576. §. 99., 1582. §. 64., 1594. §. 122.

(b) R. I. 1541. §. 71. ſq., R. I. 1544. §. 12. ſq., R. I. 1548. §. 78. ſq., R. I. 1555. §. 115. ſq., R. I. 1582. §. 50., R. I. 1594. §. 107., R. I. 1603. §. 57., R. I. N. §. 184.

(c) PFEFF. *ad Vitr.* I. 1013. ſq.

(d) CAPITVL. (1711. ex mon. ciuitat.) art. 5. §. 10.: "vielmehr daran ſeyn, daß der punctus *redintegrationis circulorum*, moderationis matriculae et peraequationis, (add. 1742.: und überhaupt die Exemtions-Irrungen im Reiche) auf gemeinen Reichs- oder einem Moderations-Tage rechtmäßig (add. 1742.: wo möglich innerhalb zwey Jahren), und förderlichſt vorgenommen und erörtert — werde."

§. 252. *Recipiendis collectis* certa loca (Legſtädte) certaeque perſonae (Caßirer, Pfennigmeiſter) quouis caſu deſtinantur (a). Quibus et modus *reddendarum rationum* praeſcribi ſolet (b). *Imperatoris poteſtas* hac in re multis modis circumſcripta eſt (c). *et 2) quid ratione modi obſeruandum?*

(a) CAPITVL. (ex mon. princ. 1658. in perpet.) art. 5. §. 3. 4.: "Dieſelbe (Steuern) in den gewöhnlichen Legſtädten durch die von den Kreiſen dahin verordneten Bedienten empfangen laſſen, und daran ſeyn, damit der Rückſtand von denen vorhin bewilligten Reichs-Steuern eingetrieben, und von den Reichs-Pfennigmeiſtern (add. 1745.: de-

**denen** ſolchenfalls die **Erhebung und Zuſammenbringung** derer in den Legſtädten eingegangenen Gelder den Reichsgeſetzen und Verfaſſungen gemäß, **ohne Eintrag zu überlaſſen**), jedesmal dem Reich, oder wen daſſelbe bey der Bewilligung zur Aufnahme ſolcher Rechnungen verordnen wird, (add. 1742.: auf dem ſodann fürwährenden, oder da ſelbiger Zeit keiner wäre), den nächſt darauf folgenden Reichstag, wann es nicht Anlagen betrifft, welche zu eines Römiſchen Kaiſers freyer Diſpoſition bewilligt worden, **richtige Rechnung** gethan werden, auch die von den Reichsſtänden eingewilligte Steuern und Hülfen **zu keinem andern Ende**, als dazu ſie gewilliget worden, **anwenden**".

(b) Vide e. g. Extract Stadt Regensburgiſchen Caſſebuchs über Einnahme und Ausgabe der am 19. May 1757. zur Reichs-Kriegs-Operation verwilligten 30 Römer-Monathe in der Teutſchen Kriegscanzley 1757. tom. 3. p. 15. ſq. eiusque continuationes in ſequentibus eiusdem operis voluminibus.

(c) Praeſcriptum nempe imperatoribus in CAPITVL. art. 5. praeter ea, quae in not. praeced. contenta ſunt: I) §. 3. (ex mon. princ. 1653. et 1658. in perpet. et 1711.): "daran zu ſeyn, damit der **Rückſtand** von denen vorhin bewilligten Reichsſteuern **eingetrieben** werde" (omiſſis tamen verbis moniti: ehe eine neue **begehrt** würde); II) §. 5. (ex mon. Palat. 1612.): "die Steuern und Hülfen **zu keinem andern Ende**, als dazu ſie gewilliget worden, **anzuwenden**"; III) §. 6. (1742.): "ſich ſelbſt mit den **Erblanden** des Beytrags zu denen vom Reiche verwilligten Hülfen und Anlagen nicht zu entziehen;" IV) §. 7. (1658. ex mon. princ., et fuſius in perpet. et 1711.): "**nicht zu geſtatten**, daß **ein Stand**, welcher ſeſſionem et votum bey Reichsconventen hat, von ſolchen Reichshülfen und Anlagen, unter was Vorwand ſolches geſchehe, **ſich** Befreyungs-weiſe **eximire**, oder

oder (add. 1742.: von uns oder ſonſt jemanden inner oder auſſerhalb Reichs,) auf einigerley Weiſe eximirt werde;" V) §. 8. (1742.): "Niemanden aſſignationes auf Reichs-Kreiſe oder Stände wider deren Willen ausſtellen, keine *compenſationes*, ohne des Reichs Vorwiſſen oder Bewilligung, am wenigſten mit denen Reichs-ſodann Unſeren oder Privatgeldern und Schulden geſtatten".

§. 253. Vnica *tributi ſpecies* in imperio *perpetua* eſt, qua nempe ad ſuſtentandum *camerae imperialis* tribunal concurrunt ſtatus imperii ſecundum ſingularem matriculam ab anno 1500. inde varie auctam, et poſtremum quidem 1720. loco dupli ad proportionem ſeptenariam vsque, confectam *matriculam*, quam vocant, *vſualem* (a), cui 1775. adhuc acceſſit augmentum quartae partis per annum addendae (b). II) *Specialis matricula camerae imp.*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1279-1342.
(b) Neueſter Reichsſchluß 1775. Art. 32.

Sect.

## Sect. II.
### DE
### REDITIBVS IVRE TERRITORIALI COLLIGENDIS.

§. 254.

*Rei tributariae territorialis* I) *origo.*

In *territoriis* I) ab initio ſuperioritatis inde cuilibet ſtatui ſatis ampla fuerunt *bona camerae* reditusque camerales (§. 191.), et tam pauci contra erogandi ſumtus, vt neque opus, neque fas eſſet, praeter cenſus aliasque exactiones patrimoniales mereue precarias exigere quidquam ab ordinibus ſubditisue cuiusque territorii; quum potius etiam onera imperii non a ſubditis, verum ſolis e bonis camerae a ſtatibus ferenda eſſent (a). At vero II) poſt introductum militis mercenarii vſum, mutatumque aularum atque iudiciorum ſtatum quum nouis impenſis haud ſufficerent bona camerae, eaque plerisque in territoriis *aere alieno* obruerentur; ab initio ſeculi XVI. inde plerisque ſi non omnibus in territoriis rogati a principibus ordines prouinciales ad ſoluendum aes alienum conſenſerunt in *collectas* imponendas partim agris aliisque *fundis*, partim poſſeſſioni cuiusque generis *iumentorum* pe-

Digitized by Google

*pecorisque*, partim *quaeſtui* mercaturae et opificiorum; vbique tamen *ad certum* modo trium pluriumue *annorum tempus*, et *erga reuerſum*, quo hoc onus *mera liberalitate* ſusceptum finitoque iſto tempore ceſſaturum agnoſcebatur. Sed III) mox *prorogari* has collectas, et vel *augeri* eas oportuit, in primis *nouis oneribus* mox *potui* aliisque vitae neceſſitatibus, mox denique *luxui* impoſitis (a).

(a) Conf. in primis D. G. Strvbe *de collectarum et aerariorum prouincialium origine*, in eius *obſ.* p. 86. ſq. et eiusd. Nebenſtunden tom. 2. p. 337. ſq. Rechtsfälle I. B. 3. Th. S. 560. 565. u. f.

§. 255. Etiamſi autem ea omnia *initio libera* cuiusque principis cum ordinibus ſuis *conuentione* tractarentur; *mox* tamen varia ſenſim collectarum genera *in neceſſitatem* abierunt, veluti primo loco *vi legum imperii* I) collectae *in vſum imperii ſeu circulorum* ſoluendae ad menſes Romanorum, quos vocant, ita tamen, vt collectae territoriales hanc collectarum imperii ſummam haud excedant, adeoque hoc proprie tantum per modum *iuris ſubcollectandi* exerceri fas ſit (a); qua ratione II) etiam, quae *ad ſuſtentandam cameram imperialem* ſoluuntur, huc pertinent (b). Deinde III) vt ſatisfieri poſſet ordinationi exſecutionis, anno 1654. conceſſum dominis territorialibus fuit IVS COL-

II) *Hodiernum* I) *ius collectandi* a) *vi legum imperii*.

LE-

LECTANDI ſubditos ſuos *ad praeſidia* et conſeruationem *neceſſariorum* cuiusque *munimentorum* (c). Idque tandem IV) a. 1670. extenſum ad id, quod *defenſio territorii contra quemuis adgreſſorem* forte exegerit, item V) ad *ſumtus legationum ad conuentus imperiales*, et VI) ad alios in quoque territorio per *obſeruantiam* inuectos fines (d). *Denegata* autem *extenſio* huius rei *vlterior* (e). Et quamuis haud defuerint ſuper nouis hisce legibus imperii *querelae ordinum prouincialium* in primis paſſim ab annis 1654. et 1670. inde inſtitutae, ex eo, quod legibus fundamentalibus ſpecialibus ea omnia aduerſentur; tamen in plerisque territoriis adquieſcere eos oportuit in ſingulis iſtis legum imperii ſanctionibus (f).

(a) R. I. 1543. §. 24. "Dieweil ſolche Hülfe (nehmlich damals verwilligte 2 Monathe) von der Stände eignen **Cammergütern** in Anſehung etlicher vieler Urſachen zu leiſten, beſchwerlich und unmöglich ſeyn möchte; Iſt geordnet und zugelaſſen, **daß eine jede Obrigkeit alle ihre Unterthanen,** die ſie vermöge der Rechte, und alten beſitzlichen Herkommens, zu ſteuern und zu belegen hat, auf den gemeinen Pfennig, wie der hievor in dem Reiche bewilliget, doch allein derſelben Obrigkeit zu gut, oder ſonſt **durch eine Steuer oder Anlage,** wie eine jede Obrigkeit für gut anſehen würde, **anlegen und einziehen möge**; und ſoll in ſolcher Anlage **niemand ausgeſchloſſen** ſeyn noch verſchonet werden. Doch ſollen die Obrigkeiten **hierinn nicht anders, dann von Rechtswegen,** und wie

wie ſie es im ruhigen Gebrauch und Herkommen haben, vornehmen, und inſonderheit den armen gemeinen Mann, ſo viel möglich, vor andern nicht beſchweren, ſondern **nach eines jeden Vermögen Gleichheit** halten". Add. R. I. 1555. §. 82., R. I. 1576. §. 11. 12. vbi in primis notanda verba: "Doch höher und weiter nicht, denn ſo fern ſich einer jeden Obrigkeit gebührende Anlage erſtrecken wird, und dann daß den Unterthanen zuförderſt eigentlich und ausdrücklich dieſe Hülfe kundbar gemacht werde".

(b) R. I. N. §. 14. verbis: "und ſoll den Ständen bevorſtehen, ihre Landſtände, Bürger und Unterthanen zur Beyhülfe zu ziehen." Conf. **Moſers** Nebenſtunden part. 5. p. 707. ſq.

(c) R. I. N. §. 180.: — "Sonderlich **ſollen jedes** Churfürſten und **Standes** Landſaſſen, **Unterthanen** und Bürger **zu Beſatz-und Erhaltung der** einem oder anderm Reichsſtande zugehörigen **nöthigen Feſtungen**, Plätze **und Garniſonen**, ihren Landes-Fürſten, Herrſchaften und Obern **mit hülflichem Beytrage** gehorſamlich an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn".

(d) Vide reſolutionem caeſaream de 19. Iun. 1670. ad deſiderium ſtatuum ſub dato 26. Ian. 1667. propoſitum: "Daß ein jeder Churfürſt und **Stand** des Reichs **von** ſeinen Unterthanen zu **Reichs-Deputations-und Kreis-Conventen die nöthige Legations-Koſten** erheben möge", in *corp. iur. publ.* p. 1076.; item reſolutionem caeſaream menſ. Febr. 1671. ad deſiderium ſtatuum ſub d. 29. Oct. 1670. propoſitum, puncto extenſionis §. 180. des R. A. 1654.: "daß es nicht allein bey angedeutem §. und dem den Churfürſten und Ständen gegen ihre Unterthanen wegen der Reichs- und Kreis-Verfaſſungen, wie auch der Reichs-Anlagen gebührenden iure collectandi verbleiben, ſondern auch jene Churfürſten und **Stände**, ſo ein **mehreres**, als in vorangezogenem §.

begriffen, gegen ihre Unterthanen und Landſaſſen rechtmäßig hergebracht, dabey geſchirmet und gehandhabet; die Landſaſſen und Unterthanen aber zu allem dem zu contribuiren angewieſen werden, was das Reich pro ſecuritate publica verwilliget, die Execution-Ordnung vermag, und die Landes-Defenſion contra quemuis aggreſſorem, dem Herkommen, und erheiſchender Nothdurft nach erfordert. *Corp. iur. publ.* p. 1077. ſq., Lvdolf. *ſymphor. conſult. et deciſ. forenſ.* tom. I. adp. n. 1. p. 1. ſq.

(e) "Daß eines jeden Churfürſten und Standes Landſtände, Landſaſſen, Städte und Unterthanen, nicht allein zur Landes-Defenſions-Verfaſſung, ſondern auch zur Handhabe und Erfüllung der gedachtem Inſtrum. pacis nicht zuwiderlaufenden Bündniſſe, wie auch nicht nur zu Erhalt- und Beſatzung der nöthigen, ſondern indefinite, der Feſtungen, Oerter und Plätze, auch zu Verpflegung der Völker und andern hiezu gehörigen Nothwendigkeiten, ihren Lands-Fürſten, Herrſchaften und Obern, die jedesmal erforderenden Mittel, und folglich alles, was an ſie, und ſo oft es begehrt wird, gehorſamlich und unweigerlich darzugeben, ſchuldig ſeyn, und daß einige Klagen der Unterthanen, weder bey dem kaiſerlichen Reichshofrathe, noch Cammergerichte hierwider nicht angenommen, und alle Proceſſe und mandata ſowohl wegen der vergangenen, als gegenwärtigen und künftigen Zeit abgethan und aufgehoben ſeyn; auch den Landſtänden, Landſaſſen und Unterthanen einige priuilegia und exemtiones, wie ſie auch Namen haben, oder zu was Zeit ſelbige erlangt ſeyn möchten, nicht zu ſtatten kommen ſollen"; Daß Ihro kaiſ. Maj. in dieſen neuen Vorſchlag willigen ſollten, ita continuatur in reſolutione not. praeced. allegata de 1671., dazu können dieſelbe einmal nicht gehelen. Vid. *corp. iur. publ.* et Lvdolf. *ll. cc.*

(f)

(f) Conf. Strubens Nebenſtund. part. 4. p. 458. ſq., Moſers Nebenſtund. part. 4. p. 506., part. 5. p. 727.

§. 256. Ad haec plerisque in territoriis vel *noua* acceſſit per ipſas cuiusque territorii leges fundamentales aut obſeruantiam collectarum prouincialium *neceſſitas*. In primis enim I) ex quo *miles perpetuus* inoaluit, plerorumque territoriorum ordines non potuerunt ſe ſubtrahere huic oneri ſubeundo, eique vel pro certa pecuniae ſumma definito, quod alibi adhuc in comitiis prouincialibus de nouo ſemper conuenitur, alibi in perpetuum ſtabilitum eſt. Deinde II) ſingulares in plerisque territoriis ſecularibus *ad elocandas filias illuſtres* introductae ſunt collectae, quas vocant Fräulein-Steuern. Quid quod III) paſſim *in ſubſidium camerae* certa collectarum genera in perpetuum ſtabilita ſunt. Quibus omnibus denique IV) vtplurimum accedit inſigne onus *aeris alieni prouincialis*, cuius ad vſuras erogandas collectae paſſim immortales obtinent.

*b) vi legum ſpecialium aut obſeruantiae,*

§. 257. Quae omnia quidem liberius paullum procedunt in territoriis, quae *ordinibus prouincialibus* haud praedita ſunt. At I) vbique tamen *collectae neceſſariae*, quae vi legum imperii legumue cuiusuis territorii fundamentalium ſpecialium

*qua in re ab vno territorio non poteſt concludi ad alterum.*

 aut

aut vi iuſtae obſeruantiae imponuntur, iure meritoque diſtingui poſſunt a *voluntariis*, quarum neceſſitas lege nulla impoſita eſt. Hasque II) inuitis ſubditis omnino nusquam imponi fas eſt. Nec in noua rei tributariae diſpoſitione, qua paſſim bono cum ordinum prouincialium conſenſu vniuerſe onera potius conſumtioni, quam poſſeſſionibus impoſita ſunt, (quod vocant Acciſe, ſeu Licent,) *ab vno territorio ad alterum* valet *conſequentia*. Nec propterea *chartam ſignatam* (Stempelpapier) nec alia ſimilia onera inuitis ſubditis obtrudi fas eſt.

*2) Modus in re tributaria obſeruandus,*

§. 258. In *modo* quoque *colligendi et expendendi tributa* prouincialia atque *rationes* de iis *reddendi* I) haud exigua territoriorum differentia eſt, prouti principi eiusque miniſtris, aut ordinibus prouincialibus, et qui ab his in hanc rem conſtituuntur, plus minusue tribuitur. Ne tamen II) *priuatiue* ordines prouinciales haec omnia ſibi vindicent, nec generatim *plus iuſto* ſibi tribuant, leges imperii cauent (a).

(a) CAPITVL. (1658.) art. 15. §. 2. 3.: "Wie wir dann keinem Churf. F. und Stande (die unmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen) ſeine Landſaſſen, ihm mit oder ohne Mittel unterworfene Unterthanen und mit landsfürſtlichen, auch andern Pflichten zugethane Eingeſeſſene, und zum Lande gehörige, von deren Botmäßigkeiten und Jurisdictionen, wie auch wegen landes-

landsfürſtlich hoher Obrigkeit, und ſonſten rechts mäßig hergebrachten reſpectiue **Steuern, Zehenden und anderen gemeinen Bürden und Schuldigkeiten**, weder unter dem Prätext der Lehenherrſchaft, (add. 1742.: Stands = Erhöhung), noch einigem andern Schein, eximiren und befreyen, und ſolches andern geſtatten. Auch **nicht gut heiſſen** noch zugeben, daß **die Landſtände die Diſpoſition über die Landſteuer**, deren Empfang, Ausgabe und Rechnungs = Receßirung, mit Ausſchlieſſung des Landsherrn, priuatiue vor und ſich **an ſich ziehen**, oder in dergleichen und andern Sachen, ohne der Landsfürſten Vorwiſſen und Bewilligung **Convente anſtellen** und halten, oder wider des jüngſten Reichsabſchieds, (add. 1742.: und anderer darüber zeithero errichteter Reichs = Schlüſſe), ausdrückliche Verordnung ſich des Beytrags, womit jedes Churfürſten, Fürſten und Standes Landſaſſen und Unterthanen zu Beſetz = und Erhaltung derer einem und anderm Reichs = ſtande zugehörigen nöthigen Veſtungen, Plätze und Garniſonen, wie auch zu Unſers und des heil. Reichs Cammergerichts Unterhalt, an Hand zu gehen ſchuldig ſind, zur Ungebühr entſchlagen".

§. 259. Quatenus denique I) collectae a principe ad ſubleuanda vel plane ad redimenda bona camerae exiguntur, per ſe *immunia* ab iſtis collectis ſunt ipſa illa *camerae bona*, ſed eadem quoque ratione non de ſuis ipſorum bonis, ſed tantum a ſubditis, ruſticis nempe ſingulisque vrbium incolis, tributa colligi conceſſerunt ordines prouinciales; vnde originaria intelligitur *bonorum equeſtrium praelatorumque* et *ciuitatum in corpore immu-* *et immunitas.*

*munitas.* Ad haec II) ſpecialis ratio *immunitatis equeſtris* olim in ſeruitiis feudalibus poſita erat, cuius ob mutatum militiae ſtatum et ob adquiſita frequenter a nobilibus ruſticorum bona poſt varias mox a fiſco, mox ab vrbibus ea de re lites motas, non vbique amplius eadem conditio eſt (a). Quid quod III) *in communi totius territorii neceſſitate*, maxime in exactionibus *ab hoſte* impoſitis, neque bonorum camerae nec equeſtrium immunitati locus eſt. Summa autem omnium eſt IV) *militum* et *ſtudioſorum* immunitas. Et quamuis V) immunitas et *praeſcriptione immemoriali*, et *priuilegio* adquiri poſſit, hodie tamen VI) *priuilegia immunitatis* non ſolum a caeſare dari non poſſunt, ſed plerisque in territoriis etiam legibus ſpecialibus proſpectum eſt, vt ne princeps ſine conſenſu ordinum prouincialium eiusmodi priuilegia largiatur. Ceterum VII) ex eo, quod onera imperii ſubditis impoſita initio in loco domicilii praeſtari debuerunt (b), ideoque perſonis magis quam rebus imponi multis videbantur (c), paſſim enata eſt *immunitas forenſium*, quam vocant, vi cuius extranei poſſeſſores non in loco rei ſitae, ſed in loco domicilii collectis ſubiiciuntur (d); ſicubi tamen ſpeciali obſeruantia id haud ſubnititur, merito praeualet collectatio in loco rei ſitae (e).

(a)

(a) Conf. e. g. meine Rechtsfälle I. B. 3. Th. S. 558., II. B. 2. Th. S. 475.

(b) R. I. 1542. §. 69. verbis: "daß ein jeder allein an dem Orte, da er geſeſſen, ſeine Anlage geben ſoll."

(c) GAIL lib. 2. obſ. 52. n. 13.

(d) MYNSINGER cent. 2. obſ. 22.

(e) MEVIVS part. 2. deciſ. 72. et 372.

# CAP. IX.

## DE IVRE EMINENTI CAESAREO AC TERRITORIALI.

### §. 260.

Quod iure publico vniuerſali ſupremo imperio vindicatur IVS EMINENS, ſeu quam nonnulli vocant, RATIO STATVS, ſiue illud ius maieſtaticum, quo negligitur ius ſinguli aliquorumue ciuium, ſi tota respublica maiorue eius pars conſeruari aliter non poteſt, tum qua DOMINIVM EMINENS in res, tum qua POTESTAS EMINENS in perſonas exercetur; id *ſtatibus* etiam in ſuo cuiusque territorio competit, nec *caeſari*, accedente huic conſenſu comitiali, negari nequit, *Ius eminens an et quatenus ſit caeſari ac ſtatibus?*

modo vtroque caſu *limites* huius rei naturales haud excedantur, neque ſeponatur neceſſitas communi contributione *indemnem* reddendi, qui ſic detrimentum patitur.

LIB.

Digitized by Google

# Lib. VII.

## DE IVRIBVS REGIMINIS CAESAREI ET TERRITORIALIS SPECIALIBVS, IISQVE PRIMVM IMMANENTIBVS ET ESSENTIALIBVS.

## Cap. I.

## DE POTESTATE IVDICIARIA.

### Sect. I.

### DE NATVRA POTESTATIS IVDICIARIAE IN GENERE.

§. 261.

Iura regiminis qua *finem et obiectum ſpecialius* (§. 215.) conſiderata I) *alia* tendunt ad ſalutem publicam conſeruandam promouendamue *exterorum intuitu*, veluti iura legationum, foederum, belli pacisque; *alia internum* modo *reipublicae ſtatum* *Indoles iurium regiminis immanentium eſſentialium.*


ante

Digitized by Google

ante oculos habent, ſalutem publicam nempe intuitu eorum, quae ſub ipſo imperio ciuili continentur, conſeruandam promouendamue. Illa TRANSEVNTIA, haec IMMANENTIA iura vocari ſolent. Deinde II) *alia* ſupremae poteſtatis iura ita comparata ſunt, vt ab ea vix ſeparari poſſint, ideoque nullo in regimine facile non occurrant; *alia ſingularibus* demum *inſtitutis* non aeque neceſſariis, nec tam indiſſolubili cum ſuprema poteſtate vinculo cohaerent; quorum illa ESSENTIALIA, haec ACCIDENTALIA vocantur. Et in immanentibus quidem eſſentialia maxime ſunt, quae ad *ſecuritatem internam* potiſſimum ſpectant, poteſtas iudiciaria, criminalis et politiae.

*ſpeciatim poteſtatis iudiciariae.*

§. 262. Quoties nempe agitur *de iure in id, quod imperio ciuili ſubiectum eſt*, adeoque ſeu in res, ſeu in perſonas ſubiectas, I) primaria ſtatus ciuilis prae naturali praerogatiua in eo verſatur, vt vi ipſius imperii ciuilis proſpici poſſit *ſecuritati* huic *internae*, ſublato ancipiti iuris belli omnisque *αὐτοδικίας* vſu. Quoniam vero II), *an ius*, quod quis perſequitur, reapſe *fundatum* ſit, saepenumero variis dubitationibus et iuris et facti vtrinque *diſputari* ſolet; eodem ex fonte non poteſt noncuiuis imperio ciuili vindicari cum poteſtate ad eſ-

ſe-

fectum deducendi ius, quod quisque perſequitur in rem vel perſonam imperio ciuili ſubiectam, etiam *poteſtas dirimendi lites* de qualicumque eiusmodi iure exortas. Eaque ipſa demum eſt POTESTAS IVDICIARIA in quolibet imperio ciuili comprehenſa. Quam tamen III) omnino *non pro arbitrio*, ſed, quoad eius vel ſumma cum induſtria fieri poteſt, pro vnica *veritate ac iuſtitia* exerceri oportet, ideoque IV) IVDICIA *bene conſtituta* requiruntur, quorum, prouti pro certo terrae tractu certisue cauſarum generibus *definita poteſtas* eſt, IVRISDICTIO vocatur.

## SECT. II.

### DE POTESTATE IVDICIARIA CAESARIS IN GENERE, ATQVE SPECIATIM DE CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO.

### §. 263.

POTESTAS IVDICIARIA *ſuprema* in imperio I) ſemper imperatori fuit, ita quidem, vt, quae in illa ſunt *poteſtatis legislatoriae*, conſenſu ſta- *Caeſaris poteſtas iudiciaria in genere, et iudicii cameralis.*

Digitized by Google

ſtatuum indigerent, *reliqua* autem ad *reſeruata* pertinerent; licet II) *antiquo exercendi iudicia modo* conueniret, vt grauiores ſtatuum cauſae in *iudicio principum* ſeu *parium curiae* (a), aliaeque ab a. 1235. inde a *iudice curiae imperialis*, adhibitis aſſeſſoribus (b), tractarentur, niſi quod III) *ius manuarium* omnem rem iudiciariam turbaret (c). Tanto magis autem IV) *nouiore aeuo* modus exercendi poteſtatem in imperio iudiciariam immutatus eſt, ex quo vna cum ſtabilita perpetua pace publica CAMERAE IMPERIALIS IVDICIVM (das kaiſerliche und Reichs-Cammergericht) ab anno 1495. inde hodiernam in formam redactum eſt, tamquam *collegium perpetuum ad iuſtitiam in ſuprema inſtantia per totam Germaniam adminiſtrandam in loco ab aula caeſarea ſeparato varioque in nexu ſtatuum conſtitutum* (d).

(a) ESTOR *de iudicio principum*, Ien. 1740.

(b) Mein Handbuch der Reichshiſtorie p. 295. Henr. Balth. BLVM *de iudicio curiae imperialis Germanico*, Francof. 1745.

(c) DATT *de pace publica*.

(d) Joh. Henr. von Harpprecht Staatsarchiv des kaiſ. u. h. R. R. Cammergerichts tom. I-VI. 1757-1768. 4.

I) *ordinationes;* §. 264. Huius occaſione iudicii primae hodierni iuris latae ſunt *leges imperii iudiciariae*,

prae-

praeſertim ORDINATIO CAMERALIS, quae a ſtatibus imperii ſub FRIEDERICO III. concepta, primum a MAXIMILIANO I. a. 1495. promulgata, ſaepiusque porro cum augmentis repetita, et multo auctior auſpiciis CAROLI V. edita a. 1548., ac de nouo promulgata eſt a. 1555.; ſed poſt nouas iterum aliarum legum emendationes a. 1613. typis mandatum CONCEPTVM ORDINATIONIS CAMERALIS (C. O. C.) nondum promiſſam dudum reuiſionem obtinuit (a), licet *vi legis* eatenus per ſe haud deſtitutum ſit, quatenus leges iam antè promulgatas continet, et quatenus *leges* forte *nouiores* haud aliud quid abhinc ſtatuerunt, veluti quod paſſim tamen contigit in I. P. O., in R. I. N., in receſſu viſitationis a. 1713., in concluſis imperii a. 1719. et 1775., et in capitulationibus caeſareis art. 16. ſq. Iisque omnibus imperii legibus *principaliter* quidem ipſi *camerae* imperialis iudicio, ſed *in ſubſidium quoque reliquis* in imperio *iudiciis* ordo iudiciarius praeſcriptus eſt (b).

(a) R. I. N. §. 134.: "Das a. 1613. begriffene — noch nicht zur Vollkommenheit gebrachte Concept der neuen C. G. O. ſoll bey nächſtkünftiger Viſitation — revidiret, und zugleich alles dasjenige, was allhier verglichen und verordnet, eingetragen, und das ganze Werk praeparatorie mit Gutachten alſo eingerichtet werden, daß man es auf

auf nächſtkünftigem prorogirten Reichstage erledigen könne". CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 9.: "Sölle der zur Viſitation beſtimmte Senat — auch gemäß dem jüngern R. A. die Revidir- und Verbeſſerung des ſogenannten Conceptes der C. G. O. beſten Fleiſſes vornehmen ꝛc.".

(b) R. D. 1600. §. 15.: "Dieweil — die höchſte Nothdurft erfordert, daß — die Unter- Ober- und Hofgerichte an denen Orten, wo es noch nicht geſchehen, — in eine gute richtige dem rechten Reichs- und Cammergerichts-Proceſſe gemäſſe Ordnung, ſo viel nach eines jeden Orts Gelegenheit immer erſprieſlich ſeyn wird, gebracht werden —; So wollen wir hiemit allen Ständen des Reichs — befohlen haben, ſolche — Anordnung ihrer Unter- Ober- und Hof-Gerichte — ihren und des Reichs Unterthanen ſelbſten zum Beſten anzuordnen". Quod repetitum in C. O. C. II. 31. §. 9. Add. R. I. N. §. 137. vbi: "Es ſollen auch Churfürſten und Stände des Reichs bey ihren Untergerichten die Verordnung thun, damit ſo viel möglich bey denſelben die norma des cammergerichtlichen Proceſſes obſerviret werde".

*II) Conſtitutio iudicii interna,*

§. 265. Quod ad *conſtitutionem* huius tribunalis *internam* attinet, *iuraque imperatoris et ſtatuum circa illam* obtinentia, veluti quorum disquiſitio proprie huius loci eſt; ante omnia obſeruandum eſt I) conſiſtere hoc tribunal ex *triplici corpore* 1) iudicis, praeſidum et aſſeſſorum, 2) cancellariae et lectoriae, atque 3) aduocatorum et procuratorum; deinde II) *duplicem coetum* iudicii celebrari, alium in *audientia* ad audiendos litigatores, alium ad deliberandum ſuper iis in pluribus

ſimul

ſimul congregatis *ſenatibus*, in quos iam dudum diſtribui aſſeſſores leges iuſſerunt; quibus III) iungenda nouior *pacis Weſtphalicae* ſanctio, vi cuius *paritas religionis* in cauſis partium diuerſae religionis praeſcripta eſt (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 53.

(e) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 18. §. 6.: "In Ertheilung aber der priuilegiorum de non appellando, non euocando, electionis fori, u. d. g., welche auf Ausſchlieſſung und Beſchränkung des heil. Reichs Jurisdiction, oder der Stände älteren Privilegien, oder ſonſt zum Präjudiz eines tertii ausrinnen können, ſ. u. w. wir die Nothdurft väterlich beobachten".

(f) Vide, poſt R. I. 1570., §. 70., item *Mem. viſ.* 1595. §. 11. et R. D. 1600. §. 18., C. O. C. I. 22. §. 6., II. 31. §. 12., II. 32. §. 8., in primis I. P. O. art. 5. §. 56. verbis: "*Priuilegia de non appellando* ſtatibus imperii *illibata ſunto*;" deinde R. I. N. §. 111. 123., R. V. 1713. §. 9. et CAPITVL. (1653. et perpet.) art. 18. §. 4.: — "einen jeden bey ſeiner Immedietät, priuilegiis de non appellando et euocando ſowohl in civil- und criminal- (add. 1742.: als Lehens-) Sachen, (add. 1690: electionis fori, item iure Auſtraegarum) (add. 1711. tam legalium, quam conuentionalium vel familiarum) bey der erſten Inſtanz und deren ordentlichen unmittelbaren Richtern, mit Aufheb- und Vernichtung aller bis daher etwa dagegen — — beſchehener Contraventionen (add. 1658.: ergangenen Reſcripte, Inhibitorien und Befehle) bleiben — laſſen".

§. 291.

Digitized by Google

§. 291. Quodſi tamen appellatio ad ſuprema imperii tribunalia locum non habet, I) petenti *transmiſſionem actorum in vim reuiſionis* denegare nefas eſt (a), et II) vel ſingularia conſtituta ſunt *reuiſionis iudicia*, aut III) ſurrogata ſupremis imperii tribunalibus noua *appellationis iudicia* (b). Ceteroquin vero IV) a iudicio territorii, quod cum alio coaluit, ad huius ſuperiora iudicia, vel a iudicio territoriali ad perſonam principis appellare, aliaue ratione territoriales *inſtantias multiplicare*, originaria rei iudiciariae imperii indoles haud patitur (c). *aut d) ſurroganda iis reuiſionis vel appellationis iudicia.*

(a) R. D. 1600. §. 16., R. I. N. §. 113. vbi: "auf den Fall die Summe nicht appellabel —, daß alsdann der Parthey ordentliche Obrigkeit auf derſelben gebührendes Anſuchen, die vollkommene Acten — auf — vorgehende Inrotulation, ohne nebenſeitige Recommendation durch gewiſſe unpartheyiſche Rechtsgelehrten revidiren, oder auf unpartheyiſche Univerſität, oder anderes collegium iuridicum zu ſchicken, und dero rechtliches Gutachten darüber zu erfordern ſchuldig ſeyn ſollen; jedoch den Ständen des Reichs an ihren erlangten und hergebrachten priuilegiis, Freyheiten, Landesordnungen, Statuten und ſonſten ohne Nachtheil ꝛc."

(b) Conf. e. g. I. P. O. art. 10. §. 12.

(c) Cramers Wetzlariſche Nebenſtunden part. 2. p. 71. ſq.

§. 292. Deinde *ſingulares* nonnullae auctoritate territoriali exercentur *iurisdictionis ſpecies*, par- *Specialia a) iudicia particularia territorialia*



Digitized by Google

partim I) ex priſtina rei iudiciariae formula ſuperſtites, veluti in iudiciis prouincialibus et communitatum, partim II) ſpeciali cuidam perſonarum negotiorumue generi dicatae, veluti in *iudiciis militaribus, foreſtalibus, metallicis, opificiariis, mercantilibus, cambialibus*, cet. quae ſuis cuiusque normis ſpecialibus aeſtimanda, vtplurimum quoque ſpeciali ab appellatione immunitate praedita ſunt.

*et b) querelae protractae vel denegatae iuſtitiae et nullitatis.*

§. 293. Qualitercumque autem ſeu circumſcripta, ſeu ſublata ſit appellandi libertas; tamen I) haud praecluſa cenſetur QVERELA PROTRACTAE VEL DENEGATAE IVSTITIAE (a), ad effectum decernendi *promotoriales* et vel *deuoluendi ipſam cauſam principalem* per modum citationis ſuper protracta vel denegata iuſtitia in ea decernendae (b), niſi qua fortaſſe natura cauſae, veluti criminalis e. g. impediat, quo minus haec ipſa deuolui poſſit; quo caſu tamen *mandata de adminiſtranda iuſtitia* cum in genere tum ſuper ſpeciali capite, in quo forte morae nectuntur, locum habent. Et quemadmodum II) in criminalibus, appellatione licet remota, de NVLLITATE tamen conqueri licet (c); ſic nec *priuilegia de non appellando* querelae nulli-

tatis

Digitized by Google

tatis obſtare cenſentur, modo principaliter haec ſuper *nullitate*, quam vocant, *inſanabili* inſtituatur (d).

(a) A. B. cap. II. §. 3. ſq., vid. ſupr. §. 290. not. *b*. R. I. 1512. §. 58. al. 13.: "Daß ein jeder **in dem Gerichte**, darein er ohne Mittel gehörig **iſt**, vorgenommen werden ſoll, **es wäre dann**, daß einem **das Recht verſagt**, **oder** ihm das **nicht vollzogen** werden möchte, und das **kündlich** wäre oder gemacht würde, wie recht iſt, vor dem Richter, da er die Ladung begehrt; ſo ſoll der Kläger des Antworters Herrſchaft, oder nächſte Obrigkeit derſelben darum erſuchen, ihm zu Recht zu verhelfen, und wo die ihm auch nicht verhelfen wollte, ſo mag er **ſolches an unſer K. C. G. bringen**, **daſelbſt ihm förderlich verholfen werden** ſoll". Repetiit haec O. C. 1555. P. 2. tit. I. §. 2., ſed magis definite praeſcripto menſis ſpatio verbis: "es wäre dann Sache, daß **einer** die ordentlichen Untergerichte **um Recht erſucht**, und ihm die darauf **in Zeit eines Monaths** nach beſchehenem Erſuchen zu Recht nicht verholfen, oder ihm das kündlich verſagt, oder mit Gefährde verzogen wäre ꝛc".

(b) R. D. 1600. §. 27. (*Conc.* II. 28. §. 3.): "ſollen *promotoriales* —, zu Beförderung des Rechtens erkannt, und darinn eine gewiſſe geraume Zeit nach Geſtalt und Gelegenheit des Orts und der Sachen **beſtimmt** werden. **Da dann** den Supplicanten innerhalb derſelben **nicht verholfen**, ſondern das Recht **verſagt**, oder ſonſt gefährlich verzogen, und keine adminiſtratio zu ſpühren; wollen wir, daß alsdann, **doch auf vorgebrachte** *documenta*, die **Hauptſache**, **in dem Stand** ſie befunden, *ad cameram* **devolvirt** und **erwachſen** ſeyn, und daſelbſt gebührender maſſen verfahren werden ſolle und möge ꝛc."

 (c)

Digitized by Google

(c) R. I. 1530. §. 95., O. C. 1555. part. 2. tit. 28. §. 5., *Conc.* II. 31. §. 14.

(d) O. C. 1521. tit. 21. §. 1., O. C. 1555. part. 3. tit. 34., *Conc.* III. 40., R. I. N. §. 121. 122.

B) *Res iud. ciuitatum imp.* §. 294. *In ciuitatibus imperii* I) paſſim *inferiora* primae inſtantiae *iudicia* ſingulari ratione ſunt conſtituta, et ab iis *in ſecunda* demum *inſtantia* aditus *ad ſenatum* permiſſus. In hoc tamen II) vbiuis etiam iudicia exerceri ſolent, et a quouis ſenatu immediate patet *appellatio ad ſuprema imperii tribunalia*, paſſim quidem priuilegiis etiam circumſcripta, ſed illimitatis necdum vsquam penitus ſublata.

## SECT. VII.

### DE IVDICIIS CAESAREIS PROVINCIALIBVS ALIISVE NOVIS IMP. IVDICIIS.

§. 295.

I) *Iudicia caeſ. prouincialia.* In quibusdam Germaniae regionibus ex antiquiore rei iudiciariae formula ſuperſunt IVDICIA PROVINCIALIA CAESAREA (kaiſerliche Landgerichte), ſiue iudicia, quae auctoritate caeſarea in

in certis definitis tractibus exercent iurisdictionem primae inſtantiae tum in immediatos concurrentem cum ſupremis imperii tribunalibus, tum in mediatos concurrentem cum territoriali eorum foro, vtramque ſubordinatam ſupremis iudiciis imperii. Talia ſunt adhuc iudicia *Rothwilae, Weingartenſe*, ſeu quod in ſpecie vocatur *iudicium prouinciale Sueuiae*, item *Onolsbacenſe* in Franconia, etc. De quibus *abolendis* iam in pace Weſtphalica mentio *iniecta* (a), eaque repetita in capitulationibus nouiſſimis fuit (b), ſed adhucdum effectu deſtituta (c).

(a) I. P. O. art. 5. §. 57.: "Quum *de abolendis curia imperiali Rottwilae, iudiciis prouincialibus Sueuiae* et aliis hinc inde per imperium „hactenus vſitatis, mentio iniecta fuerit, resque „haec grauioris viſa ſit momenti, de his quoque „vlterior deliberatio ad proxima comitia remiſſa „eſto".

(b) CAPITVL. (1653. 1658. ſq.) art. 18. §. 8. 11.: "Als auch von Churf., F. u. St. ſchon von langen Jahren her ſowohl wider das kaiſerliche H. G. zu Rothweil, als das Weingartiſche und andere Landgerichte in Schwaben allerhand groſſe Beſchwerung vorgekommen, auf unterſchiedlichen hiebevorigen Reichsconventen angebracht und geklagt, daher auch im Friedens-Schluß deren Abolition halber allbereit Veranlaſſung geſchehen; ſo wollen wir alles Ernſtes daran ſeyn, daß ſolchen der Stände, einſchließlich der Reichsritterſchaft, Beſchwerden würklich aus dem Grund abgeholfen, und wegen der Abolition erſtberührter Hof- und Land-Gerichte auf dem Reichstage baldmög-

 lichſt

**lichſt ein gewiſſes ſtatuirt**, **immittelſt** aber und **innerhalb einer Jahrsfriſt**, die eine zeither wider die alte Hof- und Landgerichts-Ordnung **extendirten Ehehafts-Fälle abgethan**, und die dabey befindlichen exceſſus und abuſus, zu welcher Erkundigung wir ohnintereßirte Reichsſtände cheſtens deputiren, und ſolches an die Churmainziſche Canzley, nur daß von dannen den übrigen des h. R. R. Churf., F. u. St. davon Nachricht gegeben werden möge, notificiren wollen, förderlichſt aufgehoben, **ſonderlich aber**, Churf. F. u. St. bey ihren dawider erlangten **Exemtions-Privilegien**, ohngeachtet ſolche caßirt zu ſeyn, vorgewandt werden möchte, **gehandhabet** werden; und **nächſtdem jedem Gravirten frey ſtehen** ſoll, von mehrerwehnten Hof- und Land-Gerichten entweder ad aulam caeſaream oder an unſer und des Reichs C. G. ohne einige unſere Widerrede oder Hinderung **zu appelliren**; In alle Wege aber wollen wir der Churfürſten und ihrer Unterthanen, auch anderer von Alters hergebrachter **Exemtion** von berührten Rothweiliſchen, und andern Gerichten bey ihren **Kräften erhalten**, und ſie dawider nicht turbiren, noch beſchweren laſſen". Conf. **Moſers** Anmerk. zu Franc. I. Wahlcap. part. 2. p. 258-320.

(c) Omnium itaque horum prouincialium iudiciorum *iurisdictio in quoscumque*, *qui* in ſuo cuiusque iudicii tractu *degunt*, quique *ſingulari* contra illud *exemtione non muniti* ſunt, ſiue mediatos, ſiue immediatos adhuc locum habet *in prima inſtantia*, adeo vt penes quemque actorem ſit optio, vtrum mediatum coram magiſtratu eius ordinario, immediatum coram ſupremo alterutro tribunali imperii, an vtrumque in iudicio iſto prouinciali conuenire velit; a quo tamen *in ſuperiore inſtantia* deinde ſemper *ad ſuprema tribunalia* patet aditus. Ipſisque iudiciis prouincialibus inſtantiae ſuperioris iurisdictio nulla eſt.

§. 296.

Digitized by Google

§. 296. In poſterum vt nec *nouum imperii* tribunal conſtituatur, nec antiquum mutetur, niſi e conſenſu comitiali, diſerte legibus cautum eſt (a). m) *Noua iudicia imp.*

(a) Capitvl. (perpet. et 1711.) art. 16. §. 3.: "Wir ſ. u. w. auch kein altes Reichsgericht verändern, noch ein neues aufrichten, es wäre dann, daß wir mit Churf., F. u. Ständen. ſolches auf einem allgemeinen Reichstage für gut befunden".

## Sect. VIII.

### De iure statvvm de non evocando avt qvatenvs adhvc ivrisdictio caesarea in mediatos fvndata sit?

§. 297.

Citra eos caſus, quibus iudicia prouincialia caeſarea adhuc cognoſcere poſſunt in prima mediatorum inſtantia, id, quod *olim priuilegiis de non euocando* caueri ſolebat, *hodie iuris vniuerſi* eſt, *neminem mediatum*, in cauſa ſeu perſonae ſeu rei ſitae intuitu ad forum territoriale pertinente, praeterita inſtantia territoriali, ad ſuprema imperii tri- n) *Regula: mediatos non eſſe euocandos*



Digitized by Google

tribunalia *euocari poſſe* (a). Nec vel *prorogatio fori* a mediatis aliter, quam conſentiente magiſtratu eorum territoriali, admittitur.

(a) O. C. 1495. tit. 25.: die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu laſſen; R. I. Treuir. et Colon. 1512. §. 58. ſeu tit. 4. §. 13., O. C. 1521. tit. 30., O. C. 1555. P. 2. tit. 1. et tit. 5. §. 2. ſ. C. O. C. II. 5. §. 1. vbi notanter tum perſonarum tum rerum mentio fit: "und ſolle ſonſt ein jeder dem Reiche ohne Mittel nicht, ſondern anderer Herrſchaft unterworfen, oder aber ſolcher Sachen halber, die in eines Churfürſten, Fürſten oder Herrſchaft Gericht ohne Mittel gehörig, bey demſelben ſeinem ordentlichen Richter laut der Ordnung bleiben". Capitvl. (1519.) art. 18. §. 3. 4.: "Wir wollen auch die Churf., F. und Prälaten, Grafen, Herren und andere Stände des Reichs, die unmitt. Reichs-Ritt. mit begriffen, und dero allerſeits Unterthanen im Reiche mit rechtlicher oder gütlicher Tageleiſtung von ihren ordentlichen Richtern nicht bringen, erfordern oder vorbeſcheiden, ſondern einen jeden (1653.) bey ſeiner Immedietät, priuilegiis de non app. et euocando — bleiben laſſen". Conf. ſupra §. 290. not. *f*.

II) *Exceptiones ab hac regula.*

§. 298. Aliunde tamen adhuc fieri poteſt, vt in *mediatos primi fori iurisdictio caeſarea* exerceatur, ſi qua *natura cauſae* hanc ita fundat, vt nec mediati ab illa eximantur, veluti quod I) contingere poteſt in *cauſis* imperii *fiſcalibus* (a), et II) ob *continentiam cauſae*, ſi mediatus in vna eademque cauſa ſimul cum immediato conuenitur (b), vti et in ſimili plurium forte *cauſarum*

*con-*

*connexitate*, atque III) ob beneficium *miſerabilium perſonarum*, ſi quis mediatus in territorio adhuc appellabili a tali quadam perſona conuenitur (§. 286.).

(a) O. C. 1555. P. 2. tit. 9. (*Conc.* II. 10.) rubr. von Perſonen und Sachen, die ihrer Art und Eigenſchaft wegen, ungeachtet ob ſie mit oder ohne Mittel dem Reiche unterworfen, in erſter Inſtanz an das k. C. G. gehörig; und erſtlich: daß von wegen Ueberfahrung des kaiſerl. Landfriedens am C. G. geklaget werden möge".

(b) Continentia autem an tum quoque, ſi *plures mediati* e diuerſis territoriis ſimul conueniuntur, forum caeſareum fundet, legibus imperii necdum deciſa quaeſtio eſt, vti liquet, ſi comparaueris *dubium camerale* 8. de a. 1594. cum R. D. 1600. §. 140. et C. O. C. II. 9.

---

SECT.

Digitized by Google

# SECT. IX.

## DE FINIBVS REGVNDIS INTER CAVSAS IVSTITIAE ALIASQVE, QVAS VOCANT, CAVSAS REGIMINIS

## SIGILLATIM QVOQVE DE CAVSIS EXEMTIS A IVRISDICTIONE SVMMORVM IMPERII TRIBVNALIVM.

§. 299.

1) *Cauſae iuſtitiae non alia quam via iuris tractandae ſunt;*

Haud raro principis nomine leges feruntur, quibus *ius quaeſitum* ſuum violari contendit vnus alterue ciuis, aut plane ſingulo cuidam ciui iniunguntur denegantur~~ue, quae ſibi~~ iniungi vel denegari neſas ille exiſtimat. Vtroque caſu I) vtrum iure ſubſiſtant, quae principis nomine fiunt, definiri nequit, niſi audita vtraque parte, ideoque CAVSA IVSTITIAE eſt, in *via iuris* tractanda. Quae 1) *ſi denegatur*, quaue neglecta ſi violenter et *via facti* proceditur; aditus laeſis ad *ſuprema imperii tribunalia* patet ad obtinendum promotoriales mandataue de non via facti ſed iuris procedendo

dendo S. C. Sin 2) *via iuris* admittitur, aut nomine principis agitur a procuratore camerae *in foro rei territoriali*, aut a ciue, qui ſe laedi queritur, agitur aduerſus officialem cameramue principis ſimiliter in foro territoriali, ſaluo beneficio transmiſſionis actorum et appellationis ad imperii, aut, ſi inappellabilis princeps fuerit, ipſius territorii ſuprema tribunalia. II) Ipſe princeps quo minus in eiusmodi cauſis conueniri queat in ſupremis imperii iudiciis, non ſolum *inſtantia Austraegali* tutus eſt, ſed et ſpeciali obſeruantia, vi cuius non aliter quam *in ſuis ipſorum iudiciis* a ſubditis ſuis conueniri poſſunt principes (a).

(a) GAIL. lib. I. *obſ.* I. n. 19., MEVIVS part. I. *deciſ.* 62. n. 8., part. 4. deciſ. 230. Conſ. O. C. 1500. tit. II. (*Conc.* part. 2. tit. 4. §. 21. p. 522.) O. C. 1521. tit. 34. §. 22. (*Conc.* part. 2. tit. 6. §. 2. p. 523.) R. I. 1594. §. 94. 95. (*Conc.* part. 2. tit. 31. §. 16-18. p. 571.) R. I. N. §. 105. 106. CAPITVL. (1658.) art. 19. §. 6. 7. Rechtsfälle 3. B. I. Th. S. 247.

§. 300. Eadem ratione iuſtitia recte adminiſtranda merito haud patitur alia *ſuperiorum*, niſi ſuperioris fori in ſingulis cauſis *praeſcripta*, niſi I) plane *extra ordinem* eadem ratione, qua *iura* ciuium *quaeſita* negliguntur (§. 119.), nomine ſupremae poteſtatis quid praeſcribi neceſſitas *ſalua iudiciorum ſubordinatione ſub ſuprema poteſtate.*

tas iubeat (a); aut II) *leges* a iudice *manifeſte neglígi*, citra ſingularis cauſae cognitionem liqueat. Eatenus enim III) legislatoriae poteſtati, quamdiu de normis generalibus agitur, ſe ſubtrahere non poſſunt iudicia; multoque minus IV) quae *ſupremae* vel *legislatoriae* ſunt *poteſtatis*, *ſibi* ipſis *ſumere* poſſunt. Vnde et V) *limites* collegiorum ſoli *iuſtitiae* dicatorum, et praerogatiuae eorum, quibus ſimul aliae regiminis curae commiſſae ſunt, intelliguntur (b).

(a) Vide e. g. Struben Bedenken tom. 3. p. 51.

(b) Generatim huc pertinet Strube von Regierungs- und Juſtitz-Sachen, Hildesheim 1733. 4.

*II) Speciatim exemtae a iudiciis imperii ſunt I) cauſae interpretationis authenticae;*

§. 301. Praeſertim ab AVTHENTICA legum INTERPRETATIONE ſe abſtinere oportet qualescumque iudices, ſpeciatim quoque ſuprema imperii tribunalia, non quidem ob qualemcumque litigantium prouocationem ad illius neceſſitatem, ſed quando ipſis iudicibus *lex ambigua* eſt, aut ſi quando *controuerſa interpretatio* eſt non ſolum inter ipſas partes litigantes, ſed ſimul *inter eos*, *quorum controuerſiae non decidi poſſunt ab iſtis tribunalibus*, veluti ſi caeſar et corpus ſtatuum, ſeu corpus catholicorum et euangelicorum inter ſe diſſentiunt, cet. (a).

(a)

(a) Sic equidem opinor, intelligenda eſt ſanctio I. P. O. art. 5. §. 55.: "Si qua *dubia circa* „*interpretationem* conſtitutionum ac receſſuum imperii publicorum occurrunt, — remittantur ad „comitia;" et CAPITVL. (1711.) art. 2. §. 5. verbis: "noch allein die Interpretation der Reichs-Satzungen und Friedensſchluſſes vornehmen (add. 1742.: noch dergleichen unſerm R. H. R. oder C. G. geſtatten.)" ꝛc. Conf. diſſ. meam *de iure et officio ſummorum imp. trib. circa interpretationem legum*, in *opuſc.* p. 185. ſq.

§. 302. Similis fere ratio eſt CAVSARVM CIRCVLARIVM, quatenus hae a ſummis imperii tribunalibus ſpeciatim exemtae ſunt, nempe quae *rem circulorum* internam *bellicam*, *ciuilem* ſeu *oeconomicam* concernunt (a). Haec enim exemtio intelligenda de iis caſibus, quibus *per modum poteſtatis legislatoriae* circulus aliquis in corpore ſeu per maiora quid ſtatuit, quod merito in iudiciis impugnari amplius non poteſt. Nihilo tamen ſecius et *in circulos fundata* manet ſummorum tribunalium *iurisdictio*, ſi vel a tertio e. g. ex contractu alioue negotio quemdam conueniri contigerit, vel ipſum quoddam membrum circuli ſe maioribus haud teneri, e. g. ob ius quaeſitum, cet. contenderit. *2) cauſae circulorum imp. conſtitutionem internam concernentes;*

(a) R. I. N. §. 180.: — "ſoll auf den Fall ſich jemand obbeſagter Executionsordnung widerſetzen, und am k. R. H. R. oder k. C. G. einigerley Proceſſe dagegen zu ſuchen ſich gelüſten laſſen wür-

würde, ein ſolcher keineswegs angehöret, ſondern a limine iudicii ab- und zu ſchuldiger Parition angewieſen — werden". Capitvl. (perpet. et 1711.) art. 12. §. 3. 4.: "Wollen auch nicht hindern, ſondern vielmehr daran ſeyn, daß ſie (ſcil. circuli) laut inſtrumenti pacis und der Reichsconſtitutionen, in Verfaſſung geſtellt, und darinn beſtändig erhalten, und alles das, was in der Executionsordnung und deren Verbeſſerung verſehen, gebührend beobachtet, add. 1742. §. 4.: den Reichsgerichten aber keineswegs geſtattet werde, in die innere Kriegs- civil- und oeconomiſche Verfaſſungen der Reichskreiſe Hand einzuſchlagen, darüber auf einigerley Weiſe zu erkennen, oder wohl gar Proceſſe ausgehen zu laſſen".

3) *cauſae banni imperialis.* §. 303. Denique in *modo decernendi bannum* (§. 245.) quum olim in cauſis ſtatuum *iudicium principum* adhiberi ſoleret, poſthaec vero ſolus caeſar, ſummaque eius tribunalia ſibi hoc ius vindicare adniterentur; controuerſia hac de re nata ne *pace* quidem *Weſtphalica* componi potuit (a), donec tandem confecta ſingularis conſtitutio, eaque inſerta nunc *capitulationibus nouiſſimis*, vt *acta* quidem *inſtrui* in alterutro ſupremo tribunali poſſint, ſed ferendae ſententiae ergo *ad comitia mitti* debeant, atque hic *per deputatos* ex tribus imperii collegiis *ſecundum paritatem religionis* conſtituendos cauſam cognoſci oporteat (b); ſin ſecus, *nulla* ſit proſcriptio (c), nec generatim ea *agnatis innocentibus* obſit (d).

(a)

(a) I. P. O. art. 8. §. 3.: "in proximis comi-„tiis — *de modo et ordine in declarando* vno vel „altero *ſtatu in bannum imperii*, praeter eum, „qui alias in conſtitutionibus imperii deſcriptus „eſt, tenendo — agatur".

(b) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 20. §. 3. 4. 5.: "Wir ſ. u. w. "in denen künftigen caſibus, darinn nach Beſchaffenheit des Verbrechens auf die Acht oder Privation entweder von kaiſerlichen Fiſcalamts wegen, oder auf Berufen des lädirten und klagenden Theils zu procediren, und in Rechten zu verfahren, und darüber wir entweder an dem Reichshofrath oder unſerm und des Reichs C. G. pro adminiſtratione iuſtitiae angerufen und implorirt werden, zuförderſt in Decretirung oder Auslaſſung derer, auf die Reichs-Acht, oder Privation gebetenen Ladungen und Mandate, ſodann in der Sachen weitern Ausführung bis zum Beſchluß auf des heil. Reichs hierüber vorhin gefaßte Geſetze und C. G. O. genaue und ſorgfältige Achtung geben, damit der Angeklagte nicht praecipitiret, ſondern in ſeiner habenden rechtmäßigen Defenſion der Nothdurft nach angehöret werde. Wann es dann zum Schluß der Sache kömmt, ſo ſollen die ergangenen acta auf öffentlichen Reichstag gebracht, durch gewiſſe hierzu abſonderlich vereidigte Stände, (den Prälaten- und Grafen-Stand mit eingeſchloſſen) aus allen dreyen Reichs-Collegiis in gleicher Anzahl der Religion examinirt und überlegt, deren Gutachten an geſammte Churf. u. St. referirt, von denen der endliche Schluß gefaßt, und das alſo verglichene Urtheil, nachdem es von uns, oder unſerm Commiſſario gleichfalls approbirt, in unſern Namen publicirt, auch die Execution ſowohl in dieſem als anderen Fällen anders nicht, als nach Jnhalt der Executionsordnung, durch den Kreis, darinnen der Aechter geſeſſen und angehörig, vorgenommen und vollzogen werden".



Digitized by Google

(c) Capitvl. (perpet. et 1711.) art. 20. §. 10.: "Wann auf vorbeſchriebene Maaſſe, Form und Weiſe, wie von Puncten zu Puncten verſehen, nicht verfahren würde; ſo ſoll alsdann ſelbige ergangene Achtserklärung und Execution ipſo iure für null und nichtig gehalten werden". Conf. quoque *concluſum corporis euangelicorum* d. 29. Nou. 1758. in der Teutſchen Kriegs-Canzley 1758. tom. 3. p. 705. ſq.

(d) Capitvl. (perpet. et 1711.) art. 20. §. 8.: "Geſtalten auch im h. R. R. bey verwürkten Gütern des Aechters, deſſelben Verbrechen den Agnaten, und allen anderen, ſo Anwartung und Recht daran haben, und ſich des Verbrechens in der That nicht theilhaftig gemacht, an ihrem iure ſuccedendi in feudum und Stammgütern nicht präjudiciren, ſondern das principium, als ob auch agnati innocentes, propter feloniam des Aechters, des dadurch verwürkten Lehens und andern zu priviren, keineswegs ſtatt haben ſoll".

Sect.

Digitized by Google

# Sect. X.

## de ambORVM IMPERII TRIBVNALIVM HABITV ERGA SE INVICEM.

§. 304.

Ambo ſuprema imperii tribunalia, quatenus ſummam in Germania iurisdictionem exercent, aequali quidem poteſtate ſunt munita; ſed ex eo, quod *tribunal aulicum ſimul a conſiliis imperatori eſt* (§. 275.), haud exiguae eius *praerogatiuae prae camera imperiali* enatae ſunt, veluti in primis vt et citra iuſtitiae cauſas, quibus ſolis tribunal camerale occupatur, in conſilium ab imperatore vocari poſſit ac ſoleat. Quare I) non ſolum curam eorum habet, quae ad *curiam feudalem* circa feuda imperii pertinent, ſed et II) in *rebus gratiae* imperatori a conſiliis eſt; quin etiam III) de *interpretatione* authentica *priuilegii caeſarei*, quam camerale tribunal ſimpliciter ad imperatorem remittere oportet, praeuio voto ad imperatorem ſtatuere poteſt (a). Nec denique IV) *cauſae Italicae* videntur vnquam in camera imperiali tractatae

*I) Non concurrunt ambo imperii iudicia 1) in praerogatiuis conſilii imp. aul.*

 tae

tae fuiſſe, hodieque certum eſt, eas priuatiue ad forum imperiale aulicum pertinere (b).

(a) Progr. meum *de interpr. priuil. caeſ.* in *opusc.* p. 273. ſq.

(b) Diſſ. mea *de ſummor. imp. trib. concurr. iurisd.* §. 23. in *opusc.* p. 355.

*2) in foro cuiusque priuilegiato.*

§. 305. Deinde ſummorum imperii tribunalium qualiacumque membra, incluſis etiam acceſſoriis perſonis, vti merito *forum priuilegiatum* habent; ita hanc quoque *ſingularem iurisdictionis ſpeciem* vtrumque tribunal in ſua cuiusque membra priuatiue exercet. Sigillatim ſic I) *camerae imperiali* in iudicem, praeſides, aſſeſſores, procuratores, aduocatos, et cancellariae officiales, eorumque familias eſt *iurisdictio omnimoda*, non ciuilis ſolum, ſed et *criminalis* (a), nec ab hac exemtae ſunt *perſonae cancellariae*, licet vel maxime ceterum, quod ad officium attinet, ſubiectae inſpectioni et correctioni electoris Moguntini (b). II) Quod ad *conſilium imperiale aulicum* attinet, eius par in hac re ratio eſt, niſi quod maior hic conflictus ſit cum reliquis imperatoris aulicis et hereditariis iudiciis (c).

(a) O. C. 1555. I. 49. §. 1., *Conc.* I. 63. pr., R. I. N. §. 141.: "Daß C. R., Präſidenten, Beyſitzer, Advocaten, procuratores, protonotarii, nota-

notarii, Leſer, Schreiber, Boten, und alle an-dere zum C. G. gehörige Perſonen, auch der nach-gelaſſenen **Wittwen und Kinder**, ſo **lange ſie ihr häusliches Anweſen an und bey dem C. G. haben**, ohnverrückten Stand halten, **und ſich der Orten nicht** in der Bürgerſchaft verheyrathen, oder ſonſt **unter andere Jurisdiction begeben**, ſammt allem **ihrem Hausgeſinde und Haushaltung**, ſo **lange ſie in den Schranken ihrer Cameral-Function verbleiben, aller Orten Ungelds, Dats, Mauth, Zoll und aller Beſchwerung, auch anderer Ge-richtszwänge frey** ſeyn, und damit durch nieman-den in keine Wege beſchweret, ſondern bey ſolcher Befreyung unbetrübt gelaſſen, und gehandhabt, — beneben gleichwohl ſie die Cammergerichts-Ver-wandten ſich auch **keiner Wirthſchaft oder Kauf-mannſchaft** gebrauchen ſollen".

(b) O. C. 1555. part. I. tit. 27. §. 6., R. V. 1556. §. 27., R. D. 1557. §. 29. al. 36., C. O. C. part. I. tit. 30. §. 11. 12.: "Wo in der Canzley an derſelben Beamten und Dienern — **ihrer Per-ſonen und Aemter halber** Klage wäre, oder **Man-gel an Fleiſſe** oder andern geſpühret würde; ſo ſoll unſer Neve, der Erzbiſchof und Churfürſt zu Mainz, dieſelben Mängel und Gebrechen, als Erzcanzler des heil. Reichs in Germanien, von allen Perſonen, ſo der Canzley verwandt, — **er-kundigen** laſſen, und vermöge der Ordnung **ab-ſchaffen**. Und — ſoll obgemeldtem Erzbiſchofe und Churfürſten dieſelbigen **zu beurlauben oder in andere Wege zu ſtrafen** unbenommen ſeyn; Doch C. R. u. B. dieſelben ihrer Mißhandlung nach, wo es derſelben Gröſſe und Wichtigkeit er-fordert, vermöge der Ordnung zu ſtrafen, hiermit vorbehalten, auch der gemeinen General-Viſita-tion (et quod ex legibus anterioribus repetendum erat: und ſonſten der Ordnung) dadurch nichts benommen". Conf. progr. meum *de foro delin-quentis officialis cancellariae* in *opuſc.* p. 296-432.



Digitized by Google

(c) *Ord. iud. imp. aul.* tit. I. §. 8.: "Soll unſer R. H. R. Präſident, und Räthe, auch andere Perſonen zum R. H. R. gehörig, ſo lange ſie ihr häuslich Anweſen bey und an dem R. H. R. haben, sammt allem ihren Hausgeſind und Haushaltung, auch ihren verlaſſenen Kindern und Wittwen, ſo lange ſie ſich nicht anderwärts verheyrathen, oder anderswohin begeben, aller Perſonal-Auflagen und Beſchwerung, auch von Vormundſchaften, und andern Gerichtszwang frey, und in unſerm kaiſerlichen Schutz und Protection begriffen ſeyn; Jedoch ſollen ſie ſich Gaſtung und Kaufmannſchaften nicht gebrauchen. Da auch die Wittwen oder ihre Kinder ſich in andere Orte begeben wollten; ſollen dieſelbe ohne Unterſchied der Religion freyen Abzug haben, und keine Nachſteuer zu bezahlen ſchuldig ſeyn". CAPITVL. (1658. perpet. et 1711.) art. 25. §. 6. ſq.: "Wie ſelbige (R. H. Räthe) dann auch wegen der Zoll-Steuer- und anderer Beſchwerden Befreyung den C. G. aſſeſſoribus gleich gehalten werden; Und — von unſerm (add. 1742.: Hofmarſchallamt), unſerer Lands-Regierung, und anderer Gerichte und Beamten Jurisdiction, auch ſoviel die Obſignation, Sperrung, Inventur, editiones der Teſtamente, Verſorgung ihrer Kinder und deren Tutelen, und dergleichen betrifft, weniger nicht von allen Perſonal-*oneribus* allerdings befreyet ſeyn".

II) *Ceterum concurrunt, et* 1) *valet praeuentio*,

§. 306. Quatenus *ceterum concurrens* eſt amborum tribunalium *iurisdictio*; eatenus penes actorem eſt electio fori, atque illud tribunal, cuius primum citatio inſinuatur, *praeueniſſe* cenſetur alterum (a). Exceptio tantum ſingularis eſt 1) *priuilegium electionis fori*, quod regi Sueciae qua ſtatui Germaniae (b), et domui Brunſuico-

Lu-

Digitized by Google

Luneburgicae (c) in caſum, ſi conueniantur, datum eſt; et vel II) electio fori pactitia (d), atque III) *iuſtitium*, quod iudicii cameralis praeuentionem per aliquot annos ſub initium huius ſeculi efficacitate deſtituit (e).

(a) *Ord. conſil. imp. aul.* de 1654. tit. 2. §. 8.: "So wollen wir auch, daß unſer R. H. R. ſonſten und in denen Fällen, darinnen wir und unſere Vorfahren am Reich unſerm C. G. concurrentem iurisdictionem — mitgetheilt haben, demſelben ſeinen ſtracken Lauf laſſen, und per auocationem cauſarum nicht verhindern, wenn nehmlich ſolche Sachen allbereit daſelbſt durch ausgewürkte und inſinuirte Citation anhängig gemacht worden". Capitvl. (1653.) art. 16. 17.: "Die am kaiſ. C. G. anhängig gemachte und noch in unerörterten Rechten ſchwebende Sachen von dar nicht ab, noch an unſern R. H. R. gefordert, (add. 1658.: noch von uns aufgehoben, und dagegen inhibiret, oder ſonſten in andere Weiſe reſcribiret) ꝛc. Conf. *opuſc.* mea p. 38. ſq.

(b) I. P. O. art. 10. §. 12.: "Si contigerit, „ipſos (ſc. Reges Sueciae) tamquam duces „Bremenſes, Verdenſes, aut Pomeraniae, vel „etiam vt principes Rugiae, aut dominos Wis„mariae ex cauſa dictas ditiones concernente ab „aliquo legitime conueniri; Caeſarea maieſtas „liberum eis relinquit, vt *pro ſua commoditate „forum eligant* vel in aula caeſarea, vel camera „imperiali, vbi actionem intentatam excipere ve„lint. Teneantur tamen intra tres menſes a die „denunciatae litis ſeſe declarare, coram quo iu„dicio ſe ſiſtere velint".

(c) Vide *priuilegium* Ferdinandi III. de 24. Nou. 1648. vna cum obſeruationibus auctoris anonymi de 1726. apud Lvdolf. in *catal. priui-*

*leg. de non appell.* p. 95. ſq. Franc. Dom. Haeberlin diſſ. *de priuilegio electionis fori Auguſtae domus Brunſuico-Luneburgicae*, Helmſt. 1760.

(d) Rechtsfälle II. B. 1. Th. S. 214.

(e) Iuſt. Henn. Boehmer diſſ. *de eo, quod iuſtum eſt durante iuſtitio*, Hal. 1705.

*et 2) par amborum conditio eſt.*

§. 307. Sicuti vero in iurisdictione concurrunt, ita et reliqua ſunt *paria* amborum tribunalium *iura* (a). Et quamuis omiſſus ſit in capitulationibus nouiſſimis paſſus, qui praecedenti (1742.) inſertus fuerat, vt nec *promotoriales, litterasue informatorias aut inhibitiones* camerae ſolus imperator mitteret (b); tamen nec hodie in conſilio imperiali aulico tale quidquam decerni poſſe, contendunt camerales (c).

(a) In capitvl. (1711.) art. 16. §. 7. promittit imperator: "keinem Reichsgerichte von dem andern eingreiffen, oder proceſſus avociren, vielweniger über die ſententias und iudicata camerae vom R. H. R. cognoſciren zu laſſen, (add. 1742.: dem C. G. durch keine abſonderliche Reſcripta die Hände zu binden") ꝛc. Conf. *Ord. iud. aul.* tit. 2.

(b) Nimirum in capitvl. Car. VII. (1742.) art. 16. §. 8. inſertus erat hicce paſſus: "Inſonderheit ſ. u. w. wir an das Reichs C. G. vor uns alleine keine promotoriales, Schreiben um Bericht, inſtructiones oder inhibitiones erlaſſen, eben ſo wenig auch in particulari zu gleichem Ende an unſern und des Reichs C. R. daſelbſt, ſondern dafern etwas an dieſes Gericht zu erinnern, daß ſolches von uns und des Reichs Churfürſten, Fürſten und Ständen zugleich geſchehe, in Obacht nehmen". Sed contra concluſum et contra mentem

tem protocolli electoralis irrepſiſſe fertur hic paſſus, ideoque omiſſus in capitvl. Francisci I., Moſers Ammerk. zur Wahlcap. Franz. des I. p. 232.

(c) Lvdolf. *ius. cam.* ſect. 1. n. 6. p. 7. et n. 15. p. 10., item *ad obſ. Magenhorſt.* 57. p. 281.

# Sect. XI.

## DE EXSECVTIONE EORVM, QVAE IVDICATA SVNT A SVMMIS IMP. TRIBVNALIBVS.

### §. 308.

Exsecvtio *ſententiarum*, quae *in mediatos* non aliter, quam per magiſtratum cuiusque territorialem, *in ipſos ſtatus* non aliter quam per directores cuiusque circuli fieri poteſt (§. 244.), quod ad *formam* attinet, a iudicio camerae imperialis per *mandata de exſequendo*, a conſilio imperiali aulico per *commiſſiones exſecutionis* decerni ſolet. Et in iis quidem circulis, quorum *duo* ſunt *directores*, ordinarie vtrique *iunctim* exſecutio demandatur, nonnumquam tamen, ſi res ita fert, cum clauſula ſammt und ſonders, vel plane ſammt oder ſonders. Sin iuſſui exſecutionis mo- *Exſecutio ordinaria ſententiarum,*

morem haud gerunt, haec *transſcribitur* ad vicini circuli directores. Eumque circulorum ordinem nec a *conſilio imperiali aulico* minus, quam a iudicio camerali, obſeruari fas eſt.

*aliorum quoque iudiciorum;* §. 309. Nec ſua tantum ipſorum iudicata, ſed et I) *ſententias deputatorum imperii* aut *Austraegarum* vt ad exſecutionem perducant ſuprema tribunalia, implorari poſſunt. Quin II) contra ſtatuum etiam magiſtratus immediate iudiciis imperii ſubordinatos, ſi iuſto diutius in exſecutione iudicatorum cunctantur, obtineri poſſunt a ſupremis tribunalibus *mandata de exſequendo propriam ſententiam*.

*vel extraordinaria aliorum iudicatorum.* §. 310. Vtrumque autem ſupremum tribunal ab ordinaria ſententiarum exſecutione diſtinguendos ſtatuit eſſe alios caſus, quando nondum deciſa cauſa, lege id permittente, media coactiua adhibenda ſunt tantum ad rem ſaluam ſeruandam, de qua lis eſt; veluti vbi quid *ſequeſtrari*, ſiue *arreſtum* ſiue *ſaluum* quoque *conductum* decerni opus eſt. Quibus in caſibus quando ſola ſummorum tribunalium decreta haud ſufficiunt; adhibere, quoad opus, media coactiua iubent alios, quorum poteſtas iis ſubordinata eſt, neque tali in

caſu

Digitized by Google

caſu tam ſtricte adligata ſe cenſent legibus ordinariae ſententiarum exſecutionis, quo minus aliis quoque, quorum commodius ſibi pollicentur auxilium, committere ea poſſint.

# SECT. XII.
## DE REMEDIIS ADVERSVS IVDICATA CAMERALIA.

§. 311.

Camera imperialis ab initio inde tamquam ſuprema omnium Germaniae ciuium inſtantia ſic inſtituta fuit, vt ne cogitaretur quidem de remediis contra eius iudicata admittendis. Nec proprie huc referri merentur, quibus reuera haud impugnatur ſententia, iuris communis praeſidio dudum inuecta *declarationis* et *reſtitutionis in integrum* remedia, licet poſterius hoc, modo intra quadriennium adhibeatur, atque noua releuantia proferantur, vel effectu ſuſpenſiuo gaudeat (a). *Remedia I) declar. II) reſtit. in int.*

(a)

Digitized by Google

(a) R. V. 1533. §. 5., O. C. 1555. part. 3. tit. 5., *Conc.* III. 62. in *corp. iur. publ.* p. 696.

III) *Reuiſio, eiusque* 1) *origo et indoles*,

§. 312. Directius *ad impugnanda* iudicata cameralia cum viſitatione camerali (§. 274.) mox introducta ſunt ad inſtantiam quorumdam ſtatuum grauatorum (a), deinde ipſa camera vrgente, noua REVISIONIS et SYNDICATVS remedia (b), quorum prius, a poſteriori mox ſeparatum, in eo conſiſtit, vt *cuilibet grauato liceat* profiteri *male iudicatum* eſſe, idque, vt relectis modo *actis prioribus* in proxima *viſitatione camerali* pronuncietur, rogare.

(a) R. I. Norimb. 1524. §. 23.

(b) R. I. 1532. art. 3. §. 16. 17.: "Als K. M. u. B. — angezeigt, dieweil ſich die Partheyen zu Zeiten beſchweren, als ſöllten unrechtmäßige Urtheile eröffnet werden, auf daß dann niemand wider Recht am höchſten Gericht verdrückt werde, gebührliches Einſehen zu thun ꝛc. Haben wir, auch Churfürſten, Fürſten und Stände dieſen Punct beſten Fleiſſes erwogen. Und damit unſer K. M. u. B. deſto fleißiger ſeyn, ſo ſie beſorgen müſſen, daß die Acta folgends nach geſprochener Urtheil auch beſichtigt, und niemand an unſerm K. G. Unrecht geſchehe, zudem, daß ſolches **unſern kaiſerlichen Rechten nicht entgegen**, ſo wider Endurtheil ſuppliciren zulaſſen, und **die Richter**, ſo unrechtmäßige Urtheil ausſprechen, **den Krieg ihr eigen machen**, und deshalb ad ſyndicatum geſtellt werden mögen: Setzen, ordnen und wollen wir, wo einige Parthey hinfürter vermeynt, daß ſie durch K. M. u. B. beſchwert, und **unrechtmäßige Urtheile** wider ſie geſprochen und er=

Digitized by Google

eröffnet, und derohalben C. R. u. B. gedächte zu ſyndiciren, daß denſelben ſolches zu thun, vermöge unſerer kaiſerlichen Rechte zugelaſſen ſeyn ſoll.“ ꝛc.

§. 313. Huic remedio praeſcripta modo haec requiſita ſunt, vt tum *cauſa reuiſibilis* ſit, talis nempe, qualis alias appellabilis (a), tum *ſumma reuiſibilis* adſit 2000. imperialium (b). Deinde *interpoſitio intra quadrimeſtre* coram Moguntino, vel, ſi eius interſit, Treuirenſi electore peragi, et iudicio camerali ſignificari; ſimulque *iusiurandum reuiſionis* a litigatore reuiſionem petente eiusque aduocato cauſae praeſtandum offerri, et *libellus* quoque *reuiſionis*, niſi ſimpliciter ad acta priora prouocetur, intra idem vel rite prorogatum fatale produci debet (c). 2) *formalia et fatalia.*

(a) R. I. N. §. 125.

(b) R. I. N. §. 127.

(c) R. I. N. §. 125.

§. 314. Interpoſita reuiſione ipſi camerae relicta eſt *cognitio ſuper admittenda reuiſione*, quod ad requiſita illa cauſae, ſummae, formalium et fatalium attinet. *Ipſius* autem *cauſae disquiſitio* exſpectanda demum eſt a viſitatoribus ſeu *reuiſoribus*, qui, praeuio prius *edicto caeſareo*, vi cuius ſinguli reuidentes monentur, vt intra quatuor men- 3) *Cognitio ſuper reuiſione;*

ſes

ſes ſub poena deſertionis et Moguntino et camerae de nouo indicent proſequendam reuiſionem ſuam (a), eorum dumtaxat cauſas, qui edicto illi ſatisfecerunt, in *ſenatus* prius distributi (b), ac, niſi quos camera forte recuſauerit (c), *ſacramento*, quod muneri reuiſorum conuenit, *adſtricti* (d), disquirere incipiunt, atque ſingula primum reuiſionum acta taxant, definiendo *pecuniam ſuccumbentiae* certò tempore a reuidente quouis deponendam (e). Deinde ſuper ipſis grauaminibus ex ſolis actis prioribus et comparato cum illis libello reuiſionis, adhibitisque ſimul impugnatae ſententiae auctoribus, horumue mortuorum relationibus, cognoſcunt.

(a) CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 10.: "Die Reviſionen betreffend, wollen und ſollen wir innerhalb gedachter drey Monathe von Antritt unſerer Regierung, **ein Edict ins Reich** ergehen laſſen, zufolge weſſen alle und jede Impetranten, **wegen Proſequirung der Reviſion**, ſich **innerhalb vier Monathen bey Chur-Mainz und dem C. G.**, ſub poena deſertionis **zu melden** hätten". Emanauerat iam tale edictum FERDINANDI III. d. d. Regensburg den 13. Dec. 1653. (vid. in MEIERN *actis comit.* tom. 2. lib. 12. §. 4. n. 4. p. 460.), worinn der letzte May 1654. zum Termin angeſetzt ward, in welchem ein jeder, ſo Reviſion in camera geſucht, ſub poena deſertionis **ſowohl bey dem C. G. als bey Chur-Mainz** ſich gebührend anmelden ſolle". Ad quod quum ſe retuliſſet R. I. N. §. 130. in f. ſequentibus verbis: "Des Churfürſten Liebd. ſollen auch denjenigen **Ständen**, welche

zu der Reviſion deputirt ſind, die Partheyen, welche ſich in dem durch unſer unlängſt ins Reich und deſſen Kreiſe ausgelaſſenes kaiſerl. Edict beſtimmten Termin, bey ihrer Canzley angegeben, benennen". De *antiquioribus reuiſionibus* ſufficere *ſoli Moguntino* indicatum reuiſionis proſecutionem ſtatuit CAPITVL. (1745.) art. 17. §. 8. verbis: "theils zu denen alten Reviſionen, wegen welcher die Partheyen gemäß dieſem Reichsabſchied §. 130. bey der Canzley zu Mainz ſich gemeldet haben". Nouiſſime iterum prodiit tale edictum d. 10. Oct. 1766.

(b) CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 8.

(c) C. O. C. I. 64. §. 7. ſq.

(d) C. O. C. III. 63. §. 17.

(e) O. C. 1555. part. 3. tit. 53. §. 2., *Conc.* III. 63. §. 7., R. I. N. §. 126.

§. 315. Ex quo autem viſitationes annuae in vſu haud fuerunt, omnes interpoſitae reuiſiones exitu caruerunt, et adhuc, quae quotidie interponuntur, carent, quamdiu viſitationes haud inſtaurantur. Vnde ardua dudum quaeſtio fuit, vtrum interpoſitae reuiſioni *effectus ſuſpenſiuus* tribuendus, an denegandus eſſet. Et initio quidem denegatus (a), ſed mox tamen conceſſus fuit effectus ille ſuſpenſiuus (b), donec tandem R. I. N. §. 124. in futurum iterum ademit hunc effectum (c), eumque reliquit ſolum reuiſionibus ante hanc legem interpoſitis (d), et quae porro in cauſis religionis interponerentur (e). *3) Effectus ſuſpenſiuus;*

(a)

(a) R. I. 1532. art. 3. §. 7.: "Doch daß nichts deſto weniger mit Execution der geſprochenen und erkannten Urtheil am C. G. vollfahren werde". Conf. Nou. 119. cap. 5.

(b) O. C. 1555. P. 3. tit. 53. §. 5. (*Conc.* III. 63. §. 13.) in f. verbis: "Aber ſonſt mit derſelben geſprochenen Urtheil der Urtheiler halben, gleichwie mit anderen Unterrichtern, von deren Urtheil ſupplicirt oder appellirt wird, gehalten werden"; item O. C. 1555. P. 3. tit. 53. §. 7. (*Conc.* III. 63. §. 15.) "Da die Urtheil durch die Verordneten bekräftigt; ſoll — mit Execution ſolcher erſtgeſprochenen Urtheil am K. C. G. fortgefahren werden".

(c) R. I. N. §. 124.: "Daß der effectus ſuſpenſiuus bey den geſuchten reuiſionibus wider die cammergerichtliche Urtheile ins künftige aufgehoben und allein deuolutiuus ſtatt finden ſolle".

(d) R. I. N. *l. c.*: "Beneben ſolche caſſatio effectus ſuſpenſiui reuiſionum auf die künftigen und nicht auf diejenigen reuiſiones, welche ſchon vor dieſem in camera geſucht worden, verſtanden werden".

(e) R. I. N. *l. c.*: "Wie dann auch in den künftigen reuiſionibus, welche in geiſtlichen oder Religionsſachen geſucht werden möchten, der effectus ſuſpenſiuus noch ſo lange zu laſſen, bis auf bevorſtehendem prorogirten Reichstage, oder andern Reichsconvente, man ſich hierüber ebenmäßig eines andern vergleichen wird; doch ſollen unterdeſſen dergleichen Religions-, oder geiſtliche Sachen allezeit vor andern Reviſions-Sachen zur Entſcheidung befördert werden".

*ceſſans erga cautionem.* §. 316. Ceſſante itaque effectu ſuſpenſiuo, interpoſita licet reuiſione, pars victrix ſeu reuiſa tamen exſecutionem iudicati obtinere poteſt, modo

do

do idoneam praeſtet *cautionem* de reſtituendo adiudicata, ſi in reuiſionis inſtantia olim aliter iudicatum fuerit. Quam proinde, quamprimum, reuiſione ab altero interpoſita, poteſt alter offerre ſolet in camera cum petito pro exſequenda ſententia. Et contra eam reuidentis quidem declaratio ac monita admittuntur; indeque disceptatio vtplurimum inter reuidentem et reuiſum oritur (a). Plena autem huius rei deciſio eſt penes cameram (b), praeſtitaque cautione, quantum ſatis eſt, nulla amplius reuiſionis in camera ratio habetur, ſed pergitur in ordine exſecutionis, perinde ac ſi nulla reuiſio interpoſita eſſet.

(a) R. I. N. §. 124.
(b) CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 2.

§. 317. SYNDICATVM tamquam actionem contra perſonas iudicii, quarum dolo male iudicatum, ſeu quae litem ſuam fecere, cuilibet patentem, eodem modo, vti reuiſionem, tractari leges volunt; interponendum nempe intra idem fatale eodem modo, expediendum a viſitatoribus tanquam ſyndicatoribus (a). Sed *rarius* in praxi hoc remedium eſſe, res ipſa docet (b). IV) *Syndicatus.*

(a) O. C. 1555. P. 3. tit. 53. §. 10. (*Conc.* III. 63. §. 18.): "Wo aber einige Parthey vermeynt, oder ſich aus der Reviſion — befände, daß aus

aus Betrug, oder Argliſt von Schenk, Miethe, Gabe, Bitte, Freundſchaft, Feindſchaft, oder ander dergleichen Urſachen wegen, eine nichtige oder ungerechte Urtheil gefällt oder gegeben wäre; dieſelbe Parthey ſoll in dieſem Fall jederzeit nicht allein der Reviſion zu gebrauchen, ſondern auch Fug und Macht haben, die Urtheiler, ſo angezeigter Geſtalt gehandelt, ad ſyndicatum zu ſtellen, und wie ſich des Orts vermöge der Rechte gebührt, gegen ihnen zu handeln".

(b) Conf. Ge. Lud. BOEHMER *de remedio ſyndicatus aduerſus ſententias camerae imperii*, Goetting. 1744. 4.

## SECT. XIII.

### DE REMEDIIS ADVERSVS CONCLVSA CONSILII IMPERIALIS AVLICI.

### §. 318.

1) *Reuiſio ſeu ſupplicatio.* Ex analogia reuiſionis cameralis etiam in conſilio imperiali aulico per pacem Weſtphalicam introducta eſt ſimilis quaedam REVISIO, ſeu quae vna eademque eſt, SVPPLICATIO, qua *male iudicatum* eſſe quilibet grauatus contendere, ideoque, vt *ex actis prioribus* aliter iudicetur, petere poteſt (a). Quod ad disquirendum *nouus* conſtitui-

ſtituitur *referens et correferens*, ceterum tamen cauſae cognitio *in eodem collegio* fit, cuius ſingulis membris etiam *pecunia ſuccumbentiae* emolumento cedit, nec *odioſum* haberi debet remedium (b). *Effectu ſuspenſiuo* quidem perinde atque in camera hoc remedium deſtituitur, ſed ob faciliorem eius exitum hic cautionis non aeque frequens vſus eſt.

(a) I. P. O. art. 5. §. 54.: "O. C. etiam in „iudicio aulico ſeruabitur per omnia, tum vt ne „partes ibidem litigantes omni remedio ſuspen„ſiuo deſtituantur, loco reuiſionis in camera vſi„tatae, licitum eſto parti grauatae a ſententia in „iudicio aulico lata ad caeſaream maieſtatem „*ſupplicare*, *vt acta* iudicialia denuo adhibitis „aliis grauitati negotii paribus neutrique partium „addictis, ex vtraque religione aequali numero „conſiliariis, et qui concipiendae et ferendae pri„ori ſententiae non interfuerint, aut certe refe„rentium et correferentium partes non ſuſtinue„rint, *reuideantur*". *Ord. conſil. imp. aul.* tit. 5. §. 7. in *corp. iur. publ.* p. 932.

(b) CAPITVL. (1742.) art. 17. §. 2.: Das beneficium reuiſionis et ſupplicationis — auch bey unſerm K. R. H. R. wider deſſen Erkenntniſſe oder unſere ſelbſteigene, aus reichshofräthlichen Gutachten abgefaßte, daſelbſt publicirte kaiſerliche reſolutiones pro odioſo oder unzuläßig durchaus nicht gehalten, und wann die formalia ihre Richtigkeit haben, niemand verſaget, weder durch übermäßige Sporteln ſchwer gemacht werden ſoll".

§. 319. Nec *ſyndicatum* huius tribunalis ordinatio (a), nec praxis *alia remedia* reſpuit, veluti II) *Alia remedia.*

uti declarationis ac reſtitutionis in integrum. Nonnumquam facilius hic, mutari concluſa, contingit (b).

(a) *Ord. conſil. imp. aul.* tit. 5. §. 7.

(b) **Moſers** Grundſätze der R. H. R. Praxis p. 392. §. 13. ſq., vbi ſequentem in modum hac de re diſſerit: "Uebrigens iſt nicht zu läugnen, daß in denen häufig bey dem R. H. R. vorkommenden ſummariſchen Proceſſen öfters bloſſe **Vorſtellungen** u. d. g. **ſtatt förmlicher** *remediorum iuris* zugelaſſen, und die ergangene zuweilen in vim ſententiae erlaſſene **Verordnungen** wieder darnach in totum vel tantum **abgeändert** werden. Auch iſt z. E. in den Oſtfrieſiſchen Sachen, der Kaiſer durch die **Conjuncturen** in Europa genöthiget worden, gegen die vorlängſt erlaſſene und in rem iudicatam erwachſene Verordnungen, **allerley ſonſt ungewöhnliche** *Remedia* **oder Vorſtellungen** rc. zu geſtatten. Endlich ſo läßt der R. H. R. zuweilen geſchehen, daß die Partheyen auch in proceſſu ordinario *poſt ſententiam*, **ohne ein förmliches** *remedium iuris* **zu ergreifen, Schriften wechslen,** und **ſpricht er ſodann abermalen** *definitiue*".

# SECT. XIV.

## DE RECVRSV AD COMITIA.

### §. 320.

*Recurſus ad comitia, eiusque I) fundamentum,*

Amborum denique ſummorum imperii tribunalium iudicata ad impugnanda nouum ſenſim inualuit

luit remedium RECVRSVS AD COMITIA, quo quis, ſtatus imperii potiſſimum, *grauamen* ab alterutro ſupremo tribunali ſibi illatum *in comitiis imperii* vniuerſalibus conqueritur, ibique, *vt ſuffragium imperii ad tollendum illud grauamen feratur*, rogat. Quod quidem remedium, ante omnia a *remiſſione cauſarum ad comitia* ipſis imperii tribunalibus iniuncta (§. 272.) probe diſtinguendum (a), *ex iure publico vniuerſali* eatenus modo defendi poteſt, quatenus a ſupremo iudice *ad poteſtatem legiſlatoriam* eiusque ſupremam inſpectionem patet *aditus*, veluti ſi quando leges a iudice violari, et grauamen adeo commune ſtatibus inferri, *ſine indiciaria cauſae cognitione* manifeſto conſtiterit (b).

(a) I. P. O. art. 5. §. 55.: "Si quae *dubia circa interpretationem* conſtitutionum ac receſſuum imperii publicorum occurrunt, *aut* in diiudicandis cauſis, *ex paritate aſſeſſorum vtriusque religionis* — contrariae oriantur ſententiae, „— *remittantur* ad comitia". etc.

(b) Conf. Patriotiſche Abbildung des heutigen Zuſtandes beider höchſten Reichsgerichte ꝛc. 1749. et Ge. Lud. BOEHMER diſſ. *de grauamine communi S. R. I. ſtatuum*, Goetting. 1751.; item Io. Ern. FLOERKE ſeu *reſpond.* Auent. KOEPKE diſſ. *de conſortio imperatoris et ſtatuum imperii in poteſtate legiſlatoria et indiciaria, genuino fundamento recurſus ad comitia*, Hal. 1756.

*obſeruantia et legibus nondum ſatis definitum.*

§. 321. *Obſeruantia* quidem ſat frequentia recurſuum exempla ſuppeditat, ſed pauciſſimi adhuc ad optatam peruenerunt efficacitatem; vnde ex ſola obſeruantia, an et qualis recurſus legitimus, et quousque demum admittendus ſit, definiri non magis poteſt, quam ex *legibus imperii* hucusque latis, quarum plurimae aut dicis cauſa aut fallaci ſenſu hic allegari ſolent (a). Nec de aliis fundamentis, veluti *iudicio principum*, *defectu viſitationum cameralium remediique ſufficientis in iudicio aulico*, et *grauamine communi* recte definiendo, ſatis inter omnes conſtat. Sed reuera res nouam legislationem exſpectat (b).

(a) Veluti in primis I. P. O. art. 5. §. 56.: "*Priuilegia* primae inſtantiae, Auſtraegarum iura et priuilegia de non appellando *ſtatibus imperii illibata ſunto*" etc. R. I. N. §. 165.: "Daß ein jeder, — da ſich jemand ob des C. G. Decreten und Urtheilen zu beſchweren vermeynte, ſolches an andere Orte, als wo ſichs nach Inhalt der Reichs = Satz = und Ordnungen gebühret, zu ziehen und anzubringen, ſich gänzlich enthalten ſolle". CAPITVL. (1711.) art. 16. §. 16.: "Was auch einmal in unſerm R. H. R. oder C. G. in iudicio contradictorio, cum debita cauſae cognitione ordentlicher Weiſe abgehandelt und geſchloſſen iſt; dabey ſoll es förderſt allerdings verbleiben, und nirgend anderſt, es ſey dann durch den ordentlichen Weg der — Reviſion oder Supplication von neuem in Cognition gezogen, (werden)". Add. CAPITVL. art. 13. §. 8. vid. ſupr. §. 146. a.

(b)

(b) Capitvl. (1742.) art. 17. §. 3.: "auch denen in letztern Zeiten bey Ermangelung des remedii reuiſionis ad comitia genommenen recurſibus Ziel und Maaß zu ſetzen iſt, add. 1764.: "als weswegen wir zu einem künftigen Reichsſchluß und einem zu Stande zu bringenden den Reichs-Satzungen und der heilſamen Juſtiz gemäſſen regulatiuo alle Beförderung beytragen wollen".

§. 322. Interim recurrentium in dies augetur numerus, et, I) quod ad *modum interponendi atque introducendi recurſum* attinet, ex *ſola praxi comitiali* ſine vlla norma legis omnia obſeruantur, vt in arbitrio recurrentis fere poſitum ſit, quando et quo modo deſiderium ſuum litteris ſeu, quas vocant, deductionibus, ſcriptis impreſſisne, legatis comitialibus ſignificare velit. *Euentus* autem II) eadem ex praxi comitiali ab eo pendet, vt obtineat recurrens, vincendo, ſi qua mouentur, obſtacula aduerſarii, dictaturam, mentionem in ſchedulis indicendarum ſeſſionum, inſtructionem legatorum comitialium, propoſitionem in ſingulis collegiis, et, quae primo loco nominanda erant, *maiora* in ſingulis collegiis *ſuffragia* ad efficiendum ſingulorum prius, dein duorum, denique trium collegiorum communia concluſa et ſuffragium imperii ex iis concipiendum. Eaque maiora adhucdum vnicam reapſe recurſuum normam in ipſa praxi continent, modo, ſi quando in-

*II) Modus procedendi et euentus.*

inuita iuſtitia cogitari potuerint, intolerabilem (a).

(a) Conf. Moſers Staatsarchiv 1751. part. 1. p. 157. ſq.

*III) Quaeſtiones de informatione et effectu ſuſpenſiuo.*

§. 323. Prius vero, quam concluſum comitiale pro recurſu fiat, I) vt tribunalis impugnati *informatio* exigatur, tum *aequitas* ſuadet, ac natura omnis rei iudiciariae, quae neminem, ne dicam, ipſum iudicem inauditum condemnari patitur, tum et *analogia* omnium iurium legumque imperii, quae in appellatione ac reuiſione agnoſcunt neceſſitatem audiendarum iudicis a quo rationum, cur ſic iudicauerit. Cui nec *obſeruantia* hucusque aduerſatur, nec fides narratis principum habenda ſat graui ratione obmouetur (a). II) *Effectus ſuſpenſiuus* ſoli recurſus interpoſitioni atque introductioni nec iure, nec ſummo ſine reipublicae detrimento tribui poteſt. Concluſo comitiali probatus minori periculo admittitur (b).

(a) Conf. anon. (von Hering) Erörterung der Frage: ob in Recurſen vom C. G. Bericht zu fordern ſey? 1746. fol. in *ſelect. iuris publ. nouiſſ.* tom. 15. p. 4. ſq. et I. P. C. F. (Joh. Phil. Conr. Falke) Prüfung dieſer Erörterung ꝛc. 1747. *ibid.* tom. 25. p. 345., item *opuſcula* mea p. 560.

(b) Struben Nebenſt. part. 3. p. 1. ſq., Io. Vlr. L. B. de Cramer *opuſcula* tom. 3. p. 701.

Sect.

# SECT. XV.

## DE RECVRSV AD VISITATORES CAMERAE IMPERIALIS.

§. 324.

*Viſitatorum* camerae imperialis *officium* quidem proprie *non* tam *in ſingulis cauſis* iudiciariis (a), quam in naeuis iudicii ſiue perſonalibus ſiue realibus disquirendis et emendandis verſatur, quum ſingulae cauſae tantum eae proprie, in quibus reuiſio interpoſita eſt, a reuiſoribus cognoſcendae ſint (§. 314.). Attamen primum *ob protractam vel denegatam iuſtitiam* etiam a viſitatoribus opem quaeri fas habetur, et *ob inaequalitatem in decernendis denegandisue proceſſibus* obſeruatam RECVRSVM AD VISITATORES non ſine efficacitate ipſae leges concedunt (b). *Recurſus ad viſit. I) ob protr. iuſtit. vel denegatos proceſſus;*

(a) Generatim huc pertinent 1) Godofr. Dan. HOFMANN *de eo, quod viſitatio iudicii cameralis in ſingularibus coram hoc pendentibus cauſis poteſt et ſolet*, Frf. et Lipſ. 1769.; 2) Joh. Jac. Moſer von dem Recurs an die C. G. Viſitation ꝛc. Ulm 1775. 8.

(b) R. I. 1570. §. 79., *Conc. I.* 22. §. 14.: "Wenn in Erkennung oder Verweigerung der Proceſſe Mangel erſcheinen, oder Ungleichheit

gebraucht werden wollte; ſo ſoll dem Supplicanten erlaubt ſeyn, ſeine Nothdurft denen jedes Jahres verordneten kaiſerlichen Commiſſarien und der Stände Viſitatoren vorzubringen; die alsdann Macht haben ſollen, Bericht und Urſachen, warum ſolche Proceſſe verweigert, von C. R. und B. zu erfordern, und nach Befindung entweder den Supplicanten von ſeinem Begehren abzuweiſen, oder aber, da ſeine Bitte begründet, C. R. und B. zu befehlen, dem Supplicanten auf ferneres Anſuchen die gebetenen Proceſſe mitzutheilen". Conf. e. g. meine Rechtsfälle tom. 2. part. I. p. 253.

II) *ob aliud grauamen ſtatui imp. illatum;*

§. 325. Quin generatim etiam ſi quis *ſtatus* ſibi *grauamen* a camera illatum eſſe contenderit, *recurſum ad viſitatores* admittunt leges imperii (a), quem tamen perinde ac recurſum ad comitia merito ita comparatum eſſe oportet, vt *legislatoriae* potius quam iudiciariae *poteſtatis auxilium* imploretur, ideoque iudiciaria ſingularis cauſae cognitione haud indigeat.

(a) R. I. 1530. §. 94., O. C. 1555. part. I. tit. 50. §. 5., *Conc.* I. 64. §. 20.: "Wo auch einiger Churfürſt, Fürſt oder Stand einigen Mangel oder Beſchwerde hätte, ſo ihm ungebührlich vom C. G. begegnet wäre; ſoll und mag ein jeglicher ſeine Beſchwerde den verordneten Commiſſarien auf den erſten Tag Martii zuſchicken, und zu erkennen geben, die ſollen ſammt andern Viſitatoren derohalben Befehl haben, gebührliches Einſehen und Reformation zu thun".

III) *a comitiis ad viſitationem remiſſus.*

§. 326. Viciſſim denique fieri poteſt, vt *recurſus ad comitia* interpoſitus ab iis *ad viſitationem*

*nem remittatur*; quo caſu tamen diſtinguendum iterum erit, vtrum ad *viſitatores* proprie, an ad *reuiſores* eiusmodi remiſſio intelligenda ſit? Nouiſſime imperator ad deliberandum imperio propoſuit, vt recurrentes tum ii, qui ſimul reuiſionem interpoſuerunt, tum ii, qui fatalia reuiſionis neglexerunt, praeuia reſtitutione in integrum contra lapſum horum fatalium, ad viſitationem remittantur (a); cuius rei definitio comitialis adhuc exſpectanda eſt.

(a) Decretvm ratificationis caesareae d. 7. Iul. 1768.: "Jhro Majeſtät ſey aus dem an Allerhöchſt Sie unterm 10. Jun. erſtatteten Reichs-gutachten zu vernehmen geweſen, wie nach gepflogener Berathſchlagung über das in der Michelfelder Lehns-Sache an die Reichsverſammlung gelangte, unter dem 21ſten May 1764. zur Dictatur gebrachte Fürſtlich Heſſen-Darmſtädtiſche Geſandtſchafts-Memorial dafür gehalten worden, daß eben ermeldte Anliegenheit an den Viſitations-Conſeß zu Wetzlar zur Unterſuch- und Erörterung zu verweiſen, indeſſen aber alles executiviſche Verfahren einzuſtellen, ſolchemnach dieſes an Jhro kaiſerl. Majeſtät um Erlangung Allerhöchſt-Deroſelben erforderlicher Genehmigung und Verfügung zu bringen ſey.

Wie nun Jhro Röm. kaiſerl. Majeſtät jederzeit geneigt ſeyn, in dem heil. Röm. Reich eine ſchleunige unpartheyiſche Juſtitz allermänniglichen zu leiſten, und die vorbringende Beſchwerden in geſetzmäßigem Weg zur rechtlichen Erledigung zu befördern; So begnehmigen auch Allerhöchſt-Dieſelben vorerwehntes Reichs-Gutachten dahin, daß dieſe Rechts-Sache, obwohl darinn das remedium

um reuiſionis zur gebührenden Zeit zu interponiren verabſäumet worden, an den bey Ihro kaiſerl. Cammergerichte angeordneten Viſitations- und Reviſions-Conſeß zur Unterſuch- und Erörterung zu verweiſen; zu dem Ende Allerhöchſt-Dieſelben die begehrte kaiſerliche Verfügung an beſagten Viſitations- und Reviſions-Conſeß und gedachtes Cammergericht untereinſtens dahin machen, auf daß jetztgemeldter Conſeß vorerſt die reſtitutionem in integrum wider die verabſäumte Reviſion ohne Unterſuchung der cauſalium ertheile, und nach behörig eingeführter Reviſion das zu derſelben ſchleunigen Entſcheidung nöthige, und in den Reichs-Satzungen vorgeſchriebene veranſtalten, das Cammergericht aber nach der nunmehr eintretenden ordentlichen Reviſion in puncto exſecutionis ſich nach dem, was die Reichsgeſetze der Reviſion halber verordnen, achten ſolle.

Und da hiebey Ihro kaiſerl. Majeſtät der heilſamen Juſtitz-Verfaſſung vorträglich, auch Dero Wahl-Capitulation art. 17. §. 3., beſonders dem an Ihres Herrn Vaters Kaiſers Franz Majeſtät glorwürdigſten Andenkens von dem churfürſtlichen collegio den 19. März 1764. erlaſſenen Schreiben, und den 4. Aug. deſſelben Jahrs von Allerhöchſt-Ihro darauf ertheilter Antwort gemäß zu ſeyn befunden, daß, gleichwie dermalen mit dem fürſtlich Heſſen-Darmſtädtiſchen Recurs-Anbringen geſchehen, auch in andern von cammergerichtlichen Urtheilen in Rechts-Sachen an das unter ſeinem allerhöchſten Oberhaupt verſammlete Reich gebrachten Beſchwerden, wenn darinn die Recurrenten das remedium reuiſionis zu interponiren unterlaſſen hätten, die Reſtitution in integrum ohne weitere Unterſuchung der cauſalium zugeſtanden, und ſodann dieſe Sachen ſowohl als jene, in welchen die Recurrenten zugleich die Reviſion ergriffen haben, nunmehro an die es ohnehin derſelben Beſtimm- und heilſame Anordnung erfordere, zur gerichtlichen Erledigung verwieſen werden;

Digitized by Google

den; ſo ſeyn Allerhöchſt gedachte Ihro Röm. kaiſerl. Majeſtät darüber ein Reichs-Gutachten gewärtig, um darauf das weitere behörig zu verfügen ꝛc."

## CAP. II.

## DE POTESTATE CRIMINALI.

§. 327.

POTESTAS CRIMINALIS, ceu ſupremae poteſtatis cura, vt ne delicta impunia maneant, in ſingulis rebuspublicis Germaniae ſpecialibus dudum ſtatibus imperii per inueſtituram caeſaream de *iurisdictione ſuperiori* et *banno ſanguinis* conceſſa, hodie omnimoda in ſuperioritate territoriali comprehenditur. Et quamuis auſpiciis CAROLI V. Imp. a. 1532. condita CONSTITVTIO CRIMINALIS (C. C. C., die peinliche Halsgerichts-Ordnung,) per vniuerſam Germaniam, ſaltem in ſubſidium, et vel plurimis in territoriis principaliter valeat; tamen *clauſulam* quoque iſta lex imperii continet *ſaluatoriam* (a), ideoque non ſolum variae in ſingulis territoriis obtinere poſſunt *conſuetudines ſingulares* antiquae, ſed adhuc etiam cui- *Poteſtas criminalis 1) territorialis, 1) quoad vim legum;*

Digitized by Google

cuiuis ſtatui fas eſt, condere *nouas* in ſuo territorio *leges* criminales.

(a) C. C. C. prooem. verbis: "Doch wollen wir durch dieſe gnädige Erinnerung Churfürſten, Fürſten und Ständen an ihren alten, wohlhergebrachten, rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben".

*2) quoad poteſtatem iudiciariam;*

§. 328. Multo magis vnusquisque ſtatus in ſuo territorio habet omnem *reliquam poteſtatem criminalem*, et I) *iurisdictionem* quidem non ſolum in *foro delicti*, ſed et *deprehenſionis* fundatam; eamque adeo *priuatiue*, vt II) *nec appellari* ad caeſarem eiusue tribunalia in cauſis criminalibus poſſit (a), *nec* III) *vlla alia ratione* poteſtati caeſareae in cauſis mediatorum criminalibus locus ſit, *niſi* quod *ſuper nullitate* adhucdum querelam in ſupremis tribunalibus inſtituere liceat (b). Nec enim IV) ius *adgratiandi* ſeu *abolendi* crimina, neque ius *remittendi vel mutandi poenam,* neque ius *aſyli*, neque ius *famae reſtituendi* hodie alia quam territoriali auctoritate in cauſis mediatorum criminalibus admittitur.

(a) R. I. 1530. §. 95.: "Als jetzt etliche Zeit her von peinlichen Sachen vielfältig an unſer K. C. G. appellirt — worden, und ſolches dem alten hergebrachten Brauch im h. R. R. zuwider; ſo ordnen wir, daß hinfürter in peinlichen Sachen keine Appellation daſelbſt angenommen — werden ſolle". Quae repetiit O. C. 1555. P. 2. tit.

Digitized by Google

tit. 28. §. 5. (Conc. II. 31. §. 14.) addita modo hac circumſcriptione: "in peinlichen Sachen, die Leibesſtrafe auf ihnen tragen".

(b) O. C. *l. c.*: "Doch da ſich jemand am C. G. beklagen würde, daß in peinlichen Sachen — ſein unerfordert und ungehöret, und alſo nichtiglich, oder ſonſt wider natürliche Vernunft und Billigkeit wider ihn procedirt, — und derhalben principaliter auf die Nullität um Proceſſe anſuchen würde; — alsdann ſoll der anſuchenden Parthey ſolcher Nichtigkeit halber Ladung erkannt, und darauf rechtliche Hülfe mitgetheilet, und — alsdann die Hauptſache wieder an die ordentliche Obrigkeit, förmlich und rechtmäßig darinn zu handeln remittirt werden".

§. 329. Nec denique quidquam horum iurium eſt *magiſtratibus mediatis* iudiciisque *patrimonialibus*, quippe e regula *iurisdictione* tantum *inferiore* praeditis, cui quidem adnexa exſecutio et coercitio ciuilis eſſe ſolet, ſed *exemta iurisdictio criminalis* tamquam ſuperior iurisdictionis ſpecies; ne dicam, omnis reliqua poteſtas ſoli territoriali iuri propria. Etiamſi vero *limites* inter vtramque iurisdictionis ſpeciem non eadem vbiuis ratione deſcripti ſint (a); in eo tamen omnes conueniunt, vt *principaliter quatuor delicta*, homicidium, rapina, incendium et ſtuprum violentum, ſoli iurisdictioni criminali ac ſuperiori vindicentur. Nonnusquam ſingulari plane ratione *centenae* aliaque in puniendis delictis verſantia iura diſtinguuntur. *3) quoad limites iurisdictionis criminalis et ciuilis.*

(a)

(a) Conf. e. g. Calenbergiſche Landes-Conſtitutionen part. 2. p. 663. und die Hannoveriſchen Beyträge 1760. p. 1481. ſq., 1761. p. 441. ſq.

II) *Poteſtas caeſarea criminalis.* §. 330. *In immediatos* imperatori poteſtas criminalis negari nequit. At modo rarius eius exercitium eſt ob infrequentiam caſuum et circumſtantias perſonarum, vt vix aliae, quam quae ſub *cauſis fiſcalibus* comprehenſae ſunt, cauſae criminales in ſummis imperii tribunalibus occurrant, earumque exitus, quod ad *poenam proſcriptionis* attinet, ne a ſolis quidem tribunalibus iſtis exſpectari poſſit (§. 303.). De *laeſae maieſtatis* caeſareae crimine iam dudum ſancitum fuit, illud in electores etiam committi poſſe (a), quod ceterum hodie a laeſa quauis ſuperioritate territoriali ſuo pariter modo vindicatur.

(a) A. B. tit. 24. §. 2. 3.: "Si quis — ſceleſtam factionem inierit — *de nece — electorum* — (nam et ipſi pars corporis noſtri ſunt), ipſe vtpote *maieſtatis reus* gladio feriatur" etc.

---

CAP.

# CAP. III.
## DE
## IVRE POLITIAE.

§. 331.

Ea ſupremae poteſtatis pars, qua exercetur *cura auertendi mala futura* in ſtatu reipublicae interno in commune metuenda, dicitur IVS POLITIAE. Cuius proinde ambitus I) fere tot in *obiectis* verſatur, quot cogitari poſſunt ſecuritatis et ſalutis internae impedimenta, ſiue ea in factis hominum nociuis, ſiue in alio quocumque caſu fatali conſiſtant; quorum alia tamen II) *vniuerſam rempublicam*, alia *ſingulas* in ea *vniuerſitates* concernere poſſunt; iterumque III) alia *ſolius politiae obiecta* ſunt, veluti incendia, contagia etc., alia ad *alias ſimul ſupremae poteſtatis partes* ſpectant, veluti vt ne in re iudiciaria, criminali etc. abuſus irrepant. Ipſius autem politiae cauſa IV) mox *ſingularia* dantur *inſtituta*, veluti excubiarum, viſitationis cet.; mox *libertas* ciuium *naturalis* in iis, e quibus malum futurum metui poſſet, ad hoc auertendum *reſtringitur*, ſiue *prohibendo* alias licita, ſiue *praecipiendo* facere patiue, quae ex libertate

*Ius politiae 1) in genere;*

 natu-

Digitized by Google

naturali facere patiue non erat opus; mox denique *e medio tolli* curatur, quidquid publicum in detrimentum vergere potuerit. V) *Promouendae ſalutis* cura proprie non eſt politiae, niſi quatenus ea mente agitur, vt tanto lautior ſit ſtatus iſti malo, quod metuebatur, directe oppoſitus.

II) *Sigillatim* 1) *in territoriis*, §. 332. *In Germania* ſic I) datur alia ſingularum *vrbium pagorumue*, alia *territoriorum*, alia *imperii circulorumque* politia. Enimuero II) per omne *medium aeuum* non tam vi ſuperioritatis territorialis, quam vi autonomiae ſingulis non ſolum ſtatibus imperii ſed et municipiis ſuae cuiusque politiae liberrima cura, ſeu potius incuria relicta fuit. Indeque III) adhuc *hodie* plerisque *ciuitatibus* eſt *ſua ipſarum politiae cura* (a), ſed IV) cum *ſub inſpectione territoriali* ea continetur, tum quae ad *politiam territorii* generalem pertinent, *ſola territoriali auctoritate* exercentur, *ſiue* de legibus ferendis agatur, *ſiue* de ſuprema inſpectione inſtituenda, *ſiue* de officialibus collegiisue politiae ordinandis.

(a) Conf. MEVIVS part. I. *deciſ.* 55.

2) *ex parte caeſaris et imperii*, §. 333. Ex parte *caeſaris et imperii* I) lata quidem eſt *ordinatio politiae* a. 1548., eaque auctior repetita a. 1577. (a), multisque in rebus ſalu-

ſaluberrimum vniuerſo imperio foret, adhuc vna eademque politia regi; ſed II) ad effectum nondum peruenerunt, nec facile peruenient *nouiora* de reformatione politiae imperii *conſilia* (b). Neque enim III) ad *nouam imperii legislationem* facile hac in re recurritur amplius, niſi forte obiectum haud patiatur legem prouincialem idoneo cum effectu ferri, veluti cuius generis ſunt, quae nouiore aeuo auſpiciis caeſareis *de duellis* (c), *commerciis* (d), *opificiis* (e), atque *re libraria* (f) ſancita ſunt.

(a) Vide hanc politiae imperialis ordinationem in der Samml. der R. A. part. 3. p. 379., eiusque extractum in *corp. iur. publ.* p. 326. ſq.

(b) I. P. O. art. 8. §. 3.: "in proximis comitiis — de reformatione politiae — agatur". add. Capitvl. (1663. et 1690.) art. 7. §. 1.: "Ferner ſ. u. w. wir über die Polizey-Ordnungen, wie die ſind, und noch ferner auf dem Reichstage geſchloſſen werden, halten".

(c) Vid. den Interims-R. A. 1670. den punctum duellorum betreffend, in der Samml. der R. A. part. 4. p. 70. ſq. Conf. Henniges *ad inſtr. pac.* tom. 2. p. 1282. ſq., et *mantiſſ.* p. 1383. ſq.

(d) Vid. ibid. p. 73. ſq. den punctum commerciorum betreffend; item das Reichsgutachten 1681. Jan. 8. (1680. Dec. 29.) wegen Abſchaffung der ſogenannten Mühlſtühle oder Schnurmühlen in Pachners Samml. tom. 2. p. 287. Nouiſſimum eiusmodi ſpecimen dedit ſuffragium imperii d. 7. Febr. 1772. eine allgemeine Getreideſperre gegen Auswärtige, und die Aufhebung aller

Particularſperren im Reiche betreffend, cuius ratihabitio d. 28. Febr. dictata eſt d. 29. Febr. 1772.

(e) Vide den Reichsſchluß wegen der Handwerks-Mißbräuche vom Jahre 1731. im *corp. iur. publ.* p. 1371. ſq. Cui acceſſerunt duo ſuffragia imperii d. 15. Iul. 1771. wegen Abſtellung einiger Handwerks-Mißbräuche, inſonderheit des blauen Montags, et d. 3. Febr. 1772. wegen Ehrlichmachung der Abdeckerskinder und genauerer Beobachtung des Reichsſchluſſes von Handwerksmißbräuchen. Quorum amborum ſuffragiorum ratihabitio d. 30. Apr. 1772. dictata fuit d. 2. Mai. 1772.

(f) Huc pertinent potiſſimum 1) K. Carls des V. Edict die Bücher-Cenſur betreffend vom Jahre 1548. conf. R. I. 1548. tit. 34. §. 1. 2., 2) ORD. POLIT. 1577. tit. 53. §. 1., 3) edictum CAROLI VI. de 18. Iul. 1715. in *corp. iur. publ.* p. 1265. ſq., 4) K. Franz des I. General-Patent vom 10. Febr. 1746. das Bücherweſen im h. R. Reich und die hierüber geſetzte kaiſerliche Commißion betreffend, in der Samml. der R. A. in der Zugabe p. 114. ſq.

*8) quatenus circumſcripta poteſtas caeſ. et iudiciorum?*

§. 334. Ceterum ſigillatim legibus imperii proſpectum eſt, I) vt imperator *priuilegia* in rebus politiae haud largiatur in detrimentum iuris politiae territorialis (a); deinde II) vt nec *iudicia imperii* facile ſe immiſceant cauſis politiae, ſpeciatim vt ne *inhibitionem* in iis facile decernant (b). Vniuerſe enim III) in plerisque politiae obiectis, quippe minutioribus, et in ſenſus incurrentibus, neque moram ferentibus, ipſis *politiae* offi-

Digitized by Google

*officialibus* id relinquitur, vt in re praeſenti inſpectionem inſtituant, eamque breui manu, ſi qua neceſſaria, cognitio et exſecutio ſequatur. Ideoque IV) generatim a cauſis iuſtitiae haud inmerito diſtinguuntur *cauſae politiae*, vt non aeque ad iudiciariam tribunalium ſiue territorialium, ſiue caeſareorum cognitionem admittantur. Quodſi tamen V) aut cognitio politiae in re maioris momenti, eaque nec ſolo ſenſuum auxilio ſatis certe diſcernenda, verſatur, aut de lege politiae propter ius quaeſitum impugnanda agitur; in eiusmodi cauſis aditus ad iudicia ordinaria haud aeque praecludi poteſt, in primis quod ad *effectum* modo *deuolutiuum* attinet, veluti in quo ordinarie hic ſubſiſtendum eſt, niſi extraordinariae forte rerum circumſtantiae *inhibitionem* fieri ſuadeant.

(a) Conf. CAPITVL. (1653.) art. 7. §. 4.: "Keineswegs auch jemanden einige priuilegia auf monopolia, es geſchehe ſolches bey Kaufhandel, Manufacturen, Künſten und anderen in das Polizeywesen einlaufenden Sachen, oder wie es ſonſten Namen haben möge, ertheilen, ſondern da dergleichen erhalten, abthun und aufheben"; (add. 1742.) §. 4. verbis: keinerley — priuilegia, ſo der Stände in dero territoriis zuſtehenden Polizeyweſen — in einigerley Wege vorgreifen ꝛc. vid. ſupra §. 229. a.



Digitized by Google

(b) R. I. N. §. 106.: "Wenn Sachen, die der bey einem Stande insgemein eingeführten guten Polizey, Zunft- und Handwerks-Ordnungen anhangen, durch Appellation an unſer kaiſ. und des heil. Reichs Cammergericht gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Proceſſe erkennt, jedes Orts Obrigkeit, und des ſtatus publici mit einlaufendes Intereſſe, mit ſeinen Umſtänden wohl erwege, vornehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibition leichtlich erkennen, ſondern, dafern ſolche Sache wider ſelbigen Orts hergebrachte vernünftige und den Reichs-Conſtitutionen nicht ungemäſſe Handwerks- und andere hergebrachte rechtmäßige Ordnung läuft, zu Abſchneidung des in Reichsconſtitutionen ſo hoch verbotenen Auftreibens, und Scheltung der Meiſter und Geſellen, und anderer Ungelegenheiten, ab- und an des Orts Obrigkeit, als die ohne das die Gewalt haben, dergleichen ſtatuta nach Gelegenheit der Läufte und Zeiten zu widerrufen und zu ändern, verweiſen". Conf. MEVIVS part. 3. *deciſ.* 154.

LIB.

# Lib. VIII.

## DE REGALIBVS IMMANENTIBVS ACCIDENTALIBVS.

## Cap. I.

### DE IVRE PROMOVENDI SALVTEM PVBLICAM, SIGILLATIM DE IVRE CIRCA COMMERCIA, VIAS PVBLICAS AC FLVMINA, ET DE IVRE VECTIGALIVM.

§. 335.

*Regalia accidentalia et vtilia quaenam ſint?*

Praeter eſſentialia, eaque immanentia regiminis iura, quae ad *tuendam* potiſſimum ſecuritatem internam ſpectant (§. 261.), aeque eſſentialis quidem ſupremae poteſtatis pars eſt, quae in *promouenda* qualitercumque ſalute publica verſatur, eaque nec minus hodie *in ſuperioritate* ſtatuum imperii *territoriali* comprehenditur. Quandoquidem vero I) *innumera*, quae ad hunc finem tendunt, *inſtituta* pro ſua cuiusque reipublicae conditio-



Digitized by Google

ditione *variare*, et vel in numero regalium alibi poſita eſſe, alibi abeſſe plane poſſunt; iccirco tamquam ACCIDENTALIA id genus REGALIA ab eſſentialibus hactenus deſcriptis merito diſtinguuntur. Inque iis nonnulla II) ſimul VTILIA *ſunt*, quatenus *ſine diſpendio augendis reditibus publicis inſeruiunt*. Alia quidem non ſine *ſumtibus ad commoditatem publicam impendendis* exerceri queunt, ſed eamdem ob rationem iis, qui commodum publicum participant, haud immerito *onera* ad ferendos ſumtus iſtos contribuenda imponuntur; atque eatenus eiusmodi etiam REGALIA VTILIA *fieri poſſunt*. Deinde III) ex ſpeciali *iuris publici Germanici* indole a priſtinis inde temporibus haud pauca in his rebus concurrunt RESERVATA CAESAREA, e quibus quid adhuc ſuperſit, quidue hodie *ſoli ſuperioritati territoriali* vindicandum aliasue legibus imperii ſeu obſeruantia ſpeciatim definitum ſit, potiſſimum hic diſpiciendum eſt.

*Sigillatim ex iure circa commercia, vias et flumina*

§. 336. Sic I) qualiacumque iura ſupremae poteſtati circa *commercia* promouenda, et ſigillatim circa *vias publicas*, aut ſimiliter circa *flumina*, horumque *pontes* aliosue traiiciendi modos, aut *nauigia*, *grutias* cet. vindicari poſſunt; ea et *ſta-*

*tibus*

*tibus* imperii *in ſuo cuiusque territorio* negari nequeunt; modo II) non fiant *impedimenta commerciorum et nauigationis* legibus imperii contraria (a); nec turbetur inſtaurata per pacem Weſtphalicam "*plena commerciorum libertas* et „tranſitus vbique locorum terra marique tutus, „adeoque ea eundi, negotiandi, redeundique „poteſtas, quae vnicuique ante Germaniae motus „paſſim competebat" (b).

(a) I. P. O. art. 9. §. 1.: "Omnia inuſitata „onera et *impedimenta*, quibus *commerciorum et* „*nauigationis* vſus deterior redditus eſt, *penitus* „*tollantur*". CAPITVL. (1690.) art. 8. §. 7.: "Derentwegen wir dann auch nicht zugeben wollen, daß, wo ein in den Rhein (add. 1742.: oder andern ſchiffbaren Strohm) gehender Fluß weiter ſchiffreich gemacht werden könnte, ſolches durch eines oder andern angelegenen Standes darauf eigennützig vorgenommenen verhinderlichen Bau verwehret werde; ſondern es ſollen ſolche Gebäude, zu Beförderung des gemeinen Weſens, wenigſtens alſo eingerichtet werden, daß die Schiffe ungehindert auf- und abkommen können, und alſo der von Gott verliehenen ſtattlichen Gelegenheit und Beneficirung der Natur ſelbſt ein Stand weniger nicht, als der andere, nach Recht und Billigkeit ſich gebrauchen möge".

(b) I. P. O. art. 9. §. 2.

§. 337. Quandoquidem vero I) praecipua in hac re ſupremae poteſtatis cura in *ſecuritate* viatorum merciumque transportandarum verſatur; *I) quomodo oriantur conductus viaticum et vectigal?*

eo nomine quilibet ſtatus in ſuo cuiusque territorio ius condvcendi (Geleitsrecht) ceu ius praeſtandi illam ſecuritatem habet; et ab iis inde temporibus, quibus ob ius manuarium inſignes in hanc rem ſumtus impendi oportebat, ſuperſtes in pleriſque territoriis eſt *pecuniarium* quoddam *praeſtandum* a viatoribus et aurigis, quod condvctvs vocatur. Deinde II) pro *ſumtibus* in exſtructionem ac reparationem viarum publicarum pontiumque impendendis viaticvm ſeu pontaticvm (Wegegeld, Brückengeld) haud inique exigitur ab iis, qui commoditate iſta viarum pontiumue vtuntur, modo reditus ex iſta exactione haud excedant impenſas in hanc rem neceſſarias, neque alia igitur, quam modica pro numero viatorum iumentorumue pecunia exigatur. Denique III) quod pro ſola proprie *libertate transeundi vel transuehendi* non tantum pro numero perſonarum iumentorumue, ſed pro pondere ſeu valore mercium in primis, praeſtatur, vectigal (Zoll) inter ciues vnius reipublicae merito exſulare deberet, ſed ex perantiquo more in media vbique Germania exercetur (a).

(a) De ſingulari ſpecie noui vectigalis ſub nomine *Licent* ab a. 1572. inde a Batauis primum, deinde ad Rhenum, denique a Suecis etiam introducto vide I. P. O. art. 10. §. 13., capitvl. art.

Digitized by Google

art. 8. §. 6., Rechtsfälle 2. B. 2. Th. S. 391. §. 17. Alia plane ſunt onera, paſſim conſumtioni impoſita ſub nomine *acciſiae*, quam alicubi quoque *Licent* vocant; aut ſub nomine *Impoſt* ad promouenda producta ſeu manufacta domeſtica prae exteris.

§. 338. Neque tamen hocce vectigalium ius in ſuperioritate territoriali eſt, vt a quocumque ſtatu exerceri poſſit. Sed I) adhuc *regale caeſareum* eatenus habetur, vt a nemine, niſi *ex ſpeciali conceſſione* caeſarea exerceri fas ſit. Eamque ipſam conceſſionem II) iam dudum, a Rvdolpho I. inde per obſeruantiam primum, deinde per leges expreſſas (a), *conſenſum electoralem* comitari oportuit. *Hodierno* autem *iure* III) ab a. 1711. inde ſtabilito qualescumque conceſſiones ſiue noui vectigalis, ſiue augendi, prorogandi, transferendi antiqui (b) fieri amplius nequeunt, quam 1) adhibito conſenſu electorum vnanimi et collegiali (c), 2) auditis ſimul, quorum intereſt, vicinis et circulo (d), 3) ſaluisque antiquioribus vectigalium reditibus aliisue iuribus (e).

*II) Quid iure publ. Germ. 1) requiratur ad adquirendum vectigal?*

(a) Limnaevs *ad capitul.* p. 238. ſq., Dahm *de vnione elect.* p. 74. ſq. not. *d.*

(b) Capitvl. (1519.) art. 8. §. 1.: "Wir ſ. u. w. — keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen, add. 1637.: oder prorogiren, (et 1742.: weniger von einem Orte oder Bezirke zum andern, weiter als ſich gebühret und rechtmäßig hergebracht, erſtrecken oder verlegen) laſ-

ſen,

Digitized by Google

ſen, auch vor uns ſelbſt keinen aufrichten, erhöhen und prorogiren".

(c) Capitvl. (ex perpet. 1711.) art. 8. §. 2.: "Es ſey dann — mit aller und jeder Churfürſten Wiſſen und Willen, Zulaſſen, und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß alſo in dieſem Stück verfahren, daß keines Churfürſten Widerrede, oder Diſſens dagegen, und dergeſtalt alle und jede in dero Collegial-Stimmen einmüthig ſeyn, maſſen diesfalls die maiora nicht zu attendiren, und ohne die vnanimia nichts zum Stande zu bringen". Add. §. 4. (1562.): "S. u. w. auch allen denenjenigen, ſo um neue Zölle ꝛc. — anhalten werden, keine Vertröſtung oder Promotorial-Schreiben an die Churfürſten geben noch ausgehen laſſen, (add. 1637.: ſondern dieſelben ſchlechterdingen, einer Collegial-Verſammlung der Churfürſten zu erwarten, erinnern".)

(d) Capitvl. (ex perpet. 1711.) art. 8. §. 3.: "auch die intereßirte benachbarte und derjenige Kreis, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet, (add. 1742.: transferiret,) prorogiret oder perpetuiret werden will, darüber gehöret, deren dawider habende Bedenken und Beſchwerden (add. 1742.: von uns und den geſammten Churfürſten) gebührend erwogen, und nach befundener Billigkeit beobachtet worden".

(e) Capitvl. (1658.) art. 8. §. 5.: "und neben dem churfürſtlichen collegio jedesmal dahin ſehen, damit durch die ertheilende Zölle und concesſiones andere Churfürſten, Fürſten und Stände in ihren vorhin habenden Zolleinkünften und Rechten keine Verringerung, Nachtheil oder Schaden zu leiden haben".

*2) quomodo abuſibus cautum ſit?* §. 339. Secus factas conceſſiones I) ipſo iure nullas eſſe (a), et vel ſine iudice contra eas

agi

agi poſſe (b), leges ſanciunt; idque ad alios etiam quoscumque vectigalium *abuſus et vſurpationes* extendunt (c). Deinde II) *poenam commiſſi* (d) modumque procedendi ſingularem (e) hac in re ſtatuunt leges. Sed III) conceſſiones, prorogationes et perpetuationes vectigalium ante capitulationem Caroli VI. cum requiſitis cuiusque temporis factas ſartas tectas ſeruari iubent (f).

(a) Capitvl. (1637.) art. 8. §. 18.: "Sollen alle ohne (add. in perpet. 1671. et 1711.: die zu ſelbiger Zeit erforderliche requiſita ausgebrachte, hinfüro aber ohne ordentliche einhellige) Bewilligung des churfürſtlichen collegii (add. 1671. et 1711.: auch obgedachte von neuem feſtgeſetzte Erforderniſſe) ausbringende Zoll-conceſſiones (add. 1654.: oder ſonſt ein und andern Orts jetzt und ins künftige für ſich unternehmende vſurpationes ſolcher Auflagen) unter was Schein und Namen auch dieſelben erhalten worden, (add. 1654.: oder eigenes Gewalts und Willens durchzuführen geſucht werden möchten,) **null und nichtig** ſeyn".

(b) Capitvl. (1637.) art. 8. §. 16.: "und ſoll daneben **einem jeden** Churfürſten, Fürſten und Stand, die freye Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, **erlaubt** ſeyn, **ſich und die ſeinigen ſolcher Beſchwerden ſelbſt, ſo gut er kann, zu erledigen und zu befreyen**". Quod iisdem fere verbis repetitur eod. art. 8. §. 20.

(c) De his legenda, quae operoſe ſtatuit capitvl. art. 8. §. 6. 8. 9. 11. 12. 17. veluti in primis §. 6. (1612.): weder am **Rhein**, noch ſonſt einigem ſchiffbaren Strohme im heil. Reich keine **armirte Schiff-Ausläger, Licente**, und ande-

re

re ungewöhnliche Exactionen, oder was ſonſt zur Sperr- und Verhinderung der Commercien, vornehmlich aber den Rheiniſchen und andern Churfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs zu Schaden und Schmälerung ihrer hohen Regalien und anderer Gerechtigkeiten und Herkommens gereichig, verſtatten oder zulaſſen". It. §. 11. (1654.): "Wenn auch einige, ſie ſeyen gleich unmittelbar oder mittelbar dem Reiche unterworfen, ſich unterſtanden haben, und noch unterſtehen ſollten, unter ihren Thoren, oder ſonſt anderen Orten, in- und vor den Städten, die ein- aus- und durchgehenden Waaren, Geträide, Wein, Salz, Vieh und anderes mit gewiſſem Aufſchlag, unter dem Namen Accis, Ungeld, Niederlage, Stand- und Mark-Recht, Pforten- Brücken- und Weg- Kaufhaus- Rent- Pflaſter- Steinfuhren- und Cento-Gelder, Multer, Steuer und andern dergleichen Impoſten zu beſchweren; ſolches alles aber in dem Effect und Nachfolge für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmals weit höher zu halten, und den benachbarten Churfürſten, Fürſten und Ständen, deren Landen, Leuten uud Unterthanen, auch dem gemeinen Kauf- und Handelsmann zu nicht geringem Schaden und Ungelegenheit gereichig, auch der Freyheit der Commerciorum, des Handels und Wandels zu Waſſer und Lande, ſchnurſtracks zuwider; ſo ſ. u. w. wir — ſolche unzuläßige Beſchwerungen — ohne Verzug abſtellen und aufheben. Denique §. 17. (1637.): Wo "ſich zuträgt, daß zwar der Name des Zolls bisweilen nicht gebraucht, ſondern unter dem Mißbrauch und Prätext einer Niederlage, Licent, Stapelgerechtigkeit, oder ſonſt von den auf- und abfahrenden Schiffen und Waaren eben ſoviel, als wenn es ein rechter Zoll wäre, erhoben, auch der Handlung und Schiffahrt durch ungebührliche und abgenöthigte Aus- und Einladen, Ausſchiffen und Ausſchütten des Geträides und anderer Güter oder Conſumtibilien, merkliche

Digitized by Google

liche groſſe Beſchwer- und Verhinderung verurſacht und zugefüget wird; ſo ſollen alle und jede dergleichen, ſowohl unter währendem Krieg, als vor und nach demſelben, **auf allen Ströhmen und ſchiffbaren Wäſſern des Reichs, ohne Unterſchied,** neuerlich anmaſſende Vornehmen — null und nichtig ſeyn".

(d) Capitvl. (perpet. 1671. et 1711.) art. 8. §. 13. 14. 15.: "Geſtalt auch jeder Churfürſt, Fürſt und Stand, ſo ſich der habenden Zollgerechtigkeit mißbrauchet, und dieſe mehr oder weiter, als er befugt, erſtrecket, oder erhöhet, oder doch fürohin und inskünftige erhöhen und erſtrecken würde, dieſer **mit der That ſelbſt,** wenn er nicht alsbald ſolchen Exceß, auf zuvor geſchehene Erinnerung der Kreisausſchreibenden Fürſten, mit Ernſt abſtellen **würde, ſo lang ein ſolcher** Churfürſt, Fürſt oder Stand **im Leben** ſeyn würde, und eine **Communität auf dreyßig Jahre würklich verfallen und verwürket,** und derentwegen a competente iudice alſobald ad declarationem geſchritten werden".

(e) Praecipitur nempe I) in capitvl. (1671. et 1711.) art. 8. §. 13. 15.: "**Erinnerung der Kreisausſchreibenden Fürſten,** oder, wenn ſolche intereßiret, Ermahnung **anderer Stände des Kreiſes**", et in §. 30. (1742.): daß dieſelben ſchuldig ſeyn ſollen, dem Kaiſer alle ſolche vorgehende Zoll-Neuerungen **ſo bald anzuzeigen,** um dagegen von höchſten Amts wegen die Gebühr verhängen zu können". II) §. 28. 29. (1654.): daß **der Kaiſer ſich** "deſſen bey jedes Kreiſes ausſchreibenden Fürſten (add. 1742.: unausſtellig und bald möglichſt) **erkundigen,** darüber **auch eine Specification geben laſſen** ꝛc. und (vi §. 9. ſq.) mit mandatis S. C. und **fiſcaliſchen Proceſſen** helfen, auch (vi art. 19. §. 5. ex perpet. 1663. et 1711.) "**zu Behauptung der neuerlichen,** ohne Conſens der Churfürſten und ſonſt dem **vorhergegangenen achten** Artikel

kel zugegen, unternommenen Zölle, Auflagen und Attentaten, einige Proceſſe oder mandata nicht erkennen".

(f) CAPITVL. (1654.) art. 8. §. 21.: "Doch ſoll denenjenigen Privilegien, welche Churf. F. und Stände des Reichs (die freye Reichs-Ritterſchaft mit eingeſchloſſen), von weiland den vergeweſenen Röm. Königen oder Kaiſern zur Zeit, da der churfürſtliche Conſens per pacta et capitulationes noch nicht alſo eingeführet oder nöthig geweſen, rechtmäßig erlangt, oder ſonſten rubiglich hergebracht, hierdurch nichts präjudicirt, oder benommen, ſondern von Röm. Kaiſern auf gebührendes Anſuchen confirmiret, und die Stände dabey, ohne Eintrag männiglich, gelaſſen, (add. 1742.: und auf deren Anrufen nachdrücklich geſchützet) — werden". Conf. quoque CAPITVL. (1658. ſq.) art. 8. §. 1.

*3) Cui ſit immunitas a vectigali?* §. 340. *Immunes* a quocumque *vectigali* vi legum imperii ſunt perſonae camerales (a) et membra conſilii imperialis aulici (b), tum ſtatus quoque, eorumue legati, quatenus in conuentibus imperii ſubſiſtunt vel eos adeunt (c), tum electores in ſpecie, quatenus in conceſſione vectigalis iis reſeruata haec immunitas (d), quam in poſterum ſemper reſeruari ſibi ſtipulati ſunt (e), aliis autem non concedi cauerunt (f). Neque, ſaltem legibus imperii, ſatis expedita eſt, quae rebus principum (vulgo Fürſtengut) ſolet tribui immunitas.

(a) R. I. N. §. 141. vide ſupra §. 305. *a.*

(b)

(b) CAPITVL. (1658.) art. 25. §. 6.: "wie ſelbige (nempe der R. H. R. = Präſident, Reichs= vicecanzler, Vicepräſident, und **Reichshofräthe**) **dann auch wegen der Zölle, Steuer und anderer Beſchwerden Befreyung den C. G. Aſſeſſoren gleich gehalten** werden" — ſollen.

(c) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 8. §. 31.: "Nachdem auch die Billigkeit erfordert, daß Churfürſten und **Stände und deren Abgeſandten**, ſo **ſich auf Reichs = Collegial = Deputations = und Kreis = Tägen** befinden, oder alldahin verfügen, **ihre** an den Ort der anberaumten Zuſammenkunft **abſchickende** *mobilia* **und** *conſumtibilia*, als Wein, Bier, Getraide, Vieh und andere Nothdurft, **oh= ne Zoll, Mauth, Aufſchlag**, oder einig andere dergleichen Entgeld, wie es auch Namen haben mag, auf Vorweiſung beglaubter, und mit ihrer, der Churfürſten, Fürſten und Stände, oder ihrer Ab= geſandten Unterſchrift und Inſiegel bekräftigter Ur= kunde, (add. 1742.: aller Orten in geſamten Reichs= auch Unſern Erblanden ohne Ausnahme) **pas = und** reſpective **repaßiret**; zugleich wenn jemand von die= ſen ablebete, deren Erben und Nachfolgern, in= gleichen angeregte mobilia ohne Zoll, Mauth, Aufſchlag, oder anderwärtigen Entgeld zurück= und durchgelaſſen werden; Als ſollen und wollen Wir die würkliche Vorſehung thun, daß dem al= ſo nachgelebt, und hierwider kein Churfürſt, Fürſt oder Stand, noch deren Abgeſandte auf einigerley Weiſe beſchweret, dabey jedoch aller Unterſchleif vermieden werde". Conf. mandatum Leopoldi de a. 1666. in FABRI Staatscanzley tom. I. p. 13. et tom. 16. p. 348.

(d) CAPITVL. (1619., omiſſ. in perpet. 1671. reſtit. 1690. ſq.) art. 8. §. 26.

(e) CAPITVL. (1619.) art. 8. §. 27.

(f) CAPITVL. (1519. perpet. et 1711.) art. 8. §. 24. 25.



Digitized by Google

## CAP. II.

### DE IVRE MONETAE.

§. 341.

*Ius monetae I) quale regale ſit?*

Ex quo maiores noſtri *aurum* et *argentum* non ſolum ob vſum commerciorum in pretio habuerunt, ſed et commoditatem *monetae* fide publica ſignatae agnouerunt; REGALE MONETAE, ceu ius curandi, vt *metalli publica fide ſignatae partes* cudantur, eaeque *pretium eminens* et qualiumcumque rerum aequiualens pro definito valore obtineant (a), ab initio in ſuprema *ſolius regis* ſeu imperatoris poteſtate fuit. Poſteaquam vero, iuſto in hac re liberaliores, imperatores non ſolum electoribus (b) ſed plerisque etiam aliis *ſingulis ſtatibus* et vel *mediatis* imperii membris hoc ius largiti fuerunt; *hodie* quidem nulli forte ſunt ſtatus, qui hoc iure haud fruantur; ipſeque contra imperator illud haud amplius exercet. Nihilominus tamen vi legum imperii, necdum abrogatarum (c), ipſo iure *haud continetur in ſuperioritate territoriali,* ſed ad *reſeruata caeſarea* pertinet, eo ſenſu, vt adhuc nemo ſtatuum hoc ius ſibi vindicare queat, niſi iuſto titulo ſpeciali vel obſeruan-

tia

tia ſeu potius praeſcriptione immemoriali munitus ſit (d); pro futuro autem nec inmediatis (e), nec mediatis (f) hoc ius amplius concedere imperator poſſit, niſi conſenſu electorali adhibito, et audito prius circulo, cuius intereſt.

(a) Generatim hic commendari merentur in primis Anon. (von Praun) gründliche Nachricht vom Münzweſen ꝛc., Göttingen 1739., Helmſt. 1741. 8., et Joh. Chph. Hirſch Teutſches Münzarchiv ꝛc., Nürnb. tom. I-VI. 1756. fol.

(b) A. B. cap. 10.

(c) R. I. 1570. §. 132.: "Als dann auch die Münzgerechtigkeit keine Mercanzey, ſondern unſer kaiſerl. Regal, ſo die Münzſtände aus unſerm ſondern Vertrauen nicht zu ihrem ſelbſt geſuchten Vortheil, ſondern, wie wir ſelbſt, dem heil. Reich zu Ehren und Wohlfahrt brauchen ſollen" ꝛc.

(d) Capitvl. (1663. et 1711.) art. 9. §. 7. verbis: "wie auch denenjenigen, ſo ſolches Regal nicht rechtmäßig erhalten, oder ſonſten beſtändig hergebracht, daſſelbe verbieten" ꝛc.

(e) Capitvl. (1562.) art. 9. §. 6.: "Wir ſ. u. w. auch hinfüro ohne Vorwiſſen (add. 1658.: und abſonderliche Einwilligung der Churfürſten (add. 1671. et 1711.: und Vernehmung, auch billige Beobachtung desjenigen Kreiſes Bedenken, darinn der neue Münzſtand geſeſſen,) niemand, wes Standes oder Weſens der ſey, mit Münzfreyheiten oder Münzſtädten begaben und begnadigen".

(f) Capitvl. (1612.) art. 9. §. 11.: "Maſſen dann wir auch den (geringern, loco cuius poſitum 1654.:) mittelbaren Ständen mit dergleichen und andern höhern Privilegien ohne Miteinwilligung der Churfürſten (add. 1671. et 1711.: und Vernehmung, auch billiger Beobachtung ſelbigen Kreiſes Bedenkens, als obgedacht, und der Mit-



Digitized by Google

intereſſirten,) vielweniger zu derſelben Abbruch nicht willfahren wollen".

II) *Quomodo exercendum ſit* A) *qua norma?* 1) *ex conventione Lipſ.*

§. 342. Quumque ſine ſummo reipublicae detrimento res monetaria conſiſtere nequeat, niſi certus in illa *modus* obſeruetur, *tum* quod ad varias monetarum ſpecies, *tum* quod ad valoris interni externique, item variorum metallorum inter ſe inuicem proportionem attinet; irreparabiles quidem *naeui* ſunt, in quos vel ideo Germaniae res monetaria incidit, quia tam diu, vsque dum *prima* anno 1559. conderetur *ordinatio monetaria* (a), omni fere norma deſtituta fuit. Poſteaquam vero varias abhinc porro haec res ſubiit *viciſſitudines*, in primis pro duplici, alio in Saxonia per *thaleros* ex 24. groſſis conſiſtentes, alio extra Saxoniam per *florenos* ex 60. crucigeris conſiſtentes computandi modo; denique mens fuit caeſari et imperio, ſtabiliendi *normam rei monetariae Germanicae vniuerſalem*, quam a conuentione a. 1690. inter domus Saxonicam, Brandenburgicam et Brunſuicenſem Lipſiae inita vocant den Leipziger Münzfuß (b), id quod ſancitum reuera concluſo imperii a. 1738. (c), niſi quod *reſidua* manerent nonnulla ſpecialia, futurae deliberationi reſeruata (d).

(a) Vi-

(a) Vide *corp. iur. publ.* p. 219. ſq.

(b) Vide *receſſum monetalem Lipſienſem*, d. 16. Ian. 1690. in Lünigs Reichsarchiv part. ſpec. Sachſ. p. 235., Calenbergiſche Landes-Ordnungen tom. 3. p. 542.

(c) R. G. A. d. 10. Sept. 1738. in *corp. iur. publ.* p. 1467. ſq.

(d) Capitvl. (1742.) art. 9. §. 4.: "Nachdem in den Jahren 1737. und 1738. bey der allgemeinen Reichsverſammlung, wegen Herſtellung des Münzweſens, verſchiedenes gehandelt, und vom nächſten unſern Vorfahren am Reiche genehmiget worden, theils noch zu erörtern ausgeſetzt iſt; als ſollen und wollen wir ſo bald nach angetretener unſerer Regierung ernſtlich daran ſeyn, damit alles und jedes vollends gänzlich zu Stande gelange, mithin das noch zu berathſchlagen übrige zu ſeinem Schluß beſtens befördert, das bereits beſchloſſene aber einsweilen, mittelſt auszulaſſender Münz-Verordnungen, und dazu gehöriger Valvations-Tabellen verkündet, auch allenthalben ohne Unterſchied, und beſonders von denjenigen, die ſich des Münzregals bedienen, genaueſt befolget werde".

§. 343. Vi huius normae *monetas argenteas* maiores ita cudi oportebat, vt marca argenti puri, pro pondere, quod hic obſeruatur, Colonienſi (a) admixta ſolum in 16. ſemunciis $1\frac{14}{18}$ metalli inferioris (b) ſuppeditaret XII. imperiales, ſiue XVIII. florenos, atque thalerus, quem vocant Speciesthaler, obtineret valorem duorum florenorum, ſiue 1. imp. 30. cruc., ſeu quod idem eſt 120. crucigerorum. Iisque ſub maioribus *2) quoad monetas argenteas;*

ribus monetis comprehendi etiam debebant eae, quae vel ad duodecimam vnius imperialis partem deſcendunt (c), ſeparatis modo nonnullis minoris valoris monetis in ſingulis quibusque territoriis tolerandis (d).

(a) *Marca Colonienſis* computatur 4352. granis, a qua differt, extra Germaniam obſeruari ſolita, *marca Trecenſis* (von Troyes in Champagne), quae computatur 4608. granis, adeo vt 19. marcae Trecenſes tantumdem efficiant, quantum 20. marcae Colonienſes, Koelers Münzbeluſt. tom. 8. p. 327. *Romani* olim numerauerunt 6912. grana ad libram in 12. vncias et 96. drachmas diviſam; quam diuiſionem & Carolus M. retinuit, niſi quod 6912. grana Romana in pondere convenirent tantum cum 6048. granis Francicis, adeoque 12. vnciae Romanae efficerent tantum $10\frac{1}{2}$ vncias Francicas. Sed nouiore aeuo aliae plane *librae* introductae ſunt 16. vnciarum (jede Unze von 2. Loth). Reique monetariae adhibitum ſingulare pondus marcarum (Markgewicht), quarum ſingula continet

8. Unzen, jede Unze 2. Loth,
16. Loth, jedes Loth 4. Quintchen,
64. Quintchen, jedes Quintchen 4. Pfennige,
256. Pfennige, jeder Pfennig 2. Heller, oder 17. Gran oder Eschen,
512. Heller,
4352. Gran oder Eschen.

Quando opus eſt ſubdiuiſionibus minoribus, adhibetur der Richtpfennig, ſiue ſubdiuiſio idealis eines Pfennigs, deren 256. auf die Cöllniſche Mark gehen, wiederum in 256. Theilchen, ſo daß die ganze Mark ſo viel beträgt als 256. mal 256. Theilchen, oder 256. durch ſich ſelbſt multiplicirt, d. i. 65. 536. Theilchen.

(b) Ni-

Digitized by Google

(b) Nimirum ſecundum marcam Colonienſem ope ponderis computatur, vt aiunt, der Schrot, i. e. quot monetae ex marca cudi, et quanti ponderis quaeque moneta eſſe debeat (wie viel Stücke aus einer Mark zu münzen, und wie ſchwer jedes Stück.) Ad computandam [illegible]itatem metalli (das Korn) aliud adhibetur pondus (Probiergewicht), dum ſupponitur alia idealis diuiſio plane purae maſſae in certas particulas, vt indagari poſſit, quota particula ſit admixta; veluti argenti in 16. ſemiuncias (16. Loth, jedes zu 18. Gran) et 288. grana.

(c) R. G. A. d. 10. Sept. 1738. num. 1. in *corp. iur. publ.* p. 1480.: Hat man es bey dem ratione der Gold- und groben Silber-Sorten feſtgeſtellten **Leipziger nunmehrigen Reichsfuß**, wo der Thaler zu 2. Fl. in valore intrinſeco ausgemünzet worden, auf die rauhe Cöllniſche Mark 8. Stück gehen, und fein 14. Loth 4. Gran halten, — dergeſtalt bewenden laſſen, daß — unter die groben Silberſorten auch die halbe, viertel, achtel, und zwölftel Thaler, und die in den Niederrheiniſchen Landen gebräuchliche Doppelblaffert, oder 9. Kreuzer Stücke mit zu zehlen, und nach dem Thaler zu 2. Fl. auszuprägen".

(d) *Corp. iur. publ.* p. 1481. ſq.

§. 344. *Aureae monetae* modus eadem norma ſic definitus eſt, vt, pro diuiſione ideali marcae auri in 24. gradus (Carats, jedes zu 12. Gran) ſeu adeo 288. grana, cuderentur: I) Ducaten zu 4. Fl., 67. Stück auf die Cölniſche Mark, 23. Carat 8. Grane fein; II) Goldgulden zu 3. Fl., 72. Stück auf die Mark, 18. Carat 10. Grane fein Gold, 3. Carat 8. Gran fein Sil- *b) quoad monetas aureas.*

 ber,

ber, und 1. Carat 6. Gran Kupfer (a). Nec *exterorum* denique monetae aureae, vt maiore, quam ſecundum eamdem normam, valore reciperentur, dudum leges cauerunt (b).

(a) R. G. A. d. 10. Sept. 1738. in *corp. iur. publ.* p. 1480.

(b) Münzordn. 1559. §. 145. in *corp. iur. publ.* p. 219., CAPITVL. (1742.) art. 9. §. 5.: — — "beſonders überhaupt darauf halten, daß nach Maaßgabe der ältern und jüngern Reichsmünzordnungen **ausländiſche Münzſorten in keinem höhern Werthe**, als nach dem Reichsſatzungsmäſſigen Schrot und Korn, in den Reichsländen und im Handelslaufe geduldet werden". Add. ORD. MON. 1559. §. 50. ſq. R. I. 1566. §. 171. ſq. R. I. 1570. §. 142. R. D. 1571. §. 35.

*2) Mutationes nouiſſimae, et ſtatus hodiernus.*

§. 345. Secundum hancce normam *auri argentique* mutua *proportio* obſeruata fuit, vti 1 ad $15\frac{1}{10}$ (a). Hanc ipſam vero proportionem quum minus iuſtam deprehendiſſent harum rerum aeſtimatores (b); ipſi *nonnulli* normae Lipſienſis auctores ab anno 1748. inde ab hac norma *receſſerunt* (c), et complures commouerunt alios, vt vel nouam adoptarent normam iuſtiori proportioni auri argentique magis conformem. Quae res quum in eo eſſet, vt praeparata in circulis, deinde in ipſis imperii comitiis vniuerſalibus deliberatio de noua norma imperii monetaria inſtituen-

tuenda iamiam exſpectaretur; plane ſumma imis ſunt mixta, tempore *belli*, quo patria ab a. 1756. ad a. 1763. inde preſſa, triſtisque memoria ſimilis olim euentus (d) reuocata fuit. Quo finito demum bello plurimi quidem ſtatus in ſuo cuiusque territorio nouum rei remedium quaeſiuerunt, ſatisque multi *conuentionem Auſtriaco - Bauaricam* d. 21. Sept. 1753. adoptarunt (e), ſed ne ii quidem omnes in ea perſtiterunt, multo minus in circulis totoque imperio vniformis norma adhucdum obtineri potuit.

(a) Antehac fuerat proportio auri et argenti nach der Münzordn. 1559. wie 1. zu $11\frac{1}{2}$, nach dem Schluß der obern Kreiſe 1665. wie 1. zu $14\frac{1}{8}$, nach dem Zinniſchen Fuß 1667. wie 1. zu $13\frac{5}{9}$.

(b) *Batauis Galliſque* fertur obſeruari proportio vti 1. ad $14\frac{1}{2}$, *Hiſpanis* vti 1. ad $14\frac{1}{4}$.

(c) Ex inſtituto huc pertinent ſequentia ſcripta: 1) **Abdruck von einem Schreiben** (von C. J. P. **Graumann) die Teutſche und andrer Völker Münzverfaſſung**, und inſonderheit die hochfürſtl. Braunſchweigiſche Münze **betreffend**. 1749., 2) **Gründliche Prüfung des Schreibens** die Teutſche u. a. V. Münzverfaſſung ꝛc. betr. 1750., 3) **Vernünftige Vertheidigung des Schreibens** die T. u. a. V. Münzverf. betr., der ſogenannten gründl. Prüfung deſſelben entgegen geſetzt ꝛc. Berlin 1752., 4) **Unterſuchung der Frage: ob das Silbergeld zu erhöhen ſey?** worinn die ſo genannte vernünftige Vertheidigung des Schreibens die T. und a. V. Münzverfaſſung betr., beantwortet wird, Hannov. 1752.

(d) Vide von der Kipper- und Wipper-Zeit d. a. 1620. ſq. Koelers Münzbeluſt. tom. 2. p. 231. ſq. Calenbergiſche Landesordnungen tom. 3. p. 450. aliosque.

(e) *Conuentionis* huius Auſtriaco-Bauaricae praecipua *contenta* haec ſunt: I) Proportion zwiſchen Gold und Silber, wie 1. zu 14, höchſtens 1. 14$\frac{11}{72}$; II) Ausmünzung der Cöllniſchen Mark fein a) Gold zu 283. Fl. 5. Kr. 3$\frac{47}{71}$ Pf.; Ducaten 23. Carat 8. Gran fein; b) Silber vom Speciesthaler bis zum Groſchen incluſiue die feine Mark zu 20. Fl., und zwar nicht al marco, ſondern mit der Stückelung auszumünzen; III) Devalvation aller andern Münzen nach dieſem Fuß, und zwar nicht all'ingroſſo, noch weniger nach den ſchwereren, ſondern nach den leichteren ꝛc. Moſers Staatsarchiv 1754. part. 1. p. 35. ſq.

B) *Reliqua obſeruanda,* 1) *circa proprias metallifodinas;*

§. 346. Ceterum ſecundum leges imperii vel iis tantum ſtatibus, qui proprias habent *metallifodinas*, eatenus liberum eſt ius monetae, vt ex metallis inde productis vbicumque, quantam lubet, monetae quantitatem cudi curare poſſint. Alias enim in quouis circulo dumtaxat duo vel tria loca (Münzſtädte) cudendae monetae deſtinari volunt leges (a), neque generatim aliter ius monetae exerceri, quam, vti regale caeſareum decet, ad ſalutem totius imperii publicam, nequaquam lucri cauſa (b), nec admitti propterea cuiuscumque generis *pacta* ea mente inita (c).

(a) R.

Digitized by Google

(a) R. I. 1570. §. 133.: "daß nunmehro keinem, ſo Münzgerechtigkeit hat, ſeines Gefallens ſondere Münzſtädte in den Kreiſen anzurichten zu verſtatten, ſondern ſollen die Kreisſtände und Münzherren auf gemeine Kreistäge zuſammenkommen, und, eines jeden Kreiſes Gelegenheit nach, ſich auf drey oder vier Oerter daſelbſt gemeine Münzſtädte anzuſtellen vergleichen. — Doch ſoll denjenigen Ständen, ſo eigne Bergwerke haben, auch ſondere Münzen darneben zu halten, und daſelbſt zu münzen unverboten, ſondern zugelaſſen ſeyn". Cui tamen additum in R. I. 1571. §. 27.: "Daß den Herren, ſo eigne Bergwerke haben, auf ihren ſonderen Münzen, nur dasjenige Gold oder Silber, ſoviel daſelbſt gewonnen, zu vermünzen unverboten; aber ſonſt alles andere erkaufte oder ſonſt an ſich gebrachte Gold und Silber ſollen ſie, wie andere Stände, auf den Münzſtädten vermünzen zu laſſen ſchuldig ſeyn". Add. capitul. (1690.) art. 9. §. 2.: "Diejenigen Mittel, ſo im R. A. 1570. wegen der in jedem Kreiſe anzulegenden 3. oder 4. Kreismünzſtädte — und höchſtnöthigen Abſchaffung der Heckenmünzen — bedacht, in gute Obacht nehmen".

(b) R. I. 1570. §. 132. vide ſupra §. 341. not. *b*. Conf. quoque Leyser *ad D.* ſpec. 529. vol. 7. p. 926. ſq.

(c) R. I. 1551. §. 46. et ord. mon. 1559. §. 174. R. I. 1570. §. 132.: Daß diejenigen, ſo Münzensfreyheit erlangt, ihre Gerechtigkeit keinesweges andern verkaufen, verleyhen, oder verlegen laſſen, vielweniger mit dem Münzmeiſter wöchentlich oder monathlich den Gewinn theilen, oder ſonſt mit ihnen oder andern deswegen paciſciren oder einig Geding machen, oder daher eignen Nutzen erwarten ſollen" ꝛc. Add. R. I. 1594. §. 103. et conclus. imperii 1667. art. 2. §. 5.

§. 347.

*2) Poenae contraue-nientium.*

§. 347. E contrario tum iuſto plures monetas minoris generis qui cudunt, ſingularibus *poenis* coerceantur (a); tum generatim, qui abutuntur iure monetae, ne impunes maneant (b), ſed vel ipſo iure illud amittant (c), leges ſanciunt, et ita quidem, vt immediati non tantum ab imperatore et circulis ab exercitio iſtius iuris arceantur, nec reſtitui ſine conſenſu comitiali debeant (d), ſed et a voto et ſeſſione in comitiis ſuſpendantur (e), mediati a domino territoriali iſto iure priuentur (f).

(a) ORD. MON. 1559. §. 34.: "Wo kleine Münzen ſich häufen; denſelben Münzherren eine Zeitlang weiter zu münzen verbieten". R. I. 1603. §. 56.: — "gegen Münzmeiſter und Münzgeſellen mit Leibs- und Lebens- auch andern Strafen, nach Geſtalt eines jeden Ueberfahrung zu verfahren".

(b) CAPITVL. (1612. 1690.) art. 9. §. 2.: "auch zu dem Ende diejenigen Mittel, ſo in Reichs- (add. 1764.: und Deputations-) Abſchieden de anno 1570. (add. 1764.: 1571. 1576. 1594., ſodann dem nach dieſem Reichsgeſetze abgemeſſenen kaiſerlichen Münzedict von 1759.) wegen der in jedem Kreiſe anzulegenden drey oder vier Kreis-Münzſtädte, ingleichen wegen der 1603. und auf vorigen auch nachfolgenden Reichstägen beliebten Conformität, (add. 1764.: in ſo weit jetzt angezogene Reichs- und Deputations-Abſchiede den jetzigen Zeiten und dem künftig in dem Münzweſen zu errichtenden Reichsſchluß angemeſſen werden können,) ſowohl im ganzen Römiſchen Reiche, als auch mit den benachbarten, und beſonders der dabey den Kreis-Directoriis aufgetragenen Abſtra-

fung

**fung der Contravenienten**, und daraus reſultirenden höchſtnöthigen Abſchaffung der Heckemünzen, durch Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, in gemein bedacht, in gute Obacht nehmen".

(c) ORD. MON. 1559. §. 175.: "Da jemand dem, wie obgemeldt, in einem oder mehr Puncten zuwider handeln würde, der ſoll — ſeine **Münz-Freyheit** oder Gerechtigkeit verlohren und verwürkt haben". Add. R. I. 1570. §. 132.

(d) CAPITVL. (1612. 1658.) art. 9. §. 7. 8.: "Auch, wo wir beſtändig befinden, daß diejenigen Stände, denen ſolches Regal und Privilegium verliehen, daſſelbe dem Münzedict und andern zu deſſen Verbeſſerung erfolgten Reichsconſtitutionen zugegen, **mißbrauchen**, oder durch andere mißbrauchen laſſen, **und ſich alſo ihrer Münz-Gerechtigkeit ohne fernere Erkenntniß verluſtig gemacht**, ihnen daſſelbe (Regal) nicht allein verbieten, und durch die Kreiſe wider ſie gebührend verfahren laſſen; ſondern **auch** einen ſolchen privirten Stand, (add. 1671.: **auſſer einer allgemeinen Reichsverſammlung** und der Stände Bewilligung) **nicht reſtituiren**".

(e) CAPITVL (1711.) art. 9. §. 6.: "Wie wir dann auch gegen diejenigen, ſo obgedachtermaſſen das ihnen zukommende Münzregal gegen die Reichsconſtitutionen mißbrauchen, oder durch andere mißbrauchen laſſen, nebſt der Privation gedachten ihres regalis auch mit der **Suſpenſion** *a ſeſſione et voto*, jedoch auf Art und Weiſe, wie in dem erſten Artikel dieſer Capitulation enthalten, verfahren, und ſolchen ſuſpendirten Stand gleichfalls anders nicht, als auf einem gemeinen Reichstag, nach gegebener Satisfaction, reſtituiren laſſen ſollen und wollen".

(f) CAPITVL. (1658.) art. 9. §. 10.: "Wofern ſich aber dergleichen bey **Mediat-Ständen**, und andern, ſo dem Reiche immediate nicht, ſondern Fürſten

ſten und andern Reichsſtänden unterworfen, begäbe; alsdann ſoll durch d. ren Landsfürſten und Herren, wider ſie, wie ſichs gebühret, verfahren, und ſolche Münzgerechtigkeit ihnen gänzlich geleget, caſſirt, und ferner nicht ertheilet werden".

3) Conuentus probationis.

§. 348. Eaque omnia vt rite queant obſervari, quotannis ſemel vel bis in quouis circulo inſtitui ſingulares *probandae monetae conuentus* (Münz-Probationstäge) (a), et vel plures ea de re correſpondere circulos (b), leges iubent; quales in nonnullis quoque circulis obſeruantur, in reliquis inſtaurari promiſſum (c). Nouiſſimus autem huiusmodi conuentus a. 1760. Auguſtae Vindelicorum habitus necdum ſperatae vtilitatis fuit, vti nec reliquae ſanctiones edicti caeſarei d. 13. Aug. 1759. ad effectum omnino pervenerunt.

(a) ORD. MON. 1559. §. 157.: "ſoll in jedem Kreiſe durch die Münzgenoſſen verordnet werden, daß alle und jedes Jahr beſonder zweymahl gemeine Probationstäge und Rechtfertigung der gemeinen Reichsmünzen gehalten werden; — wenigſtens ein Probationstag jährlich". Add. Münzprobier-Ordnung 1559. in *corp. iur. publ.* p. 238. ſq. et R. I. 1570. §. 137. ſq. Conf. quoque die Inſtructionen für die Münzmeiſter, wie auch für die General- und Special-Wardeine in Pachners von Eggenſtorf Samml. der Reichsſchlüſſe tom. I. p. 385. ſq.

(b) R. D. 1571. §. 28. 29.: "daß der Churrheiniſche, auch Rheiniſche und Weſtphäliſche Kreis,

Kreis, item der Ober- und Nieder-Sächſiſche Kreis, (doch daneben mit dem Weſtphäliſchen Kreis ſeine alte Correſpondenz zu continuiren, vorbehalten,) und dann der Fränkiſche, Bairiſche und Schwäbiſche, ſamnt dem Oeſterreichiſchen Kreiſe, mit einander gute **nachbarliche Correſpondenz zu Handhabung durchgehender Gleichheit bey der Münzordnung zu halten** ſchuldig ſeyn ſollen; nemlich dergeſtalt, **entweder alle Jahr einen Probationstag** ſämmtlich zu halten, oder aber doch ſonſten (wie ſie ſich derhalben ihrer beſten Gelegenheit nach zu vereinbaren,) **mit Zuſchreiben und Bericht**, was auf eines jeden ſondern Probationstag den Münzverordnungen zuwider, in einem oder mehr Wege fürgangen befunden, was dagegen bedacht, tractirt, verabſchiedet, oder weiters zu thun ſeyn möchte".

(c) CAPITVL. (1742.) art. 9. §. 5.: "Immaſſen wir auch dann nachdrücklichſt darob ſeyn wollen, daß **die Münzprobationstäge** (add. 1764. ex mon. Bauar.: nicht nur in denen Kreiſen, wo ſelbe bisher in Uebung waren, jedoch ohne Abbruch der Gerechtſamen und Freyheiten eines jeden mitverwandten Churfürſten, Fürſten und Standes fortgeſetzet, ſondern auch) bey denjenigen Kreiſen, **wo** ſelbige **zeithero ins Stecken gerathen, wieder in Gang gebracht** und ordentlich gehalten werden mögen".

§. 349. Denique a iure monetae, et quod in eo reſeruati caeſarei ſupereſt, probe ſecernenda ſunt, quae intuitu monetae vi *poteſtatis iudiciariae iuriſue politiae* alioue ex ſuperioritatis territorialis fonte a quolibet ſtatu fieri poſſunt, veluti inquiſitio et coercitio *delictorum monetariorum*, deualuatio *prauae monetae* vicinae, circum- *III) Regalia adfinia territorialia.*

cumſcriptio libertatis *vendendi argentum*, cudendi *numiſmata*, et quae ſunt id genus reliqua.

## CAP. III.
## DE IVRE POSTARVM.

§. 350.

I) *Ius poſtarum in genere.* Quum POSTARVM inſtitutum in eo conſiſtat, vt curſoribus et equis, per duorum triumue milliariorum ſpatia, vulgo *ſtationes*, mutatis litterae et merces aliaeue res ac perſonae, pro modica ex earum proportione aeſtimata pecunia, quaqua mitti et transuehi poſſint; per ſe quidem nihil impedit, quo minus et *priuato auſu* eiusmodi inſtituta fieri poſſint. Sed, quo *ſolidius auctoritate ac fide publica* omnia procedant, rationes ſat multae ſuadent, vt *in numerum regalium* referatur ius poſtarum, nec adeo priuatorum amplius arbitrio relinquatur.

II) *Germaniae poſtarum A) origines;* §. 351. Germaniae poſtarum *origines* repetendae ſunt I) a principum de THVRN ET TAXIS, olim equeſtris ordinis, maioribus, qui initio

Digitized by Google

initio ab a. 1516. inde proprie *Auſtriacarum atque Burgunditarum terrarum* commodo hoc inſtitutum inſtruxerunt, deinde et *auctoritatis caeſareae praeſidio* vſi praeſertim ab a. 1590. inde illud magis ſtabiliuerunt, atque a. 1615. *inueſtitura caeſarea* perpetuum generalis per imperium magiſtri poſtarum officium obtinuerunt, reſeruata modo *electori Moguntino* tamquam archicancellario ſuprema harum *poſtarum*, nunc *imperialium* dictarum, quadam inſpectione atque protectione (a). Praeterea II) in *terris Auſtriacis* mox inſtitutae ſunt poſtae territoriales, earumque et poſtarum caeſaris aulicarum officium hereditarium ſimili inueſtitura a FERDINANDO II. Imp. a. 1624. commiſſum fuit familiae baronum, deinde comitum de PAAR. Denique III) poſt varia tempore belli tricennalis tentata paſſim priuatorum molimina in terris Brandenburgicis, Saxonicis, Brunſuicenſibus, Haſſiacis cet. a pace Weſtphalica inde inſignes nouae inſtitutae ſunt *poſtae territoriales*.

(a) *Corp. iur. publ.* p. 719. ſq.

§. 352. Quibus ita conſtitutis, vel ex ipſa huius rei origine intelligitur, qui non aeque, ac ius monetae et vectigalium (quippe vtrumque an- *B) Indoles huius iuris: I) reſeruatum caeſareum a) non eſt,*

tiquius ipſa ſuperioritate territoriali, ſecus ac hoc,) in numerum *reſeruatorum caeſareorum* poni potuerit ius poſtarum. Nec enim dubitari potuit, eo tempore, in quod vel prima huius rei initia incidunt, ſub initium nempe ſeculi XVI, *vi ſuperioritatis territorialis* quemlibet ſtatum in ſuo cuiusque territorio hoc inſtitutum introducere et fouere potuiſſe; nec e contrario tum, ne dicam, porro ſub exitum ſeculi XVI., a quo demum perfectius inſtitutum euaſit, *auctoritate caeſarea* ſtatibus inuitis in hac re quidquam obtrudi licuit, ſicuti necdum hodie licet; ſed *poſtarum* illarum a familia de Taxis pendentium ſeu, quas vocant, *imperialium originaria admiſſio* in quolibet territorio *a libera cuiusque ſtatus voluntate* pependit et adhuc pendet.

*ſed ius territoriale, niſi quatenus admiſſae poſtae territoriales.*

§. 353. *Sicubi* itaque *poſtae imperiales* I) *nondum admiſſae* ſunt, *vniuerſum ius poſtarum* 1) in quouis territorio recte *ſuperioritati territoriali vindicatur*, vt nouas quisque poſtas inſtituere, officiales eam in rem neceſſarios conſtituere, leges de hac re ferre, omniaque alia expedire poſſit. Quin 2) et alterius in territorio ſeu precario ſeu *iure ſeruitutis* eadem fieri non magis, quam in aliis regalibus quidquam impedit,

Digitized by Google

dit, ſcilicet conſenſu eius, cuius intereſt, alioque iuſto titulo intercedente. Quodſi II) admiſſae quidem in territorio quodam *poſtae imperiales* ſunt, ſed 1) *precario* tantum; ibi vel hoc reuocare, illasque eliminare, adhuc licet. 2) Sin *perpetuo* et irreuocabili qualicumque *titulo* locum nactae poſtae imperiales; regulariter tamen *concurrentes* adhuc *poſtas territoriales* inuehere licet, niſi et huic iuri ſpeciali titulo occurrerunt poſſeſſores poſtarum imperialium. Nec generatim itaque 3) *vltra*, *quam admiſſae* ſunt, contendere quidquam poſſunt (a).

(a) CAPITVL. (1690.) art. 29. §. 1.: "Churfürſten, Fürſten und Stände in ihren Landen und Gebieten, wo dergleichen kaiſerliche Poſtämter vorhanden und hergebracht ꝛc."

§. 354. Nec obſtat I) *regale imperii* dici ius poſtarum, quippe quod partim ea mente factum, vt ne Auſtriacae aut plane Hiſpanicae, quae caeſareae debebantur, auctoritati vindicarentur (a), partim vnum idemque regale caeſareum, alioque reſpectu territoriale eſſe, (veluti iurisdictionem e. g.) minime repugnat. Nec II) obſtat interceſſio a collegio electorali a. 1641. (b) et vel in capitulatione caeſarea (c) pro poſtis imperialibus interpoſita, quippe earum modo *nec b) obſtant dubia obmoneri ſolita*, colli-

colliſionem cum poſtis imperatoris hereditariis et aulicis concernens (d), quae res necdum hodie plane compoſita eſt.

(a) Huc reuera ſpectant, quae allegantur ex KLOCK *de contrib.* cap. 2. num. 30. ex ſuffragio quodam imperii de a. 1570. verba ſequentia, quibus rogatur imperator: "Das Poſtweſen beym Reiche zu erhalten. Denn Ihre Maj. wären es auch Amts und Pflichten halber als ein Mehrer des Reichs zu thun ſchuldig, und könnten es Dero Nachfahren zum praeiudicio in fremde Hände nicht kommen laſſen".

(b) Des Churfürſtl. Collegii Gutachten in puncto des Reichs-Poſtweſens ſub d. Regensb. den 12. Jun. 1641., in Lünigs Reichs-Archiv tom. 4. p. 544. ſq.

(c) CAPITVL. (1658 — 1711.) art. 29. §. 4.: "Wir ſ. u. w. aber (omiſſ. 1742.: zu gänzlicher Aufhebung derer zwiſchen Unſern Poſtämtern haftenden Differentien, in Erwegung des vom Churfürſtlichen Collegio in anno 1641. auf dem Reichstage zu Regensburg wegen des Reichspoſtamts eingegebenen Gutachtens, und der in ſelbigem Reichs-Abſchied geſchehenen Verordnung,) die beſtändige Verfügung thun, daß Unſer General-(add. 1742.: kaiſerlich- und) Reichsoberſtpoſtamt, in ſeinem eſſe, (add. 1742.: allenthalben) erhalten, und zu deſſen Schmälerung nichts vorgenommen, verwilliget oder nachgeſehen, (omiſſ. 1742.: inſonderheit aber der damit belehnte General-Reichspoſtmeiſter wider alle von Unſerm kaiſerlichen Hofpoſtamt, jenem bis daher im Reich beſchehene, oder noch ferner anmaſſende Eingriffe, und Verſchlieſſung abſonderlicher Amtspaqueten, handgehabt,) und ſowohl in Beyſeyn Unſerer kaiſerlichen Perſon und Hofſtatt, als abweſend derſelben, (loco eius poſitum 1742.: als ſonſt im Reiche jederzeit) bey

bey ruhiger Einnehm- Beſtell- und Austheilung aller und jeder (omiſſ. 1742.: vermittelſt der Reichs-Poſten ankommender und abgehender) Briefe und Paquete gegen erhebendes billiges Poſtgeld gelaſſen, (omiſſ. 1742.: und was dem und gemeldtem Reichsabſchied zuwider auf einigerley Weiſe und Weg ergangen und verliehen worden, hiermit allerdings aufgehoben ſeyn; Hingegen Unſer kaiſerliches Erbland- Hofpoſtamt bey ſeiner 1624. erlangten Inveſtitur, und des General-Reichspoſtmeiſters auf dieſelbe ertheilten Revers, in den Erblanden ganz unbeeinträchtiget verbleiben und dabey geſchützt werden ſoll)".

(d) Hinc probe obſeruanda, quae ex actis notauit **Moſer** in den Anmerk. zur Wahlcap. Car. VII. part. 2. p. 676.: "Die Churbrandenburgiſche Erinnerung betreffend, daß nehmlich Se. Churfürſtl. Durchl. das Poſtregal, ſo Sie in Ihren Landen unverrückt exercirt, keinem andern geſtehen könnten, und daß Ihro in der poſſeſſione exercitii des Poſtregals nicht zu präjudiciren, hielte man dafür, weil nur von beiden Reichs- und Hof-Poſtämtern, und nicht de iure ſtatuum gehandelt würde, daß es dabey zu laſſen".

§. 355. Saltem ſi qua ſupereſt *dubitatio* de collisione poſtarum imperialium et territorialium, ea nec pace Weſtphalica (a), nec ſubſecutis in capitulationibus (b) deciſa eſt. Potius in his nec aliud praeſidium habent poſtae imperiales, quam vbi et quatenus admiſſae ſunt (§. 353. *a.*). Ideoque ſaltem, donec nouae normae legales in comitiis conditae fuerint, tanto minus concedi poteſt *ſummis imperii tribunalibus* contra iſta *Saltem noua lex exſpectanda.*

principia cognoſcendi poteſtas, quanto clarius haecce res in iis eſt, quae authenticam exſpectant interpretationem, legislatoria potius, quam iudiciaria poteſtate discutiendae.

(a) Adnumeratum nempe fuit hoc argumentum illis "*ſimilibus negotiis*, *quae* in P. W. *expediri nequiuerant*", et de quibus proinde, vt "in proximis comitiis ex communi ſtatuum conſenſu ageretur", ſtatutum fuerat in I. P. O. art. 8. §. 3. Ideoque ſancitum in CAPITVL. (1658.) art. 29. §. 1: "Demnach wider die im h. R. R. verordnete Poſt (einige, loco cuius 1660. poſitum:) nicht geringe Beſchwerden geführet (werden; ſo ſind zwar dieſelbe, nach Anweiſung des Inſtr. pacis, auf die bey nächſtkommendem Reichstag erfolgende Erinnerung auszuſtellen; Wir ſ. u. w. aber ꝛc., loco cuius 1690. poſitum:) ſelbe auch nach Anweiſung des I. P. auf den Reichstag ausgeſtellt worden; ſo wollen wir mit Beobachtung deſſen keinesweges geſtatten" ꝛc.

(b) In deliberationibus *perpetuae capitulationis* tantum aberat, vt norma generalis huius nouae quaeſtionis componi potuiſſet, vt potius diſerte conuenirent ambo ſuperiora imperii collegia de eo, vt aliis temporibus hanc rem reſeruari oporteret, verbis: "Das Poſtweſen, wie ſolches in art. 29. proiecti capitulationis enthalten, noch zur Zeit aber ausgeſetzt, jedoch daß es demnächſt unter den erſten Materien ſolle vorgenommen und ausgemacht werden". Vide die gegenwärtige Verfaſſ. der kaiſerl. Reg. p. 228. MOSERVMque *l. c.* p. 678. ſq. Deinde capitulationis perpetuae articulus de hac re agens ne retentus quidem fuit in capitulatione Caroli VI. et ſequentibus, quae Ioſephinam potius in hoc argumento ſecutae ſunt. Tantum addebatur in CAPITVL. (1711.) art. 29. §. 5.: "Jedoch ſ. u. w. wir auf dieſen Artikel, das Poſt-

Digitized by Google

Poſtweſen belangend, in ſo lang halten, auch halten laſſen, bis von Reichs wegen ein anders beliebt werden wird".

§. 356. Ceterum vbi vigent *poſtae imperiales*, tum conſtitutio *officialium* eam in rem neceſſariorum, tum perceptio *redituum* inde prouenientium a principe de Taxis, ceu generali harum poſtarum magiſtro, pendet. Nonnullis autem *abuſibus*, quorum iam in pace Weſtphalica erat mentio iniecta (a), vt contraueniretur, poſthaec capitulationes ſtatuerunt, ne exteris committantur poſtae, neque exemtionem ab oneribus contendant officiales poſtarum (b), et generatim vt probe adminiſtrari poſtas curetur (c). *2) Iura et obligationes poſtarum imperialium.*

(a) I. P. O. art. 9. §. 1.: — — "*Immoderata poſtarum* omniaque alia inuſitata *onera* et „impedimenta, *quibus commerciorum* et nauigationis *vſus deterior redditus eſt, penitus tollantur*".

(b) Capitvl. 1690. (ex mon. Euang. 1658.) art. 29. §. 1.: "Wollen wir — keineswegs geſtatten, daß Churfürſten, Fürſten und Stände in ihren Landen und Gebieten, wo dergleichen kaiſerliche Poſtämter vorhanden und hergebracht, ſolche Perſonen, welche keine Reichs-Unterthanen ſind, und deren Treue man nicht verſichert iſt, angeſetzt, oder dieſelben auſſerhalb der Perſonal-Befreyung von dem Beytrage gemeiner Real-Beſchwerden eximirt und befreyet werden".

(c) Capitvl. (1690.) art. 29. §. 2.: "Nicht weniger wollen wir den General-Reichspoſtmeiſter dahin halten, daß er ſeine Poſten mit aller Nothdurft wohl

**wohl verſehe,** die getreue und richtige Briefbeſtellungen gegen **billiges Poſtgeld**, ſo in allen Poſthäuſern zu jedermanns guter Nachricht in offenem Druck beſtändig angeſchlagen ſeyn ſolle, ohnverweislich befördere, und alſo zu keiner ferneren Klage und Einſehen Urſache gebe".

s) *Colliſio poſtarum cum nuntiis ciuit.*

§. 357. Poſtremum colliſio quoque poſtarum imperialium exorta cum *nuntiis ciuitatum* (a), quibus interdictum tandem fuit in itinere litteras aliasue res vel perſonas recipere equosque mutare (b). Nouiſſimae tamen etiam hac de re controuerſiae ſuperſunt.

(a) Vide e. g. **Moſers** R. H. R. = concluſa tom. 8. p. 244. 247. ad a. 1730. 1731. das Botenweſen der Städte Cölln und Bremen betr.

(b) Capitvl. (1742.) art. 29. §. 3.: "Dagegen ſoll den gemeinen Land- und Reichsſtädtiſchen **Boten** unterwegs und zwiſchen denen Orten, wo aus und hin ein Bote ſeine Commiſſion hat, die Mitbringung und Sammlung der Briefe, Wechſelung der Pferde, und Aufnehmung der Perſonen und Paquete nicht zugelaſſen, ſondern die Reichsſtädte und deren gehende, reitende und fahrende Boten hierunter, den bereits in annis 1616. 1620. und 1636. ergangenen kaiſerlichen Decreten, Patenten, und Reſcripten ſich gemäß bezeugen, und ſolchergeſtalt dieſes Botenweſen ſowohl der Churmainziſchen Reichspoſtprotection, als dem General-Reichserbpoſtmeiſter und ſonſt männiglichen ohne Nachtheil ſeyn".

Cap.

# CAP. IV.

## DE RELIQVIS NONNVLLIS IVRIBVS IN QVIBVS DE IVRE CAESAREO VEL TERRITORIALI QVAERITVR.

§. 358.

Reliqua ſunt *nonnulla iura* ſpecialia, in quibus *fines poteſtatis caeſareae atque territorialis regundi* nonnumquam in quaeſtionem veniunt; in quibus tunc potiſſimum auctoritati caeſareae adhuc locus eſt, ſi vel ſpeciale fundamentum, veluti quod limites vnius territorii res excedat, illam neceſſariam reddit (§. 117.), vel generatim modo obſeruantiae adhuc, vt illa adhibeatur, conuenit (§. 229. a). *Fines regundi inter poteſt. caeſ. et territ.*

§. 359. Sic ACADEMIAS ſeu VNIVERSITATES pariter quidem, ac *gymnaſia*, *ſcholas*, et qualescumque *ſocietates litterarias* ſtatus in ſuo cuiusque territorio inſtituere poſſunt, vt profeſſores *auctoritate territoriali* conſtituant, eosque et vniuerſa eiusmodi inſtituta litteraria variis priuilegiis muniant, ac ſub inſpectione territoriali *1) circa condendas academias;*

riali contineant. *Honores* autem *academici* vti citra *auctoritatem caeſaream* impertiri omnino nequeunt (§. 236.); merito, quod et obſeruantiae conuenit, proprie ſic dictae *vniuerſitates*, quippe quae non intelliguntur ſine facultate conferendorum honorum iſtorum, necdum hodie ſine *priuilegio caeſareo* condi poſſunt.

*2) circa vrbes, tribus, nundinas;*

§. 360. Olim *ciuitatum*, *tribuum*, *nundinarumque annuarum* et vel *hebdomadalium* iura perfrequenter in aula caeſarea quaeſita et impetrata ſunt, quibus hodie citra controuerſiam ſola ſufficit auctoritas territorialis (a). Enimuero quod ad NVNDINAS, quas vocant, SOLLENNES attinet, vulgo Meſſen, in quibus non venditorum ſolum, ſed et emtorum exterorum potius quam territorialium confluxus exſpectatur, commerciumque magis agitur, vt aiunt, *en gros*, quam *en detail;* his, inquam, nundinis merito adhuc requiruntur priuilegia, quorum vis per vniuerſam eſt Germaniam, vti et obſeruantiae adhuc conuenit, caeſarea (b).

(a) Rechtsfälle 1. B. 2. Th. S. 396.
(b) Rechtsfälle 2. B. 3. Th. S. 784. u. f.

*3) circa ius ſtapulae, geranii etc.*

§. 361. Similiter STAPVLAE IVS, vi cuius merces, niſi prius certo loco exponantur atque

que venumdentur, euehi vel tranſuehi vetantur, cogitari quidem poteſt ſola *auctoritate territoriali* concedi, quatenus de ſolius cuiusdam territorii ciuibus iſto iure in fauorem vnius alteriusue vrbis obligandis agitur. Sed indiſtincte vt vim obligandi qualescumque ciues et exteros habeat, quale *per excellentiam* intelligitur illud ſtapulae ius, quod haud paucis locis pridem ſic inuectum multisque modis variatum obtinet, hodie ne *auctoritate quidem caeſarea*, niſi adhibito ſimul electorum conſenſu collegiali et vnanimi, impetrari fas eſt (a), iisdem ceterum, *ac vectigal*, circumſcriptum legibus (b). Idemque valet de adfinibus EMPORII, GERANII, aliisque ſimilibus iuribus (c).

(a) CAPITVL. (perpet. 1663. ad mon. princ.) art. 8. §. 23.: "Inskünftige ganz keine priuilegia auf Stapel-Gerechtigkeit mehr ertheilt werden, "retenta tamen 1711. contra mentem perpetuae clauſula Leopoldinae: "es geſchehe dann mit einmüthigem Collegial-Rath und Bewilligung der ſämmtlichen Churfürſten". Vnde ſpeciatim hic retinendam perpetuam monuerunt principes adhuc 1745. vid. Moſers Anmerk. zur Wahlcap. Franc. part. I. p. 106. Conf. quoque HENNIGES *ad I. P. W.* tom. 2. p. 1405. ſq.

(b) CAPITVL. art. 8. §. 17. 22. vide ſupra §. 339. c. p. 366.

(c) Conf. PFEFFING. *ad Vitr.* tom. 3. p. 198. ſq.

§. 362.

Digitized by Google

*4) circa monopolia aliasue conceſſiones;*

§. 362. Auctoritate caeſarea quoque MONOPOLIA aliaue ad commercia vel ad politiam ſpectantia priuilegia et CONCESSIONES I) *olim* quidem haud raro quaeri et obtineri ſolebant; necdum plane *adhuc* deſunt exempla, quibus vt maior rei fides et auctoritas concilietur, imploratur et conceditur *protectio caeſarea* e. g. *certis inuentis*, ſocietatibus, lottariis *aliisue inſtitutis* (a), in primis forte in vna alteraue adhuc ciuitate imperiali frequentius ſaltem quam in territoriis (b). Attamen II) indubitatum *hodierno iure publico* eſt, caeſarea auctoritate nulla plane dari poſſe hoc genus priuilegia, quibus in ſuo quisque territorio ſtatus inuitus circumſcribi poſſit; nec ſpeciatim amplius monopolia a caeſare dari fas eſt (c).

(a) Vide e. g. meine Prüfung des Büchernachdrucks §. 180. III. S. 199.

(b) Ibid. §. 180. II. S. 198.

(c) Wahlcap. (1653.) art. 7. §. 3. ſupr. p. 357.

*5) circa rem librariam et priuilegia impreſſoria;*

§. 363. Quodſi ARS TYPOGRAPHICA aliquot ſeculis prius inuenta fuiſſet, ſupremae forte caeſareae inſpectioni ea non ſine effectu ſubiici potuiſſet. Sed a primae artis origine I) non ſolum ad exercendam eam conceſſione caeſarea

num-

numquam opus fuit, ſed et effectu caruit inſtitutum *ſuperattendentis rei librariae* caeſarei generalis 1496-1517. (a). Potius in ſuo cuiusque territorio hanc inſpectionem iure territoriali exercet quilibet ſtatus imperii; de abuſu modo ſupremae inſpectioni caeſareae tenebitur. Quare et II) PRIVILEGIO IMPRESSORIO iſtar monopolii libri, quos ceteroquin *ex libertate naturali* vnusquisque imprimere poſſet, ſolum auctoritate territoriali muniri poſſunt, caeſareo certe ad effectum monopolii per totam Germaniam obſeruandi non aeque. Libri autem, qui non tam ex libertate naturali quam *ex proprietate litteraria* rite adquiſita imprimuntur, impreſſique non aliter, quam ſub conditione, vt ne proprietati illi detrimentum fiat, venduntur, reuera non demum priuilegio, vt non reimprimantur, opus habent; licet maiorem in ſecuritatem et pro ſanctione poenali et promtiore auxilio obtinendo talia quoque peti fere vſitatum ſit. Sigillatim III) vt ne libri non iure reimpreſſi ex libertate nundinarum *Lipſiae* veneant, *priuilegio* electorali *Saxonico* obtinetur; nec alia ibi *inſpectio rei librariae* quam territorialis admittitur (b). In nundinis *Francofurtenſibus* omnem effectum obtinuerunt *priuilegia caeſarea*, eorumque occaſione ibi ſingu-

Digitized by Google

ſingularis inſtituta eſt *commiſſio libraria caeſarea* (c).

(a) Meine Prüfung des Büchernachdrucks §. 170. S. 174.
(b) Ibid. §. 177. u. f. S. 185. u. f.
(c) Ibid. §. 171. S. 175. Add. meine Beyträge 1. Th. S. 241 — 292.

*6) circa moratoria;*

§. 364. Moratoria quoque ab *immediatis* quidem non alia, quam auctoritate caeſarea quaeri fas eſt; *mediatis* tamen ab imperatore cum effectu amplius haud dari poſſunt, niſi praeuia ſtatus illius, cui ſubiecti ſunt, informatione (a), eiusque cum adſenſu. Immo ne opus quidem eſt moratorio caeſareo, quum et exteris creditoribus agnoſcenda ſint moratoria debitori a qualicumque ipſius domino territoriali data, modo legitima eorum requiſita haud neglecta fuerint, nec forte in ipſo territorio, quae ea de re moneantur, acciderint (b).

(a) Ord. polit. 1548. tit. 22. §. 2., 1577. tit. 23. §. 4.: "Wenn auch verdorbene Kaufleute zu Zeiten bey den Kaiſern moratoria oder Quinquennelle ausbringen, und doch — nicht bezahlen —; ſo meynen wir hiermit ernſtlich, und wollen, daß ihnen ſolche moratoria oder Quinquennelle hinfüro nicht mehr gegeben werden ſollen, wir — ſeyen dann von der Obrigkeit, darunter ſolche — Kaufleute geſeſſen, zuvor eigentlich berichtet ꝛc." R. I. N. §. 175.: — "ungehindert aller hiebevor ertheilten Moratorien. Wir wollen auch inskünftige keine andere Moratorien dieſer allgemeinen Reichs-

Reichsverordnung entgegen nicht ausgehen, noch ertheilen laſſen".

(b) Meine Beyträge 1. Th. S. 224—240.

§. 365. CONSERVATORIA, *protectoria, ſaluos conductus ſaluasque guardias* olim fere indiſtincte imperatores petentibus dederunt. Hodie in praeiudicium ſuperioritatis territorialis nihil eiusmodi decerni fas eſt. *7) circa conſeruatoria etc.*

§. 366. Denique immediatis VENIAM AETATIS, atque LEGITIMATIONEM *per reſcriptum principis* non aliter, quam a caeſare dari per ſe patet. *Mediati* vtramque gratiam pariter quidem a caeſare obtinere poſſunt, ſed ratihabitio territorialis accedat neceſſe eſt, vt plenum in territorio effectum habere poſſit. Vtramque etiam pro ſuo cuiusque territorio quemlibet ſtatum dare poſſe, citra controuerſiam eſt poſitum. *8) circa veniam aetatis et legitimationem.*

---

CAP.

Digitized by Google

# CAP. V.

## DE
## REGALIBVS MERE TERRITORIALIBVS,
## MODO CONTROVERSIS PASSIM
## CVM ORDINIBVS PROVINCIALIBVS.

§. 367.

*1) An et quatenus regalia ſint 1) ius recipiendi nouos ciues, ſpeciatim Iudaeos?*

Superſunt nonnulla regalia, de quibus non tam amplius eſt quaeſtio inter caeſarem et ſtatus imperii, quam inter hos et *ordines prouinciales* aliosue mediatos imperii ciues; veluti primum *ius recipiendi nouos ciues*, quod I) in quouis territorio recte ad regalia territorialia refertur; quin et II) paſſim ſpecialibus circumſcripta limitibus ſunt *iura incolatus* ſeu *indigenatus*, veluti vt non niſi indigenae bona immobilia poſſidere, nec ad officia prouincialia aliasque eiusmodi praerogatiuas adſpirare poſſint, nec vel principi in concedendo indigenatu vbiuis eadem poteſtas tribuatur. Interim III) *municipiorum ciues* a magiſtratu, *ruſtici* a quolibet iurisdictione patrimoniali praedito, modo haud neglecto homagio, recte recipiuntur. Solum autem IV) *ius recipiendi protegendique Iudaeos*, quum olim nemini eſſet, niſi ex priuilegio

Digitized by Google

gio imperatoris, cuius viciſſim *camerae ſerui* vocabantur, *hodie* quidem non tantum electoribus (a), ſed et *quibusque* reliquis *ſtatibus* eſt (b), attamen in quouis territorio adhuc in regalibus praecipuis hoc effectu habetur, vt nemini citra ſpecialem plane conceſſionem hoc ius permittatur, et vel ſub territoriali potius quam municipali *iurisdictione* Iudaei contineantur. Imperatori ne *aurum* quidem *coronarium*, quod aeque ac *homagium* a Iudaeis in ciuitatibus imperii exigi ſolebat, amplius ſupereſt (c).

(a) A. B. cap. 9. verbis: "*nec non Iudaeos habere*".

(b) ORD. POLIT. IMP. 1548. tit. 20.: "Daß fürohin niemanden, Juden anzunehmen oder zu halten, geſtattet werden ſoll, dann denenjenigen, die von uns und dem heil. Reiche regalia haben, oder inſonderheit derhalben privilegirt ſind". Quod repetiit ORD. POL. IMP. 1577. tit. 20. §. 1. addiditque: "Da aber jemand darüber Juden aufnehmen würde; ſo ſollen doch dieſelbigen an keinem Orte Sicherheit noch Geleit haben, daneben auch von uns ernſtliches Einſehen dagegen vorgenommen und abgeſchafft werden."

(c) Moſers Staatsrecht tom. 4. p. 76., tom. 6. p. 521., Zuſätze tom. 2. p. 520. ſq. De *origine auri coronarii* conf. LEYSER *ad D.* ſpec. 434. med. 31. vol. 6. p. 1215. ſq.

§. 368. Viciſſim *emigrationes* ſubditorum vti territoriali auctoritate iuſtis limitibus circumſcribi poſſunt; ita dudum inualuit, vt ſigillatim *2) item ius exigendi gabellam emigrationis.*

I) *ruſticis* migratio non concedatur, niſi *conſenſu domini patrimonialis* redemto; II) *vrbium* incolis, in primis ex quo aes alienum contrahere eas oportuit, impoſita prius, quam emigrarent, fuit rata quaedam aeris alieni illius, indeque primario nata GABELLA EMIGRATIONIS, (Nachſteuer) iis nempe, qui ex ciuitate cum facultatibus ſuis venditisue poſſeſſionibus migrant, impoſita neceſſitas certam facultatum quotam relinquendi ciuitati, ex qua migratur. Cuius inſtituti modo hinc inde introducti mox indies frequentior aut retorſio aut imitatio reddita eſt, vt III) compluribus etiam in territoriis *regale territoriale* inde per obſeruantiam exortum ſit (a).

(a) Singularis erat diſpoſitio R. I. 1530. §. 60.: "Wollen wir aus kaiſerlicher Macht denſelben Bürgern und Einwohnern, ſo noch des alten Glaubens ſind, und darauf beharren, ihrer Gelegenheit nach, mit ihrem Leib, Hab und Gütern einen freyen Ab- und Zuzug — **ohne Beſchwerde einiger Nachſteuer oder Abzug ihrer Güter** — zugelaſſen und bewilliget haben". Quae tamen exceptio a regula hanc ipſam firmabat, ipſaque iterum correcta in R. I. 1555. §. 24.: "Denen ſoll ſolcher Ab- und Zuzug, auch Verkaufung ihrer Hab und Güter, **gegen ziemlichen billigen Abtrag** der Leibeigenſchaft und **Nachſteuer, wie es jedes Orts von Alters anhero üblich hergebracht und gehalten worden** iſt, — zugelaſſen und bewilliget ſeyn" ꝛc. Adde R. I. 1594. §. 82. verbis: "auch **gewöhnlicher hergebrachter** Nachſteuer, Abzug" ꝛc., et §. 84.: "So der Nachſteuer

ſteuer halber gegen die Unterthanen arreſta angeleget würden, ſollen dieſelbigen, in Erwegung der Unterthanen Güter nach Anweiſung der Rechte tacite oder ſonſt altem Gebrauch und Herkommen nach vor männiglich darum verhaftet, hypothecirt und affectirt, unter gemeldter Conſtitution auch nicht begriffen ſeyn".

§. 369. Sin hereditatis alioue titulo ad extraneos bona deuoluuntur; pro ſummo olim inter gentes ipſiusque imperii Germanici membra inter ſe inuicem vſitato rigore I) plane ne admiſſi quidem ſunt extranei ad capienda eiusmodi bona, ſed ex iure albinagii, quod vocabant, potius fiſco talia bona vindicari ſolebant; multo minus II) prohiberi quisquam poterat, retenta ſaltem quota quadam pretii parte, eiusmodi bona extraneis relinquere, adeoque ius detractus (Abzugsrecht) in iis exercere. Neque id ſolum in immediatis imperii ciuitatibus, ſed in *mediatis* etiam inualuit; quibus adhucdum hoc ius eſt, niſi qua ſpeciali ex obſeruantia ſoli principi id proprium habeatur (a). Nouiore tamen aeuo inhumaniora haec iura paſſim conuentionibus reciprocis aboleuerunt ſtatus; iisque, niſi iure retorſionis, haud amplius vti declarauerunt. Idemque valet III) de compluribus aliis ex pari fundamento et in odium peregrinorum intro-

*et ius albinagii, detractus littoris etc.*



Digitized by Google

ductis ſimilibus iuribus, veluti de *iure littoris*, *wildfangiatus*, *retractus territorialis* etc.

(a) Conf. Io. Fried. BONHOEFER diſſ. *de iure detractus*, Goetting. 1772.

3) *Ius circa adeſpota; in genere,* §. 370. Alium deinde fontem multorum regalium conſtituit hoc principium, vt in ADESPOTA, i. e. in res, quarum nulli priuato eſt dominium, hoc ſibi princeps vindicet. Quo quidem iure I) ſtatus imperii vtuntur, quatenus *olim caeſareae poteſtati* hoc datum fuerat, idque nunc ſuperioritatis territorialis eſt, *aut* forte *ſpeciali* vnius alteriusue territorii *conſtitutione* probatur. At vero II) omnia et *qualiacumque adeſpota* indiſtincte principibus noſtris iure vindicari poſſe (a), eaue, quae II. F. 56. et in A. B. cap. 9. enumerantur, e regula huc pertinere, caue, exiſtimes (b). Saltem inter ea, quae etiam *citra bona camerae* ſoli principi vindicari, aut ſalua modo *ſuprema inſpectione* territoriali in nobilium quoque vrbiumue patrimonio eſſe poſſunt, probe omnino diſtingui oportet.

(a) Ita quidem opinatus fuit GROTIVS *de iure belli et pacis* lib. 2. cap. 8. §. 7. Sed contrarium recte teſtantur SIXTINVS *de regal.* lib. 2. cap. vlt. n. 1., ESBACH *ad Carpzov.* part. 2. conſt. 53. def. 4., STRYCK *vſ. mod. D.* lib. 41. tit. 1. §. 14.

(b) Conſ.

(b) Conf. e. g. Ivng *de iure ſalinarum* p. 123. 131. ſq.

§. 371. Praecipuum genus adeſpotorum eſt in *metallifodinis*, quae quidem, quod ad *auri argentiue* fodinas attinet, nusquam non facile in numero regalium territorialium ſunt conſtitutae. Attamen *inferioris generis metalla* aliaeue *minerae*, et *lapicidinae*, item *ſalinae* aliaue ſimilia non aeque vniuerſe exemta ſunt ex nobilium vrbiumque libertate naturali, ſi quid harum rerum in ditionibus illorum reperitur. Nec quod ad *theſauros* aliasue *res nullius* inuentasue *pretioſiores* attinet, eadem vbiuis obſeruantia viget. *ſigillatim a) metallifodinae, ſalinae, theſauri etc.*

§. 372. *Bona* priuatorum *vacantia*, veluti defunctorum herede deſtitutorum relicta, quatenus ex iuris Romani ſanctionibus olim imperatoribus vindicata fuerunt, eatenus hodie non ſine ratione vindicantur ſuperioritati territoriali. Accedunt quoque paſſim ex ſingularibus morum, legumue aut priuilegiorum fundamentis, ſingularia nonnulla *exuuiarum*, *hagenſtolziatus*, aliaue ſimilia iura. Inſignia tamen paſſim et in his rebus ſunt vrbium nobiliumue iura, pro ſua cuiusque territorii conſtitutione haud negligenda. b) *ius in bona vacantia etc.*

 Neque

Digitized by Google

Neque generatim ius illud bonorum vacantium vltra ipſius iuris Romani limites extendi fas eſt.

*e) venatio;* §. 373. Venatio neque I) ſua natura in numero *regalium* eſt, neque II) in Germania vmquam olim a *libertate naturali* nobilium liberorumque hominum in ſuis cuiusque poſſeſſionibus exemta fuit (a). Tantum abeſt, vt citra bona camerae ſupremae poteſtati ſiue caeſareae ſiue territoriali iure regali vindicari potuerit; niſi quod III) nouiore demum aeuo, poſt introductam *ſuperioris* et *inferioris venationis* ſimilisque aucupii diſtinctionem, ſuperior modo venatio paſſim ſoli principi tributa, paſſim quoque *conuenatio* eidem vindicata ſit. Sicubi IV) ſpeciali obligatione tenentur ſubditi alendi canes venatorios ipſosue venatores, atque operas principi in venatione praeſtandi; ea notam fere ſeruitutis redolent, et in iis potiſſimum territoriis, quae modo magis herili reguntur, locum habent. Sin V) de *legibus venatoriis* et *foreſtalibus* condendis agitur, eae omnino iure territoriali condi poſſunt, modo haud negligantur, ſi quibus forte circumſcripta eſt poteſtas legislatoria, huius limites.

(a) Rechtsfälle I. B. 2. Th. S. 416.

§. 374.

§. 374. In fluuiis riuisque minoribus intra ditionem bonorum equeſtrium vrbiumue conſtitutis nec *piſcatio* nobilibus ciuibusque negari poteſt; multo minus piſcinae a libertate naturali exemtae ſunt. In *fluminibus maioribus*, lacubusue ſeu maribus ius piſcandi aut in numero regalium eſt, aut certe a ſpeciali conceſſione atque titulo pendet. *Alluuionis* denique et nouarum forte *inſularum* iura ab indole littoris fluminisque pendent. d) *piſcatio, alluuio, etc.*

§. 375. Ne quid in *locis publicis* auſu priuato fiat, per ſe intelligitur. *Inculta* etiam et *deſerta praedia* nullius in dominio conſtituta, ſi qua ex conceſſione territoriali in culturam redacta ſunt, DECIMIS NOVALIBVS ſubiacent, quarum percipiendi ius proinde ſimiliter ſuperioritati territoriali vindicatur; niſi forte nouales decimae (Rottzehenden) per abuſum vocatae fuerint, quae poſt interruptam iterumque inſtauratam culturam modo de nouo priſtinis poſſeſſoribus vindicatae ſunt (a). e) *loca publica et deſerta etc.*

(a) I. P. O. art. 5. §. 47.: "Inter ceteros ſtatus imp. et ſubditos id iuris eſto, quod ius commune vel cuiusque loci conſuetudo et obſeruantia *de decimis ex bonis noualibus* conſtituunt, aut „per pactiones voluntarias conuentum eſt".

3) *alia regalia vtilia.* §. 376. Vniuerſe vti in omnibus, quae in publicum prodeunt, mox promouendae ſalutis publicae cauſa conceſſio et commendatio publica interuenire poteſt, mox libertas ſubditorum naturalis, vt ne in detrimentum publicum quid fiat, recte circumſcribitur; talia quidem citra ſpecialem conceſſionem fieri nefas eſſe iure ſtatui poteſt (§. 220.). Verum non proinde in hoc ſenſu in numerum regalium ſunt ponenda, vt ſoli principi eorum vtilitas vindicari poſſit, neque ſpecialia vrbium nobiliumque iura in his rebus negligenda ſunt. Et ex his demum principiis colligi poteſt, quid ſit iuris circa *molendina, pharmacopolia, opificia* (a), *cauponas*, coquendam vendendamque *cereuiſiam*, *vinum aduſtum*, *calcem* et *lateres*, aliasue *fabricas*, *typographias*, *lottarias*, *comoedias*, *ſocietates*, etc. item circa ſingulares paſſim vſitatas conceſſiones für Lumpenſammler, Schornſteinfeger, Schweinſchneider, Caviller ꝛc. (b).

(a) Vid. e. g. MEVIVS part. I. *deciſ.* 55.

(b) Rechtsfälle 2. B. 4. Th. S. 1059—1061.

II) *An fiſcus ad edendum titulum agere poſſit?* §. 377. Ceterum ſimulac de regalitate iuris cuiusdam conſtat, idque a priuato ſine conceſſione principis exerceri deprehenditur, aduer-

uerſus iſtum excitari et agere ſolet *fiſcus* territorialis (§. 247.). Cui, ſi quidem de regali agitur, cuius ex conſtitutione Germaniae plane incapax quilibet priuatus eſt, niſi ſpeciali titulo munitus ſit, vel *ad edendum titulum* obligatur reus; ſecus contra, ſin reus ordoue perſonarum, ad quem is pertinet, ex priſtina Germaniae conſtitutione iuri eiusmodi exercendo haud inidoneus eſt (a).

(a) Conf. Rechtsfälle 1. B. 2. Th. S. 414. u. f.



Digitized by Google

# LIB. IX.

## DE REGALIBVS TRANSEVNTIBVS.

## CAP. I.

## DE IVRE FOEDERVM ET BELLI SINGVLORVM STATVVM.

§. 378.

*Singulorum ſtatuum I) ius foederis et belli 1) in theſi;*

SINGVLI imperii STATVS vti habent *ius armaturae* omnimodum (§. 243.); ita liberum etiam *ius foederis et belli* iis eſt, perinde ac inter gentes Europaeas exercetur, niſi quod per *nexum imperii* legesque eius fundamentales obligationes erga caeſarem et imperium huiusque conciues etiam hac in re negligere nefas ſit (a). Saluis autem ex hoc fonte deriuandis limitibus *in theſi* ceterum fas eſt ſingulis imperii ſtatibus I) *qua partibus belligerantibus principalibus* cum exteris bella gerere foederaque pangere cum offenſiua, tum defenſiua; et ſimiliter II) *qua foederatis* cum aliis belligerantibus ſiue exteris ſiue conſtatibus,

bus, tum directe proprie ſic dicta *foedera* inire, vique horum *copias auxiliatrices* mittere, aliorumque bellis ſe immiſcere, tum *tractatus*, quos vocant, *ſubſidiorum* condere, copiasque ad vſum alterius gentis ſtatusue in promtu habere, tum porro *conquiſitionem militis* alteri in ſuo territorio concedere, aliorumue *ſtipendia mereri* (b), tum denique et neutralitatem, mediationem, et garantiam in negotiis exterorum aliorumue ſtatuum ſuscipere.

(a) Sedes huius materiae eſt 1) in I. P. O. art. 8. §. 2.: "Cum primis vero *ius faciendi* inter ſe et cum exteris *foedera*, *pro ſua cuiusque conſeruatione ac ſecuritate*, ſingulis ſtatibus perpetuo liberum eſto, ita tamen, ne eiusmodi foedera ſint contra imperatorem et imperium, pacemque eius publicam, vel hanc in primis transactionem, fiantque ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori et imperio obſtrictus eſt". 2) in CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 6. §. 4.: "So viel die Stände des Reichs belanget, ſoll denſelben allen und jeden das Recht, **Bündniſſe unter ſich und mit Auswärtigen**, zu ihrer Sicherheit und Wohlfahrt zu machen, **dergeſtalt** frey bleiben, daß ſolche Bündniſſe nicht wider uns den regierenden Römiſchen Kaiſer und das Reich, und wider den allgemeinen Landfrieden, auch Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedensſchluß ſeyen, und daß dies alles nach laut deſſelben und unverletzt des Eides geſchehe, womit ein jeder Stand dem regierenden Römiſchen Kaiſer und dem heil. Römiſchen Reiche verwandt iſt. (§. 5.): Daß auch die von fremden Potentaten begehrende Hülfe alſo, und nicht anders, begehret werde, noch gethan ſey, dann daß dadurch dem Reiche keine Gefahr noch Schaden zuwachſen möge".

(b)

Digitized by Google

(b) R. A. 1570. §. 4.: "wie es im heil. Reiche Teutſcher Nation von Alters eine löbliche Geſtalt Teutſcher Freyheit, um Ehre und Ruhm mit ritterlichen Thaten fremden Potentaten, ohne alles Beleidigen des Vaterlands und deſſen Angehörigen, zu dienen, gehabt". Add. R. A. 1582. §. 31., I. P. M. art. 3. in f., CAPITVL. art. 4. §. 14. Conf. Strube Nebenſtunden 3. Th. p. 332. ſq.

*2) Limites huius iuris A) ex nexu imperii a) erga imp. et imperium;*

§. 379. In limitibus autem, quibus hoc ius ſingulorum ſtatuum circumſcriptum eſt, merito primum locum ſibi vindicat, vt ne foedus quoddam a ſingulis ſtatibus, ſiue inter ſe, ſiue cum exteris I) *contra imperatorem* condatur, nec *contra imperium*, veluti cum hoſte imperii e. g. legitime declarato. Quin etiam, II) ne quid *periculi damniue* imperio inferatur, cauere oportet foederatum quemlibet cum exteris (a). Sigillatim quoque III) vt *delectu militum* exteris conceſſo Germania *incolis* haud priuetur, nec quisquam *tranſitu* vel *hoſpitatione* militum damnum patiatur, leges proſpici volunt (b).

(a) CAPITVL. (1690.) art. 6. §. 5.: "Daß die von fremden Potentaten begehrende Hülfe alſo und nicht anders begehret werde, noch gethan ſey, als daß dadurch dem Reiche keine Gefahr noch Schaden zuwachſen möge".

(b) CAPITVL. (1637.) art. 4. §. 14.: "Dieweil den fremden Potentaten je zu Zeiten im Reiche ihre Werbungen anzuſtellen wohl verſtattet wird, auch in dem Inſtrumento pacis und den Reichs-Conſtitutionen vorhin zur Gnüge verſehen, wie weit einem

Digitized by Google

einem Stand oder Angeſeſſenen des Reichs ſich bey Auswärtigen in Kriegsdienſte zu begeben, oder einzulaſſen erlaubt; ſo ſollen und wollen wir, dafern etwa von Uns oder andern einiges Volk im Reiche oder in ſeinen eigenen Landen zu ausländiſcher Potentaten Dienſten geworben würde, zuförderſt dahin ſehen, daß das Reich der Mannſchaft nicht entblößt werde, auch die Verfügung thun, daß die Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, ſamt allen deſſen Angehörigen, bey obgemeldeter Werbung mit Verſammlung, Durchführ-Einquartirungen, Muſterplätzen, oder ſonſt in einige andere Wege wider die Reichs-Conſtitutiones und das Inſtrumentum pacis nicht beſchweret, oder dawider verfahren werde".

§. 380. Et hos quidem limites nec *imperatori*, qua poſſeſſori *terrarum hereditariarum* ad imperium pertinentium, migrare fas eſt. Potius diſerte leges ei commendant, I) vt ne *foedus* in hac qualitate, niſi ſaluo et incolumi imperio, pangat (a); II) vt *tranſitum copiarum* per ſtatuum territoria non niſi praeuia horum requiſitione, nec alia ratione, quam vt victus erga paratam pecuniam praeſtetur, et vel praeſtita prius cautione, fieri patiatur (b); III) vt *exterorum copias* in imperium nec vocet, nec admittat (c); nec denique IV) *conquiſitionem militis* in imperio ſine conſenſu ſtatuum inſtitui iubeat (d).

*iique et ab imp. obſeruandi ratione terrarum hereditariarum.*

(a) CAPITVL. (1658.) art. 6. §. 3.: "Wann wir auch inskünftige unſerer eignen Lande halber einige Bündniſſe machen würden, ſo ſolle ſolches anderer

derergeſtalt nicht geſchehen, als unbeſchädigt des Reichs und nach Inhalt des Inſtrumenti pacis.".

* Conf. 1) Anon. *Periculum iuris publ. eccleſiaſtici catholicorum ad ſtatum Germ. accommodati*, Frf. 1745. 8. edit. 2. 1746. 4.; 2) Iuſtinus FEBRONIVS *de ſtatu eccleſiae et legitima poteſtate Romani pontificis*, 1763., edit. II. 1765. 4.; 3) (Joh. Fried. Lebret) pragmatiſche Geſchichte der Bulle: in coena domini I-IV. Th. 1769. 1770. 4.; 4) Cramers Nebenſtunden 98. Th. S. 63.

### §. 413.

1) *Vniverſe pro hierarchia catholica*

Ex principiis eccleſiae Romano-catholicae quidquid vi *hierarchiae* in illa introductae ad *iurisdictionem eccleſiaſticam* et *ius dioeceſanum* pertinet; illud

Digitized by Google

illud in Germania quoque catholica in poteſtate epiſcoporum eſt, in ſubordinatione ſub metropolitica archiepiſcoporum et ſuprema pontificis Romani poteſtate. Eaque ſub eccleſiaſtica poteſtate ipſe *imperator* non minus, quam ſinguli *catholici ſtatus* horumque ſubditi catholici continentur; tantum abeſt, vt ſeu imperator, ſeu ſecularium quiſpiam ſtatuum catholicorum, ſibi quidquam iſtius poteſtatis eccleſiaſticae ſumere poſſit.

§. 414. *Imperator* quidem ſupremi adhuc eccleſiae Romanae ſedisque pontificiae *aduocati* honore vtitur (§. 21.); ſed parum aut nihil inde iuris ei ſupereſt. Nec, ſi vel aliis catholicae religioni addictis regnis ſacrum noſtrum imperium comparaueris, *libertati eccleſiae Germanicae*, vti fas erat, proſpectum eſt. Nec enim concordatis nationis Germanicae inter Friedericum III. imp. et Nicolaum V. papam anno 1447. initis (a) ſuus honor eſt (b), licet ea quoque ſcateant adhuc *grauaminibus* (c). *libertati eccleſiae Germ. non ſatis proſpectum eſt.*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 47. ſq.

(b) Capitvl. (1519.) art. 14. §. 1. 2. 3.: "Wir ſ. u. w. auch bey dem heil. Vater, dem Pabſte und Stuhl zu Rom, unſer beſtes Vermögen anwenden, daß von demſelben (add. 1742. ex mon. Mogunt.: gleich wir ohnehin des Vertrauens

trauens ſind), die concordata principum, und die zwiſchen der Kirche, Päbſtlicher Heiligkeit oder dem Stuhl zu Rom, und der Teutſchen Nation aufgerichteten Verträge — (add. 1742.: allerdings beobachtet, und dagegen) — in keine Weiſe gehandelt werden möchte, ſondern wollen ſolches alles mit der Churfürſten, Fürſten und anderer Stände Rath kräftigſt abwenden und vorkommen, auch darob und daran ſeyn, daß die vorgemeldten concordata principum und aufgerichteten Verträge gehalten, und gehandhabet, und denſelben veſtiglich gelebt und nachgekommen werde".

(c) CAPITVL. (1558.) art. 14. §. 3.: — "jedoch was für Beſchwerung darinn gefunden, daß dieſelbe vermöge gehabter Handlung zu Augsburg in dem 1530. Jahr bey abgehaltenem Reichstage abgeſchaffet, und hinfürter dergleichen, ohne Bewilligung der Churfürſten, nicht zugelaſſen werden".

*II) Sigillatim 1) imperatori a) in electionibus epiſcoporum parum iuris ſupereſt,*

§. 415. Primum nempe *liberae* epiſcoporum et abbatum *electiones* I) vindicatae dudum ſunt a priſtina *caeſarea per annulum et baculum inueſtitura* (a). Etiamſi vero II) *imperatori* adhuc fas ſit, *mittere commiſſarios* ad quamlibet electionem, atque *inueſtire* electum *de feudis imperii;* hodie tamen III) hanc inueſtituram praecedit *confirmatio papalis*, adeoque et *deciſio pontificis in electione* forte *controuerſa* (b). Nec vel IV) ius *excluſiuam* dandi imperatori amplius conceditur. Ceterum V) electiones non amplius vt olim *a clero et populo*, ſed *a ſolo* quolibet *capitulo*

Digitized by Google

*pitulo* cathedrali ſeu conuentuali peraguntur (c). Eaque capitula adhaec VI) non ſolum *ſede vacante* adminiſtrationem et iurium epiſcopalium exercitium habent (d), ſed et paſſim eligendo *capitulationem* praeſcribunt, ſibique *conſortium regiminis* vindicant (e).

(a) Concordatis nempe a. 1122. initis imperator dimiſit "omnem *inueſtituram per annulum* „*et baculum*, et conceſſit in omnibus eccleſiis „fieri electionem et liberam conſecrationem", et papa viciſſim modo conceſſit "*electiones* epiſcopo„rum et abbatum Teutonici regni *in praeſentia* „*imperatoris fieri*, vt, ſi qua inter partes discor„dia emerſerit, metropolitani et prouincialium „conſilio vel iudicio, ſaniori parti aſſenſum et „auxilium praebeat; *electus* autem *regalia per* „*ſceptrum* ab imperatore *recipiat*". Vid. *corp. iur. publ.* p. 2. 3., et compara, ſi lubet, Ioh. Wilh. HOFFMANN diſſ. *ad concordatum Henrici V. et Calliſti II. de inueſtituris epiſcoporum et abbatum*, Vitemb. 1739.

(b) Vide praeced. not. *a*. et Anon. Erörterung des Entſcheidungs-Rechts in zwieſpältigen Wahlen geiſtlicher Reichsfürſten, 1766. 8.

(c) I. P. O. art. 5. §. 16.: "In omnibus ar„chiepiſcopatibus, epiſcopatibus et reliquis fun„dationibus immediatis, *iura eligendi et poſtu*„*landi iuxta* cuiusque loci *conſuetudines et ſtatu*„*ta* antiqua *illibata maneant*".

(d) I. P. O. art. 5. §. 17.: "*Libera* ſit vbique „*capitulo*, et quibus id praeterea pariter cum „capitulo pro more competit, tam *electio et po*„*ſtulatio*, quam *ſede vacante adminiſtratio et iurium* „*epiſcopalium exercitium*".

(e) Struben Nebenſt. tom. I. p. I. ſq.



Digitized by Google

*tanto plura autem ſunt iura pontificis.*

§. 416. Immo longe plura ſuperſunt hac in re pontificis Romani iura. Namque I) ne ſuccedendi quidem iure, priusquam a pontifice confirmati ſint, vtuntur electi a capitulis *coadiutores.* Praeterea II) non tantum *eligibiles* declarare pontifex poteſt, qui alias modo poſtulabiles erant, ſed vel III) *diſponere ac prouidere* ei licet de omnibus beneficiis eccleſiaſticis in *caſibus* per concordata N. G. definitis (a), et, exceptis modo principalibus dignitatibus, in *menſibus alternis* ibidem pontifici reſeruatis (b), ſaluis modo cuiusque capituli priuilegiis, ſtatutis vel conſuetudinibus (c). Quumque IV) nihil horum Romae gratis fiat, ſed in ſpecie potius *annatarum* (d) *palliique* redimendi onus adhuc ſuperſit, quanta pecuniae ſumma Germania hac ſola via indies emungatur, facile ad perſpiciendum eſt (e).

(a) Nimirum *concordata N. G. pontificis Romani diſpoſitioni ac prouiſioni* reſeruarunt "omnes „patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales ec„cleſias, et etiam monaſteria, prioratus, digni„tates, perſonatus, et officia, nec non canoni„catus, praebendas et eccleſias, ceteraque be„neficia eccleſiaſtica qualiacumque 1) apud ſe„dem apoſtolicam quocumque modo vacantia, „nec non quorumlibet pro quibuscumque nego„tiis ad Romanam curiam venientium ſeu etiam „recedentium ab eadem, ſi in locis a dicta curia „vltra duas diaetas legales non diſtantibus abie„rint: 2) vacantia per depoſitionem, vel priua-

„tio-

„ſionem, ſeu translationem, promotionem, ele„ctionis caſſationem ſeu poſtulationis repulſam, „vel renunciationis admiſſionem auctoritate pa„pali factas; 3) vacantia per obitum cardinalium „aut officialium dictae ſedis, quamdiu ipſa offi„cia actualiter tenebant". At vero nec tam frequentes hi caſus exiſtunt hodie, nec adeo ſtricte amplius in praxi obſeruantur, quin et in iis caſibus libera potius electio, quam prouiſio et diſpoſitio papalis fiat. Moſers Staatſr. tom. II. p. 321. ſq.

(b) CONCORD. N. G. num. 3.: "*De ceteris* „*dignitatibus et beneficiis* quibuscumque ſeculari„bus et regularibus vacaturis, vltra reſeruationes „iam dictas (maioribus dignitatibus poſt pontifi„cales in cathedralibus, et principales in colle„giatis eccleſiis exceptis, de quibus iure ordina„rio prouidetur, per illos inferiores, ad quos „alias pertinet,) idem ſanctiſſimus Dominus no„ſter *per quamcunque aliam reſeruationem*, gra„tiam, exſpectatiuam, aut quamuis aliam diſpo„ſitionem, ſub quacunque verborum forma, per „eum aut eius auctoritate factam, vel fiendam, „*non impediet*, *quo minus de illis*, *quum vacabunt* „*de menſibus Februarii*, *Aprilis*, *Iunii*, *Auguſti*, „*Octobris et Decembris*, *libere diſponatur* per il„los, ad quos collatio, prouiſio, praeſentatio, „electio aut alia quaeuis diſpoſitio pertinebit. „Reſeruationibus aliis aut promiſſis ac diſpoſitio„nibus auctoritate eiusdem Domini noſtri Papae „factis aut faciendis, non obſtantibus quibuscun„que. *Quotiens vero* aliquo *vacante beneficio de* „*menſibus Ianuarii*, *Martii*, *Maii*, *Iulii*, *Septem*„*bris et Nouembris ſpecialiter diſpoſitioni Apoſtoli*„*cae ſedis reſeruatis*, non apparuerit infra tres „menſes a die notae vacationis in loco benefi„cii, quod alicui de illa Apoſtolica auctoritate „fuerit prouiſum, ex tunc et non antea, ordina„rius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertine„bit, de illo libere diſponat".



Digitized by Google

(c) CAPITVL. (1519.) art. 14. §. 1. 2. 3.: "Wir ſ. u. w. auch bey dem heiligen Vater dem Pabſt und Stuhl zu Rom unſer beſtes Vermögen anwenden, daß von demſelben, (add. 1742. ex mon. Mogunt.: gleich wir ohnehin des Vertrauens ſind,) die Concordata Principum, und die zwiſchen der Kirchen, Päbſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom und der Teutſchen Nation aufgerichteten Verträge (add. 1690.: wie auch eines jeden Erz- und Biſchofs, oder der Domcapitel, abſonderliche priuilegia, hergebrachte ſtatuta, und Gewohnheiten), (add. 1742.: allerdings beobachtet, und dagegen) durch unförmliche Gratien, Reſcripte, Proviſionen, Annaten, der Stift-Mannigfaltigung, Erhöhung der Officien im Römiſchen Hof, und Reſervation, Diſpenſation (add. 1653.: und ſonderlich Reſignation, dann darauf unternehmende Collation all ſolcher Präbenden, Prälaturen, Dignitäten und Officien, welche ſonſt per obitum ad curiam Romanam nicht devolviret werden, ſondern jederzeit, ohnerachtet in welchem Monath ſie auch ledig und vaciren würden, den Erz- und Biſchöfen, auch Capiteln und andern Collatoren heimfallen, wie weniger nicht per coadiutorias praelaturarum electiuarum et praebendarum (add. 1690.: Iudicatur ſuper ſtatu nobilitatis, oder in andere Wege), zu Abbruch der Stifter, Geiſtlichkeit und anders wider gegebene Freyheit und erlangte Rechte, dazu zu Nachtheil des iuris patronatus, und der Lehnherren, in keine Weiſe gehandelt werden möchte)."

(d) CONCORD. N. G. num. 4.: "Modus *an-*
„*natarum* hoc modo currat: De eccleſiis cathe-
„dralibus omnibus et monaſteriis virorum ſol-
„uantur de *fructibus primi anni* ſummae pecunia-
„rum in libris camerae apoſtolicae taxatae, quae
„*communia ſeruitia* nuncupantur; — pro media
„parte infra annum, pro alia media parte infra
„ſequentem." *corp. iur. publ.* p. 55.

(e) Conf.

Digitized by Google

(e) Conf. e. g. Meiern acta exec. tom. 2. p. 462., Hontheim *hiſt. Treuir. diplom.* tom. 2. p. 526.

§. 417. Imperatori e contrario ſolum supereſt ius primariarvm precvm, vi cuius ſemel, dum regit, cuilibet eccleſiae Germanicae ſiue cathedrali ſiue collegiatae ad beneficium primum vacans vel placens praeſentare poteſt ſubiectum quoddam, quod, modo ceterum requiſitis canonicis haud deſtituatur, et intra menſem a die notae vacationis praeſentet preces, praeferendum eſt reliquis omnibus. Cuius iuris ad exercitium inter catholicos imperator vi obſeruantiae *indulto papali* indiget, quo ex natura rei et origine negotii haud opus erat. Olim ab *Auguſtabus* quoque exerciti huius iuris exempla exſtant; quod tamen hodie non obſeruatur. *b) Supereſt modo ius primariarum precum.*

§. 418. Statvs catholici, ſeculares etiam, I) participant *liberum iuris territorialis* tam *in eccleſiaſticis* quam politicis *exercitium*, pace Weſtphalica omnibus et ſingulis ſtatibus firmatum (§. 28. *d.*), eoque nomine II) potiſſimum *aduocatiam* eccleſiae *territorialem* exercent, quatenus ea aut generatim hierarchiae catholicae haud repugnat, aut ſpecialibus forte *2) Status in ſuis territoriis*



Digitized by Google

*indultis* vel *concordatis*, aut ſingulari quoque *obſeruantia* nititur. Et ſic quidem III) *ius primariarum precum* et vel IV) ius conferendi beneficia *in menſibus papalibus* vacantia in capitulis mediatis paſſim a domino territoriali exercetur. Quin etiam V) *epiſcopos* ſui territorii mediatos ad exemplum regum *nominant*, aut *confirmari* praelatum mediatum non patiuntur, priusquam electionem eius auctoritate territoriali probauerint (a).

(a) Exempla hic dictorum vide, ſi lubet, in meinem Handbuch von den Teutſchen Staaten p. 168. 203. 312. ſq.

*poteſtati eccleſiaſticae ſuos limites ponunt.*

§. 419. Deinde vti generatim I), ne quid eccleſiaſticae poteſtatis nomine aduerſus *ſalutem publicam* fiat, merito iure territoriali proſpicitur; ita ſpeciatim II) vt *bullae papales* aliaeue *leges eccleſiaſticae* ſine praeſcitu principis adfigantur, haud pati tenentur ſtatus, et e contrario III) vt ne iuſto plura bona *ad manus mortuas* deueniant, IV) vt ne *vita monaſtica* in abuſum trahatur, V) vt ne *immunitas eccleſiaſtica* vltra modum extendatur, et quae ſunt id genus alia, iuſtis merito limitibus circumſcribunt. Eademque ratione VI) prudenter cauent, vt *clerici*, quatenus temporalia ſimul bona et iura habent, *homagii*

gii fide et *landſaſſiatu* contineantur, atque
) vt *forum* non in realibus ſolum actionibus
in perſonalibus etiam rei perſecutoriis coram
iciis territorialibus ſortiantur.

§. 420. Vniuerſe I) vt iuſti ponantur *cau-* *Variae tamen ſunt querelae ſuper abuſu iurisdictionis eccleſiaſticae.*
*um eccleſiaſticarum* et ſecularium *limites* (a),
itiquam vero II) *cauſae ciuiles ad forum ec-*
*ſiaſticum*, neque propterea ad *curiam Roma-*
*m*, nec ad *nuncios apoſtolicos* trahantur, di-
te leges imperii ſanciunt (b). Qua cautione
) tanto magis opus eſt, quum ob *duplicem per-*
*nam*, quam epiſcopi Germaniae, qua tales,
qua principes imperii ſuſtinent, et ob coniun-
am ideo eorum ſecularem et eccleſiaſticam po-
ſtatem, vtraque haec iurisdictio eorum *officia-*
*bus* committi ſoleat, et in appellatione haud
ro perperam confundatur (c). Nec denique
V) Germaniae praeſules ea, qua ſupremus non-
numquam pontifex eorum ſe iuribus immiſcet,
atione contenti ſunt (d).

(a) Capitvl. (1690.) art. 14. §. 5.: "Und weil vorberührter Civilſachen willen zwiſchen unſern und des Reichs höchſten Gerichten, ſodann den Apoſtoliſchen Nunciaturen mehrmalige Streit und Irrungen entſtanden, indem ſo ein als andern Orts die ab der Officialen Urtheil beſchehene appellationes angenommen, proceſſus erkannt, ſelbige auch durch allerhand ſcharfe mandata, zu gröſter

ſter Irr= und Beſchwerung der Partheyen, zu behaupten geſucht worden; Womit dann dieſem vorgekommen, und alles Jurisdictions=Conflict möchte verhütet werden; ſo wollen wir daran ſeyn, daß die cauſae ſeculares ab eccleſiaſticis rechtlich diſtinguirt, auch die darunter vorkommenden zweifelhaften Fälle, durch gütliche mit dem Päbſtlichen Stuhl vorzunehmende Handlung und Vergleich erledigt, ſofort der geiſt= und weltlichen Obrigkeit einer jeden ihr Recht und Judicatur ungeſtöhrt gelaſſen werden möge".

(b) CAPITVL. (1653.) art. 14. §. 4.: "Gleichergeſtalt wollen wir, wann es ſich etwan begäbe, daß die cauſae ciuiles von ihrem ordentlichen Gericht im heil. Reich ab= und auſſer daſſelbe ad nuncios apoſtolicos und gar ad curiam Romanam gezogen würden, ſolches abſchaffen, vernichten, und ernſtlich verbieten, auch unſern kaiſerlichen Fiscalen ſowohl an unſerm kaiſerlichen Reichshofrathe, als Cammergerichte anbefehlen, wider diejenigen ſwohl Partheyen als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die ſich hinfüro dergleichen anmaſſen, und darinn einigergeſtalt gebrauchen laſſen würden, mit behöriger Anklage von Amtswegen zu verfahren, damit die Uebertreter demnächſt gebührend angeſehen und beſtrafet werden möchten". Adde R. I. N. §. 164. et decret. commiſſ. caeſ. d. 24. Mai. 1719. in *corp. iur. publ.* p. 1285. Cuius expeditio, promiſſa in ſuffragio imp. d. 15. Dec. 1719., *l. c.* p. 1293., nondum ſubſecuta, litteris collegialibus electoralibus 1764. de nouo in memoriam reuocata eſt.

(c) R. I. N. §. 164.

(d) CAPITVL. (1690.) art. 14. §. 2.: "Noch auch die Erz= und Biſchöfe im Reich, wenn wider dieſelben von den ihnen untergebenen Geiſt= und Weltlichen etwa geklagt werden ſollte, ohne vorige gnugſame Information über der Sachen Verlauf und Beſchaffenheit (welche, damit keine ſub- et obre-

obreptio contra facti veritatem Platz finden möchte, in partibus einzuholen,) auch ohne angehörter Verantwortung des Beklagten, wann zumalen derſelbe auctoritate paſtorali zu Verbeſſerung und Vermehrung des Gottesdienſts, auch zu Conſervation und mehrerer Aufnahme der Kirchen, wider die ungehorſamen und üblen Haushalter verfahren hätte, mit monitoriis, interdictis und comminationibus, oder declarationibus cenſurarum übereilet und beſchweret werden möchten".

# CAP. II.

## DE
## IIBVS ET OBLIGATIONIBVS
## CAESARIS AC STATVVM
## CIRCA RELIGIONEM ET
## CCLESIAM EVANGELICAM
## IN SE CONSIDERATAM.

### §. 421.

*fundationibus eccleſiaſticis*, quae vi pacis Weſt- icae *euangelicis* contigerunt permanſeruntue 37. 80.), I) *imperatori* quidem manet *ius endi commiſſarium ad electionem*, *inueſtiendi electum* poſtulatumue praelatum immediatum 415.), neque minus ei manet II) *ius prima-um precum* in omnibus fundationibus imme- diatis

*I) Fundationum eccleſiaſticarum euangelicarum iura.*

Digitized by Google

diatis (a), et in mediatis, in quibus d. 1. Ia
1624. hoc ius exercuit (b). E contrario a
tem III) hic ceſſant omnia et qualiacumque iu
*papalia* (c).

(a) I. P. O. art. 5. §. 18.: "Vbi ſacra cæ
„maieſtas *ius primariarum precum* exercuit, exe
„ceat etiam in poſterum, dummodo deceden
„A. C. addicto in eius religionis epiſcopatib
„Conf. Aug. addictus ad normam ſtatutorum
„obſeruantiae idoneus precibus fruatur. *In mi*
„*tis* vero ex vtraque religione ſeu epiſcopatibu
„ſeu aliis locis immediatis precibus primariis pra
„ſentatus non gaudeat, niſi beneficium vaca
„religionis conſors poſſederit".

(b) I. P. O. art. 5. §. 26.; "In quibuscumqu
„etiam *fundationibus mediatis* anno 1624. d.
„Ian. S. C. M. primarias preces exercuit, exe
„ceat eas in poſterum, ad modum circa bona im
„mediata ſuperius explicatum".

(c) I. P. O. art. 5. §. 19.: "Si quid *annat*
„*rum*, iurium *pallii*, *confirmationum*, *menſiu*
„*papalium* et huiusmodi iurium et reſeruationu
„nomine in bonis ſtatuum eccleſiaſticis imm
„diatis a quocumque quandocumque aut qu
„modocumque praetendatur, id validitate et e
„ſecutione a brachio ſeculari impertienda car
„at". Adde tamen ib. §. 20.: "In quorum a
„tem eccleſiaſticorum bonorum immediatoru
„capitulis vtriusque religionis capitulares et can
„nici vigore praefati termini certo vtrinque nu
„mero admittuntur, *menſesque papales* id te
„poris in vſu fuerunt, porro quoque, ſi dec
„dentes capitulares canonici *ex numero cath*
„*corum* definito fuerint, *obtineant*, atque ex
„cutioni, caſu eueniente, mandentur, *modo*
„*palis prouiſio* capitulis immediate a curia R
„mana *tempore legitimo inſinuetur*". De
*di*

*diatis* autem fundationibus ſimilia ſtatuit I. P. O. art. 5. §. 26.

§. 422. Praeterea in *euangelicos* imperii ſtatus aliosue ciues I) et religioſa (a) et Weſtphalica pace (b) *ius dioeceſanum* et tota *iurisdictio eccleſiaſtica* cum omnibus ſuis ſpeciebus *ſuſpenſa* (c) eſt, *nec quidquam* aliud ei *ſurrogatum*. Vnde II) inter quemlibet ſtatum euangelicum eiusque ſubditos euangelicos ad *libertatem naturalem* res reducta fuit, de quibus circa religionem et eccleſiam iuribus inter ſe inuicem conuenire vellent. Enimuero III) erant quidem partim, quae ex iure publico vniuerſali *principi* vindicari poterant, *plura*, quam catholicis principibus relicta, circa religionem et eccleſiam *iura;* ſed et altera ex parte IV) vel *pluribus*, quam quae naturali eccleſiarum libertati conuenirent, ſacri imperii iuribus *adſueti* ſubditi etiam plus iuris principi eiusdem ſecum religionis facile tribuebant, atque plurima *antehac epiſcopalia iura* ſic a principibus exerceri patiebantur, non vna tamen eademque vbiuis ratione.

II) *Iurisdictio eccleſiaſtica ratione euangelicorum.*

(a) Pax relig. ſeu R. I., 1555. §. 20.: "Damit auch beyderſeits Religions-Verwandte ſo viel mehr in beſtändigem Frieden, und guter Sicherheit, gegen und bey einander ſitzen und bleiben mögen, ſo ſoll die geiſtliche Jurisdiction (doch den geiſtlichen

chen Churfürſten, Fürſten und Ständen, Collegien, Klöſtern und Ordensleuten, an ihren Renten, Gült, Zins und Zehenden, weltlichen Lehenſchaften, und andern Rechten und Gerechtigkeiten, wie obſtehet, unvergriffen,) **wider der Augſpurgiſchen Confeſſions-Religion, Glauben, Beſtellung der Miniſterien, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen und Ceremonien,** ſo ſie aufgerichtet oder aufrichten möchten, bis zu endlicher Vergleichung der Religion **nicht** exercirt, gebraucht oder geübt **werden, ſondern derſelbigen Religion,** Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen, Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien, wie hievon nachfolgends ein beſonderer Artikel geſetzt, **ihren Gang laſſen,** und kein Hinderniß oder Eintrag dadurch beſchehen, und alſo hierauf, wie obgemeldt, bis zu endlicher chriſtlicher Vergleichung der Religion, **die geiſtliche Jurisdiction ruhen,** eingeſtellt **und ſuſpendirt ſeyn und bleiben.** Aber in andern Sachen und Fällen, der Augſpurgiſchen Confeſſions-Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuche, Ordnungen, Ceremonien, und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend, ſoll und mag die geiſtliche Jurisdiction durch die Erzbiſchöfe, Biſchöfe und andere Prälaten, wie deren Exercitium an einem jeden Orte hergebracht, und ſie deren in Uebung, Gebrauch und Poſſeſſion ſind, hinfüro wie bisher unverhindert exerciret, geübt und gebraucht werden".

(b) I. P. O. art. 5. §. 48.: "*Ius dioeceſanum* „et *tota iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis* „*ſpeciebus contra Auguſtanae Confeſſ.* electores, „principes, *ſtatus*, comprehenſa libera imperii „nobilitate, *eorumque ſubditos*, tam inter catho-„licos et A. C. addictos, quam inter ipſos ſolos „A. C. ſtatus vsque ad compoſitionem Chriſtianam „diſſidii religionis *ſuſpenſa eſto*".

(c) Notanda tamen etiam hic inſerta alibi clauſula I. P. O. art. 5. §. 14. in f.: "Si de religio-„nis diſſidiis amicabiliter conueniri non poſſit, „nihilo-

Digitized by Google

„nihilominus haec conuentio perpetua ſit et pax
„ſemper duratura”.

§. 423. Quibus ita conſtitutis, I) ſingulorum principum euangelicorum iura circa ſacra, quibus intuitu ſubditorum euangelicorum vtuntur, reuera *conuentione inter principem ac* ſuos cuiusque *ſubditos*, ſiue expreſſa, ſiue tacita, nituntur; *nec* proinde II) omnibus in territoriis euangelicis *eadem* ſunt, ſed pactis diuerſimode variari queunt; nec III) *vi ſuperioritatis territorialis*, ſed ex ſpeciali illo titulo, exercentur, licet eo ipſo adiecta ſint ſuperioritati principum euangelicorum ea iura, quae alias in ſuperioritate territoriali vi conſtitutionis Germanicae haud continentur. Ideoque IV) reuera eadem ratione, qua epiſcopi catholici duplicem perſonam, aliam qua epiſcopi, aliam qua domini territoriales, ſustinent, etiam ſtatus euangelici, quatenus ſuperioritatem territorialem, et quatenus poteſtatem eccleſiaſticam exercent, *duplicem perſonam* agunt; nec proinde V) ad hanc exercendam tam collegiis adminiſtrandae reipublicae dicatis, quam ſingulariter ordinatis *conſiſtoriis* vtuntur. Multo minus igitur VI) *in genere* eiusmodi iura, quae a principibus euangelicis in ſubditos ſuos eiusdem religionis exercentur, *ſuperioritati territo-* *ſigillatim* 1) *in ſubditos euangelicos;*

Gg *riali*

*riali* cuiuscumque ſtatus hodieque vindicantur. Sed et VII) ordinarie nec *nobilibus* nec *municipiis* in territorio euangelico horum iurium quidpiam conceditur (a).

(a) Exceptionem tamen a regula etiam hac in re dari videſis apud Mevivm part. 2. deciſ. 305.

*2) in ſtatus et immediatos euangelicos,*

§. 424. Quod deinde ad *ipſos ſtatus* aliosue ciues imperii immediatos *A.* C. *addictos* attinet, *imperatori ſummisque imperii tribunalibus*, omni licet reliqua in illos iurisdictione praeditis, vniuerſe tamen *nullo titulo* tribui poteſt *iurisdictio in cauſis euangelicorum eccleſiaſticis*; quippe quam I) *nec* tempore pacis religioſae, et Weſtphalicae *habuerunt*, *nec* poſthac *adquiſiuerunt;* nec II) tamquam *reuiuiſcentem*, poſt mutatam tot ſeculis reipublicae faciem, quumque nec priſtinis temporibus diuerſa eſſet caeſaris ac ſtatuum religio, adeoque ſumma ratio differentiae intercedat, quaſi iure poſtliminii ſibi vindicare poſſunt; nec demum III) *ſecuritas* religionis euangelicae, nec IV) exacta vtriusque religionis *aequalitas* admittit.

*quorum cauſae eccleſiaſticae nullo modo ad iudicia imperii pertinent*

§. 425. Quae quum ita ſint, ipſi *ſtatus* et domini territoriales euangelici, eo ipſo, quum a iurisdictione eccleſiaſtica catholica exemti ſint, nulli

Digitized by Google

nulli amplius cognitioni eccleſiaſticae ſuperiori, nec ſecundae, nec primae inſtantiae, ſubſunt, ideoque I) vel *in ſuis ipſorum cauſis eccleſiaſticis* haud aliter, quam a propriis iudiciis, quod nec ceteroquin obſeruantiae Germanicae repugnat, in primis accedente transmiſſione actorum ad impartiales tum ICtos tum Theologos, iudicari poſſunt. Neque magis II) quatenus eorum auctoritate *in ſubditos* euangelicos iurisdictio eccleſiaſtica exercetur, ab hac ad ſuprema imperii tribunalia *appellare* fas eſt. Quumque III) *nec ex capite nullitatis* cauſae catholicorum eccleſiaſticae caeſareae ſummorumque tribunalium iurisdictioni ſubiiciantur; idem propter exactam aequalitatem ſeruandam nec ratione euangelicorum fas eſt, in primis quum ſecuritati religionis euangelicae parum proſpectum foret, ſi ſub praetextu nullitatum, quod nomen facile cuicumque grauamini datur, cauſas euangelicorum eccleſiaſticas ad cognitionem catholicorum deuolui liceret. Quamobrem IV) non ſine ratione viſitatores euangelici ſuae religionis aſſeſſores iuſſerunt abſtinere ſe ab eiusmodi cognitione (a). Quod quum ipſum poſtea corpus euangelicorum diſerte probauerit (b); res eo deuenit, vt non niſi de corpore ad corpus de ea transigi poſſit, adeoque,

 vsque

vſque id fiat, vel ob hanc ſolam rationem ſiſti debeat haec iuriſdictio (c).

(a) Vide *commune concluſum viſitatorum camerae proteſtantium* d. 19. Dec. 1713. (in Fabri Staatscanzley tom. 26. §. 121. ſq. PFEFF. *ad Vitr.* tom. 3. p. 288.), vbi inter alia: Geſtalt dann einige geiſtliche Sachen der A. C. verwandten, wegen angezogener Nullitäten, auch zuweilen hierunter Ehesachen, auf gewiſſe Maaſſe vorzunehmen und zu erörtern, zwar für unbedenklich gehalten, hingegen aber dergleichen die Römiſch-Catholiſchen betreffende Sachen daſelbſt weder ex capite nullitatis, noch ſonſt aus Mangel gegründeter Jurisdiction angenommen, und alſo hierdurch die — Regel, unter beiderſeits Religionsverwandten in ſolchen Sachen Gleichheit zu halten, — der Gebühr nicht beobachtet. Vnde commendant euangelicis aſſeſſoribus curare in poſterum: daß keiner Ungleichheit zwiſchen ihnen und den Römiſch-Catholiſchen Platz gegeben werde.

(b) Fabers Staatscanzley tom. 27. p. 130.

(c) Schauroths Samml. vom corp. euang. tom. I. p. 286. ſq. Conf. quoque meine Rechtsfälle 1. Th. S. 171. 210., und die neue Staatscanzley tom. 21. p. 390., tom. 24. p. 292., tom. 25. p. 209. 231. 343.

*cauſaeque eccleſiaſticae eaedem ſunt, ac inter catholicos.*

§. 426. Quodſi tandem quaeritur, *quaenam ſint cauſae euangelicorum eccleſiaſticae*, hoc ſenſu, vt a iuriſdictione caeſarea eximantur; I) reſpondendum eſt: omnes eae, quae ex legibus vi poteſtatis eccleſiaſticae, non ciuilis, latis diiudicari debent, adeoque vi iuris canonici et inter catholi-

cos

cos eccleſiaſticae habentur; quoniam inter euangelicos etiam hac in re in ſubſidium adhuc valet ius canonicum, praeterea tum ob exactam aequalitatem, tum ob ſecuritatem religionis euangelicae ac libertatem conſcientiarum fieri nequit, vt euangelici agnoſcant iudicem catholicum in cauſis, quarum deciſio petenda ex principiis, in quibus diſſentiunt euangelici et catholici. Etſi vel maxime igitur II) vnus alterue ſtatus, aut plane tantum priuatus quidam ICtus euangelicus diſſentiret, referendo hanc vel illam cauſam ad non eccleſiaſticas; tamen illud praeiudicio eſſe non poſſet euangelicis in genere. Et quamuis III) nec *conſiſtoria* euangelicorum omnia eiusdem formae ſint, vt non ex ſecularibus tantum, ſed ex eccleſiaſticis quoque aſſeſſoribus conſiſtant, quia ſi etiam mere politica iudicia ſimul vice conſiſtorii fungantur; ideo tamen ipſi naturae cauſarum eccleſiaſticarum inde nihil decedit (a).

(a) Rechtsfälle I. Th. S. 215.

## CAP. III.

### DE
### IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS DIVERSARVM RELIGIONVM INTER SE INVICEM.

§. 427.

*Exercitium relig. et ius reformandi.*

Si quo in territorio diuerſae religionis ciues ſunt, I) minimus *tolerantiae* gradus eſt in DEVOTIONE tantum DOMESTICA, i. e. in reſtricta Deum modo *intra priuatos parietes in ſua cuiusque familia* colendi libertate. A qua differt EXERCITIVM RELIGIONIS, quod in libertate colendi Deum *in coetu eccleſiae ſub miniſterio paſtorum* conſiſtit, idque iterum tamen aut PRIVATVM modo, aut PVBLICVM, prouti *effectibus in republica* ſe exſerentibus deſtitutum vel circumſcriptius ſaltem praeditum eſt, aut ſecus. II) *Ius* autem *definiendi exercitium religionis*, adeoque vel concedendi, vel immutandi, reſtringendi, extendendi, abolendi illud, vocatur IVS REFORMANDI. Quod 1) *ſub initium reformationis* iam catholici ad effectum, vt ne a ſubditis proprio auſu, nec ſub protectione alte-

Digitized by Google

alterius ſtatus quidquam mutari poſſit, vindicarunt dominis territorialibus, ſecundum paroemiam: *Cuius eſt regio, eius et religio*, eademque ratione nec 2) pax Weſtphalica quidem illud ſeparauit a ſuperioritate territoriali (a), ſed normis tamen alligauit numquam non obſeruandis (b), aliter quidem inter catholicos et euangelicos, ex anno ſcilicet decretorio (§. 36.), aliter inter Lutheranos et reformatos conceptis.

(a) I. P. O. art. 5. §. 30.: "Quantum deinde „ad comites, barones, nobiles, vaſallos, ciui„tates, fundationes, monaſteria, commendas, „communitates et ſubditos ſtatibus immediatis, „ſiue eccleſiaſticis ſiue ſecularibus, ſubiectos per„tinet: quum eiusmodi *ſtatibus immediatis cum* „*iure territorii et ſuperioritatis* ex communi per „totum imperium hactenus vſitata praxi, *etiam* „*ius reformandi exercitium religionis competat*, „ac dudum in pace religionis 1) talium ſtatuum „*ſubditis*, ſi a religione domini territorii diſſen„tiant, beneficium emigrandi conceſſum, inſu„per 2) maioris concordiae inter ſtatus conſer„uandae cauſa cautum fuerit, quod nemo *alienos* „*ſubditos* ad ſuam religionem pertrahere, eaue „cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipe„re, illisue vlla ratione patrocinari debeat: *con*„*uentum* eſt, *hoc idem porro quoque* ab vtriusque „religionis ſtatibus *obſeruari*, *nullique ſtatui* im„mediato *ius*, quod *ipſi ratione territorii et ſu*„*perioritatis in negotio religionis competit*, *impe*„*diri oportere*".

(b) I. P. O. art. 5. §. 31. ſq. verbis: "*Hoc* „*tamen non obſtante*" etc. infra fuſius exponendis.

 §. 428.

Digitized by Google

I) *Inter Lutheranos et reformatos;* 1) *quid P. W. definiat?*

§. 428. Quod primum ad *Lutheranos et reformatos* inter ſe inuicem attinet, pax Weſtphalica, cum *diſtinctione* inter *caſus* iam ante pacem *praeteritos*, et inter caſus *futuros* (a), I) *ratione illorum* rem reliquit pactis, priuilegiis, aliisue quibuscumque iuris titulis in perpetuum obſeruandis (b). Sin II) *a pace Weſtphalica inde* in territorio, vbi iam tempore pacis viguit altera religio, contigit aut adhuc contigerit *mutatio* ratione domini territorialis, *ſiue* vt ille *religionem mutet, ſiue iure ſucceſſionis* alioue titulo alterius religionis dominus ſuccedat; 1) licet illi quidem *in ſua reſidentia* ſuae confeſſionis concionatores aulicos habere (c), ſed a) *ſine vllo* alterius religionis *impedimento* aut praeiudicio (d), adeo vt b) vel ipſis huius *communitatibus* tunc permiſſum ſit, ſcholarum et eccleſiarum ſuarum *miniſtros nominare vel praeſentare* (e). *Quodſi* etiam 2) "aliqua *communitas*, eueniente mu„tationis caſu, domini ſui religionem amplexa, „*petierit ſuo ſumtu exercitium*, cui princeps vel „dominus addictus eſt; a) *liberum eſt*, *ſine reli*„*quorum praeiudicio ei illud indulgere*, a ſucceſſo„ribus non auferendum. At b) *conſiſtoriales* ſa„crorum viſitatores, *profeſſores* ſcholarum et a„cademiarum, theologiae et philoſophiae, non

„niſi

„niſi eidem religioni addicti ſint, quae hoc tem„pore quolibet in loco publice recepta eſt", pax Weſtphalica ſancit (f).

(a) I. P. O. art. 7. §. 2.: "Sicut autem ſu„pradicta omnia *de mutationibus futuris* intelli„genda ſunt; ita iuribus principum Anhaltino„rum et ſimilium; quae ipſis competunt, nul„lum adferant praeiudicium."

(b) I. P. O. art. 7. §. 1. vid. ſupra §. 35. *b.* eiusque paſſus continuatio ſequens: "*Saluis* ta„men ſemper ſtatuum, qui proteſtantes nuncu„pantur, inter ſe et cum ſubditis ſuis conuentis „*pactis*, priuilegiis, reuerſalibus, et diſpoſitio„nibus aliis, quibus de religione eiusque exerci„tio et inde dependentibus cuiusque loci ſtati„bus et ſubditis hucusque prouiſum eſt, ſalua „itidem cuiusque conſcientiae libertate".

(c) I. P. O. art. 7. §. 1.: "Quoniam contro„uerſiae religionis, quae inter modo dictos pro„teſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt com„poſitae, ſed vlteriori compoſitioni reſeruatae „ſunt, adeoque illi duas partes conſtituunt; ideo „*de iure reformandi* inter vtramque ita conuen„tum eſt, vt *ſi aliquis* princeps, vel alius terri„torii dominus, vel alicuius eccleſiae patronus „poſthac *ad alterius partis ſacra tranſierit*, *aut* „*principatum* aut ditionem, vbi alterius partis „ſacra exercitio publico de praeſenti vigent, ſeu „*iure ſucceſſionis*, ſeu vigore praeſentis tractatus „pacis *alioue quocumque titulo nactus fuerit*, aut „recuperarit, ipſi quidem *concionatores aulicos* „ſuae confeſſionis, citra ſubditorum onus aut „praeiudicium, ſecum atque in reſidentia ſua „habere liceat".

(d) *ibid.*: "*At fas ei non ſit*, vel *publicum* „*religionis exercitium*, leges aut conſtitutiones „eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas, *immutare*,

 „vel

Digitized by Google

„vel *templa*, ſcholas, hoſpitalia, *aut eo pertinen-* „*tes reditus*, penſiones, ſtipendia prioribus *adi-* „*mere*, ſuorumque ſacrorum hominibus appli- „care, *vel* iuris territorialis, epiſcopalis, patro- „natus alioue quocumque praetextu *ſubditis mi-* „*niſtros alterius confeſſionis obtrudere*, *vllumue* „*aliud impedimentum aut praeiudicium* directe vel „indirecte alterius ſacris *afferre*".

(e) *Ibid.*: "Et vt haec conuentio eo firmius „obſeruetur, *liceat* hoc mutationis caſu *ipſis com-* „*munitatibus praeſentare*, *vel*, quae praeſentan- „di ius non habent, *nominare*, idoneos *ſchola-* „*rum et eccleſiarum miniſtros* a publico loci con- „ſiſtorio et miniſterio, ſi eiusdem cum prae- „ſentantibus vel nominantibus communitatibus „ſunt religionis, vel hoc deficiente, eo loco, „quem ipſae communitates elegerint, examinan- „dos et ordinandos, atque a principe vel domi- „no poſtea ſine recuſatione confirmandos".

(f) I. P. O. art. 7. §. 2.

*2) an anno decretorio locus ſit?*

§. 429. Singulari ratione I) *in Palatinatu Rheni* inter Lutheranos et reformatos praeſcriptus eſt ſtatus anni 1624. (a). Quin II) fieri etiam poteſt, vt Lutherani iure, quod vi anni decretorii *ratione catholicorum*, veluti in rem antehac a catholicis poſſeſſam, adquiſiuerunt, etiam aduerſus reformatos in eadem re ſe tueantur, et viciſſim. Ceteroquin autem III) inter Lutheranos et reformatos nequaquam valet *annus decretorius* (b). Nec IV) viciſſim ea, quae inter Lutheranos et reformatos obtinent, *inter catholicos*



Digitized by Google

*licos et. euangelicos* allegari poſſunt; nec enim regula: quod vni parti, id et alteri parti iuſtum ſit, vltra quam de corpore ad corpus extendi poteſt (c).

(a) I. P. O. art. 4. §. 19.: "A. C. conſorti-„bus, qui in poſſeſſione templorum fuerant, in-„terque eos ciuibus et incolis Oppenheimenſibus „*ſeruetur ſtatus eccleſiaſticus a.* 1624. ; ceteris-„que id deſideraturis A. C. exercitium tam pu-„blice in templis ad ſtatas horas, quam priuatim „in aedibus propriis, aut alienis ei rei deſtinatis, „per ſuos aut vicinos verbi diuini miniſtros per-„agere liberum eſto".

(b) Lvdolf *obſ.* 270. vol. 3. p. 175. Diſ-ſentit Wernher tom. 3. part. 4. *obſ.* 42. p. 521. Conf. quoque Lochners *ſelecta* part. 2. p. 206.

(c) I. P. O. art. 5. §. 1. vide ſupra §. 36. *a.*

§. 430. Inter ſtatus ſubditosque *religione catholica et euangelica* diuerſos *ſola norma anni decretorii* obſeruanda eſt (a). Quo quidem anno 1624. ſi alterius religionis ſubditis *nullum* fuit ſuae religionis *exercitium; modus* tamen *tolerantiae* ſic praeſcriptus eſt, vt I) *deuotioni domeſticae* libere vacare, et II) in vicinia publico exercitio intereſſe, III) liberos quoque aut exteris ſcholis aut priuatis praeceptoribus committere poſſint (b), nec IV) *in ciuilibus* alio, quam pari cum conciuibus, iure vtantur (c), modo V) nec ſubiectionis officia negligant (d).

II) *Inter catbol. et euang.* A) *exerc.* 1) *anno decr.* a) *ſi non fuit, modus tolerandi,*

(a)

Digitized by Google

(a) I. P. O. art. 5. §. 33. : — "annihilatis „omnibus *anni* 1624. *obſeruantiae*, *vtpote quae* „*inſtar regulae obtineat*, contrariis" etc.

(b) I. P. O. art. 5. §. 34. : "Placuit, vt illi „catholicorum ſubditi A. C. addicti, vt et catho„lici A. C. ſtatuum ſubditi, qui anno 1624. pu„blicum vel etiam priuatum religionis ſuae exer„citium nulla anni parte habuerunt, nec non, „qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tem„pore diuerſam a territorii domino religionem „profitebuntur et amplectentur, *patienter tole„rentur*, et conſcientia libera *domi deuotioni ſuae* „ſine inquiſitione aut turbatione priuatim *vaca„re*, *in vicinia* vero, vbi et quoties voluerint, „*publico religionis exercitio intereſſe*, vel *liberos* „ſuos *exteris* ſuae religionis *ſcholis aut priuatis* „domi *praeceptoribus* inſtruendos *committere* non „prohibeantur".

(c) I. P. O. art. 5. §. 35. : "Siue autem ca„tholici, ſiue A. C. fuerint ſubditi, nullibi ob „religionem *deſpicatui* habeantur, nec *a merca„torum*, *opificum aut tribuum communione*, he„reditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, „eleemoſynis, aliisque iuribus aut commerciis, „multo minus publicis coemiteriis, honoreue ſe„pulturae *arceantur*, aut quidquam pro exhibi„tione funeris a ſuperſtitibus exigatur, praeter „cuiusque parochialis eccleſiae iura, pro demor„tuis pendi ſolita; ſed et in his et ſimilibus pari „cum conciuibus iure habeantur, aequali iuſtitia „protectioneque tuti". Conf. meine Rechtsfälle II. B. 3. Th. S. 699.

(d) I. P. O. art. 5. §. 34. in f. : "Sed eius„modi landſaſſii, vaſalli et ſubditi etiam officium „ſuum cum debito obſequio et ſubiectione adim„pleant, nullisque turbationibus anſam prae„beant".

§. 431.

§. 431. Quodſi vero tales ſubditi, qui *ſine exercitio* ſuae religionis anno 1624. in alterius religionis territorio vixerunt, *vel* qui poſt pacem Weſtphalicam demum *religionem mutarunt*, I) ſua ſponte *emigrare* voluerint; non ſolum fas illud eſt, ſed et liberum ſubditis aut alienare bona, aut retenta per miniſtros adminiſtrare, ideoque, quoties opus, redire (a). Nec terminus *quinquennio*, illisque, qui religionem demum mutarunt, *triennio* minor ad emigrandum praefigendus eſt (b). Nec teſtimonia denegari, nec quidquam impedimenti inferri fas eſt (c). Eademque ſub lege II) et *iuberi* tales ſubditi poſſunt ſolum vertere. Sed ab hac tamen coacta emigrandi neceſſitate excipiuntur ſubditi *in territorio oppignorato*, quod reluitur (d), et in territorio, *cuius ipſum ius eſt controuerſum*, (e). Denique III) a coacta migratione ad ius *transplantandi* plane nulla valet conſequentia. *vel emigrandi.*

(a) I. P. O. art. 5. §. 36.: "Quodſi vero ſubditus, qui nec publicum nec priuatum ſuae religionis exercitium 1624. habuit, vel etiam qui, poſt publicatam pacem, religionem mutabit, *ſua ſponte emigrare voluerit*, *aut a territorii domino iuſſus* fuerit, liberum ei ſit, *aut retentis bonis*, *aut alienatis* discedere, retenta per miniſtros adminiſtrare, et quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas vel perſequen-

„das

„das lites aut debita exigenda, *libere* et ſine lit-„teris commeatus *adire*".

(b) I. P. O. art. 5. §. 36.: "Conuentum au-„tem eſt, vt a territoriorum dominis illis ſubdi-„tis, qui neque publicum neque priuatum exer-„citium religionis ſuae dicto anno habuerunt, „et tamen tempore publicatae praeſentis pacifica-„tionis in vnius vel alterius religionis ſtatuum „immediatorum ditionibus habitare deprehen-„duntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, „qui ob calamitates bellicas euitandas, non ta-„men animo transferendi domicilium, alio emi-„grarunt, et facta pace in patriam redire volunt, „*terminus non minor quinquennio; illis vero, qui* „*poſt pacem publicatam religionem mutant, non* „*minor triennio*, niſi tempus magis laxum et ſpa-„tioſum impetrare potuerint, *ad emigrandum* „*praefigatur*".

(c) I. P. O. art. 5. §. 37.: "Neque *ſiue volun-„tarie* ſiue coacte *emigrantibus*, natiuitatis, in-„genuitatis, manumiſſionis, noti opificii, hone-„ſtae vitae *teſtimonia denegentur*, aut iidem *re-„uerſalibus* inuſitatis, vel decimationibus ſub-„ſtantiae ſecum exportatae plus aequo extenſis, „praegrauentur, multo minus ſpontaneam ſuſci-„pientibus emigrationem, *ſeruitutis* aut vllo alio „*praetextu impedimentum* inferatur".

(d) I. P. O. art. 5. §. 27.: "Quae bona ſtatus „imperii ſibi inuicem pignoris iure obligauerunt, „ — quodſi — prioribus reddantur; domino „quidem liberum eſſe debet in huiusmodi terras „oppignoratas ad ſe reuerſas ſuae religionis exer-„citium publice introducere; incolae tamen et „*ſubditi migrare*, aut ſuam, quam ſub priori „poſſeſſore huiusmodi terrarum oppignoratarum „amplexi fuerant, religionem deſerere *non cogan-„tur*. De publico vero ſuae religionis exerci-„tio inter ipſos et reluentem dominum directum „tranſigatur".

(e) I.

Digitized by Google

(e) I. P. O. art. 5. §. 43.: "*Territorii iure*, „vel ante vel poſt terminum anni 1624. *contro-* „*uerſo*, donec ſuper poſſeſſorio et petitorio co- „gnoſcatur et decidatur, poſſeſſori praefati anni „idem ius eſto, quantum equidem ad publicum „exercitium attinet; *ſubditi* vero, propter muta- „tam interim religionem, pendente territorii con- „trouerſia, *migrare non cogantur*".

§. 432. Sin ſubditi alterius religionis anno 1624. quacumque anni parte *exercitium* ſuae *religionis* ſiue publicum ſiue priuatum *habuerunt*; non obſtante iure reformandi, quod alias vi ſuperioritatis territorialis compèteret (a), *neceſſario* idem exercitium *relinquendum* eſt illis ſubditis (b), vna cum adnexis (c), nec quidquam attendendum in contrarium, ſed omnia relinquenda ſoli *obſeruantiae anni decretorii*, vtpote quam ſimpliciter hic *inſtar regulae* obtinere vult pax Weſtphalica (d). b) *Si fuit, relinquendum exerc.*

(a) I. P. O. art. 5. n. 50. vid. ſupra §. 427. not. *a*.

(b) I. P. O art 5. §. 31.: "Hoc tamen non „obſtante, *ſtatuum catholicorum* Landſaſſii, va- „ſalli et *ſubditi* cuiuscumque generis, *qui ſiue* „*publicum ſiue priuatum A. C. exercitium anno* „1624. *quacumque anni parte*, ſiue certo pacto „aut priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue ſola deni- „que obſeruantia dicti anni *habuerunt*; retine- „ant id etiam in poſterum *vna cum annexis*, qua- „tenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita „fuiſſe probare poterunt. §. 32.: Idemque „obſeruetur ratione *ſubditorum catholicorum* A. C. „ſta-

Digitized by Google

„ſtatuum, vbi dicto anno 1624. vſum et exercitium catholicae religionis publicum aut priuatum habuerunt".

(c) I. P. O. art. 5. §. 81.: "Annexa exercitii religionis habentur inſtitutio conſiſtoriorum, miniſteriorum tam ſcholaſticorum quam eccleſiaſticorum, ius patronatus, aliaque ſimilia iura, nec minus poſſeſſio templorum, fundationum, monaſteriorum, hoſpitalium, cum omnibus pertinentiis, reditibus et poſſeſſionibus".

(d) I. P. O. art. 5. §. 33.: "Pacta, transactiones, conuentiones aut conceſſiones — eatenus tantum ratae et firmae manento, quatenus obſeruantiae dicti anni 1624. non aduerſantur, nec ab iisdem, niſi mutuo conſenſu, recedere liceat: non attentis, ſed annihilatis omnibus *anni* 1624. *obſeruantiae*, *vtpote quae inſtar regulae obtineat*, contrariis latis ſententiis, reuerſalibus, pactis, quibuscumque transactionibus".

*3) Quid vi ſuperiorit. fieri poſſit? ſpeciatim an ſimultaneum?*

§. 433. Etiamſi itaque adhuc fieri poſſit, vt *dominus territorialis eiusdem* cum territorio *religionis* ſine huius praeiudicio alteri etiam religioni de nouo exercitium priuatum publicumue concedat ex iure reformandi vi ſuperioritatis territorialis, modo nec ordines prouinciales vel ſubditi ex iuſtis cauſis contradicant; idem tamen omnino non valet, quando ipſe *princeps diuerſae* a territorio *religionis* alteri religioni exercitium, quod anno 1624. non habuit, concedere adnititur, quippe quo caſu nequaquam ius reformandi

Digitized by Google

di ex ſuperioritate territoriali, ſed ſola anni decretorii norma locum habet. Vnde iniuſtitia huius, quod vocant, SIMVLTANEI ſatis in aprico eſt.

§. 434. Sicuti vero ius reformandi territoriale ſic iuſtis eſt circumſcriptum limitibus; ita multo minus a ſola *qualitate feudali vel ſubfeudali* (a), nec a *iurisdictione criminali*, iure patronatus ſimilibusue iuribus (b) ius reformandi dependere diſerte cautum eſt. *3) An iuri feudali, crim. etc. quid tribuendum?*

(a) I. P. O. art. 5. §. 42.: "*A ſola qualitate* „*feudali vel ſubfeudali* ſiue a regno Bohemiae, „ſiue ab electoribus, principibus et ſtatibus im„perii, ſiue aliunde procedant, *ius reformandi* „*non dependet*. Sed feuda iſta et ſubfeuda, nec „non vaſalli, ſubditi et bona eccleſiaſtica in cau„ſis religionis, et quidquid iuris dominus feudi „praetendat, introduxerit, aut ſibi arrogarit, „ex ſtatu anni 1624. d. 1. Ian. perpetuo cenſe„antur, quae vel iudicialiter vel extraiudicialiter „innouata fuerint, tollantur, et in priſtinum „ſtatum reſtituantur". Rechtsf. II. B. 4. Th. S. 885. u. f.

(b) I. P. O. art. 5. §. 44.: "Sola *criminalis* „*iurisdictio*, Centgericht, ſolumque *ius* gladii „et *retentionis*, *patronatus*, filialitatis neque „coniunctim neque diuiſim ius reformandi tri„buant".

§. 435. Denique etiam *iurisdictioni eccleſiaſticae*, in caſu diuerſae domini ſubditorumque *B) Iurisd. eccl. 1) domini catho-*

 reli-

*lici in ſubditos euang.* religionis, eadem adeo *norma anni decretorii* praeſcripta eſt, vt *catholici domini* ſubditis euangelicis, ſicubi hi anno 1624. *ius conſiſtorii* tamquam annexum exercitii religionis ſuae habuerunt, illud relinquendum ſit (a). Sin eo tempore "agnouerunt iurisdictionem eccleſiaſticam; „et tunc ei porro ſubſint, ſed 1) in iis tantum „caſibus, qui Auguſtanam confeſſionem nulla„tenus concernunt, et 2) modo ipſis occaſione „proceſſus nihil iniungatur A. C. vel conſcientiae „repugnans" (b). Nequaquam vero iurisdictionem eccleſiaſticam aliaque iura circa ſacra ſubditorum euangelicorum vi ſuperioritatis ſibi vindicare poſſunt domini catholici; nulloque modo hic valet conſequentia ab iis, quae euangelici a domino eiusdem religionis patiuntur, ad dominum diuerſae religionis, vti nec a iure reformandi ad alia ſacrorum iura.

(a) I. P. O. art. 5. §. 31. Vid. ſupra §. 432. *b*.

(b) I. P. O. art. 5. §. 48. Add. PAC. REL. §. 20.

*2) domini euang. in ſubditos cathol.* §. 436. "Eodem etiam iure A. C. magiſtratuum catholici ſubditi cenſentur; inque hos, „qui anno 1624. publicum religionis catholicae „exer-

„exercitium habuerunt, ius dioeceſanum, qua-„tenus epiſcopi illud dicto anno quiete in eos „exercuerunt, ſaluum eſt" (a). Ceterum "*in-„tra terminos territorii* cuiusque ius *dioeceſanum* „*et iurisdictio eccleſiaſtica ſe contineat.* Ad con-„ſequendos tamen reditus, cenſus, decimas et „penſiones, in iis A. C. ſtatuum ditionibus, vbi „catholici anno 1624. notorie in poſſeſſione vel „quaſi exercitii iurisdictionis eccleſiaſticae fue-„runt, vtantur eadem poſthac quoque, ſed non „niſi in exigendis hisce penſionibus, nec pro-„cedatur ad excommunicationem, niſi poſt ter-„tiam demum denunciationem", ſancit pax Weſt-phalica art. 5. §. 48.

(a) I. P. O. art. 5. §. 48.

---



Digitized by Google

# Cap. IV.

## DE MODO PERSEQVENDI IVS, QVOD ALICVI EST RELIGIONIS INTVITV, SEV DE MODO COMPONENDI GRAVAMINA RELIGIONIS.

§. 437.

*Grauami-na relig. I) quid ſint?*

Ex quo I) de ſecuritate mutua vtrique in Germania receptae religioni leges imperii fundamentales proſpexerunt; quaelibet ab vnius religionis conſortibus *intuitu religionis illata* alteri addictis *laeſio* GRAVAMEN RELIGIONIS fuit. Quandoquidem vero II) *pax Weſtphalica* e medio ſuſtulit omnia grauamina religionis antehac illata, normasque pro futuro in perpetuum obſeruandas praeſcripſit; *abhinc grauamina religionis* potiſſimum *in violatione pacis Weſtphalicae* conſiſtunt. Quales quidem violationes III) et ipſa pax Weſtph. (a) et R. I. N. (b) et capitulationes caeſareae (c) grauiſſimis ſanctionibus vetant, neque vllam proteſtationem aut contradictionem (d), nec vel ſcri-

ſcripta contraria inque alteram religionem iniuria (e) admitti, eaedem leges volunt. Verum IV) innumera nihilominus omnis generis grauamina, in primis ex parte catholicorum illata euangelicis, rerum geſtarum ſeries a pace Weſtphalica inde ad hanc vsque diem docet.

(a I. P. O. integro articulo 17.

(b) R. I. N. §. 193.: "Daß kein Stand gegen den andern oder deſſen Land und Leute, oder auch gegen ſeine eigene Unterthanen und Bürger in Religionsſachen wider den Friedensſchluß mit Gewalt und eigenmächtiger Beginnung das geringſte nicht attentiren oder vornehmen — ſolle".

(c) Capitvl. (1711.) art. 2. §. 3. in f.: "auch nicht geſtatten, daß in Religionsſachen jemand, dem I. P., dem Nürnbergiſchen Executionsreceſſe, und denen mit andern habenden pactis entgegen, vergewaltiget, graviret oder turbiret werde, (1690.) wie auch, daß an einigen Orten, von welchen das I. P. disponirt, in eccleſiaſticis et politicis, ſub quocumque praetextu oder ungleicher Auslegung deſſelben, dagegen (1658.) oder wider die im R. A. 1555. einverleibte Executionsordnung directe vel indirecte gehandelt werde".

(d) I. P. O. art. 17. §. 3.: "Contra hanc „transactionem vllumue eius articulum aut clau„ſulam *nulla iura*, canonica vel ciuilia, com„munia vel ſpecialia, conciliorum decreta, pri„uilegia, indulta, edicta, commiſſiones, inhi„bitiones, mandata, decreta, reſcripta, litis „pendentiae, quocumque tempore latae ſenten„tiae, res iudicatae, capitulationes caeſareae et „aliae, religioſorum ordinum regulae aut exem„tiones, ſiue praeteriti ſiue futuri temporis *pro-*

 „*teſta-*

Digitized by Google

„*teſtationes*, *contradictiones*, appellationes, in-„ueſtiturae, transactiones, iuramenta, renun-„ciationes, pacta ſeu dedititia ſeu alia, multo „minus edictum anni 1629. vel transactio Pra-„genſis, cum ſuis appendicibus aut concordata „cum pontificibus, aut interimiſtica anni 1548. „vllaue alia ſtatuta, ſiue politica ſiue eccleſia-„ſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones, „vel vllae aliae, quocumque nomine aut prae-„textu excogitari poterunt, exceptiones vmquam „allegentur, audiantur, nec vſpiam contra hanc „transactionem, in petitorio aut poſſeſſorio ſeu „inhibitorii ſeu alii proceſſus, vel commiſſiones „vmquam decernantur". CAPITVL. (1658.) art. 2. §. 6. in f.: "auch **alle** wider den **Friedens**ſchluß eingewandte *proteſtationes* und *contradictiones*, ſie haben Namen wie ſie wollen, und rühren woher ſie wollen, nach Beſag erſtgedachten Friedensſchluſſes, **verwerfen und vernichten** (add. 1711.: wie ſie dann auch längſt verworfen und vernichtet ſind").

(e) I. P. O. art. 5. §. 50.: „Vtriusque reli-„gionis magiſtratus ſeuere et rigoroſe prohibeant, „*ne quisquam* publice priuatimue *concionando*, „*docendo*, *diſputando*, *ſcribendo*, *conſulendo*, „transactionem Paſſauienſem, pacem religioſam, „vel hanc in primis ſiue declarationem ſiue trans-„actionem vſpiam *impugnet*, dubiam faciat, aut „aſſertiones contrarias inde deducere conetur". CAPITVL. (1653.) art. 2. §. 6.: "Zumalen auch diejenigen, ſo ſich gegen jetztermeldten **Friedensſchluß**, und darinn beſtätigten **Religionsfrieden**, als ein immerwährendes **Band** zwiſchen Haupt und Gliedern, und dieſen unter ſich ſelbſt, **zu ſchreiben**, oder was **in öffentlichen Druck herauszugeben**, (als dadurch nur Aufruhr, Zwietracht, Mißtrauen und Zank im Reich angerichtet wird), unternehmen würden, oder ſollten, gebührend abſtrafen, die Schriften und Abdruck **caßiren**, und gegen die auctores ſowohl als complices,

plices, wie erſt gemeldet, mit Ernſt verfahren".
Add. K. Carls des VI. Patent wegen der Schmäh-
ſchriften in Glaubens- und Staats-Sachen d. 18.
Iul. 1715. in *corp. iur. publ.* p. 1265. ſq.

§. 438. Violatio pacis Weſtphalicae I) vel in eo conſiſtit, vt *nondum praeſtitum ſit*, quod in illa promiſſum; *vel* vt *contrarium* fiat, quam quod per illam licet; vti *contra pacem Weſtphalicam* directe agitur vel *in genere*, veluti perſequendo alteram religionem eiue addictos, dictis ſcriptisue iniuriis aliisue quibuscumque factis, vel ſpeciatim *contra normam anni decretorii* innouando ſtatum religionis, aut vel extendendo plus iuſto exercitium religionis ſeu iurisdictionem eccleſiaſticam, item *denegando* aut plus iuſto circumſcribendo *beneficia* per pacem Weſtphalicam conceſſa, et quae ſunt reliqua. Qualiacumque autem iſtiusmodi *grauamina religionis* II) *inferuntur* potiſſimum *vel* 1) *a domino territoriali*, qui diuerſae religionis aut iam a P. W. inde fuit, aut poſthaec demum factus, ſiue dominus ipſe religionem mutauerit, ſiue exſtinctae cui ſtirpi ſeu familiae alia alterius religionis ſucceſſerit, *vel* 2) *a vicino* ſiue pariter Germano ſiue extero, itemque ſiue domino territoriali in dominum, ſiue altero domino in alterius ſubditos;

*et quomodo et a quibus inferantur?*



Digitized by Google

tos; *vel* 3) *ab agnatis* ſiue ſtatibus, ſiue non ſtatibus, ſiue alterius iam a P. W. inde, ſiue mutatae demum poſthaec religionis.

II) *Quid iuris* I) *in ſingulis grauaminibus, vi P. W.*

§. 439. Qualecumque grauamen a quocumque Germaniae ſtatu vel ciue alteri cuicumque illatum ſit; paci Weſtphalicae conuenit, vt "ſi quid eorum, (quae in illa continentur) a „quocumque violari contigerit, *laeſus laedentem* „in primis a via facti *dehortetur*, cauſa ipſa vel „amicabili compoſitioni vel iuris disceptationi „ſubmiſſa. Verumtamen ſi neutro horum mo„dorum", nec amicabili compoſitione, nec iuris disceptatione "*intra ſpatium trium annorum* ter„minetur controuerſia; tenentur omnes et ſin„guli pacis Weſtphalicae conſortes, *iunctis* cum „parte laeſa *conſiliis viribusque*, *arma ſumere* „ad repellendam iniuriam, *a paſſo moniti*, quod „nec amicitiae, nec iuris via locum inuenerit" (a). Quare quum I) vel *arma ſumere* liceat; nec II) *repreſſaliis* vti nefas eſt, multoque minus III) ei *corpori*, cuius eſt laeſus, veluti euangelicorum in grauaminibus a catholicis illatis, eſt *ius dehortandi* laedentem, item ſuadendi et mediandi amicabilem compoſitionem, atque *intercedendi* apud imperatorem. Nec denique IV) hae

Digitized by Google

hae cauſae per pacem Weſtphalicam deciſae recte adnumerantur iis, in quibus *reuiſioni* adhuc eſt effectus ſuspenſiuus (b).

(a) I. P. O. art. 17. §. 5. 6.
(b) Conf. ſupra §. 315. *e*.

§. 440. Haec omnia in ſingulis religionis grauaminibus obtinent. At nihilo ſecius a pace Weſtphalica inde tot cumulata et ad hanc vsque diem reſidua ſunt grauamina religionis, de quibus euangelici queruntur, vt vel in claſſes ratione temporis ea dispeſci oporteat, multoque grauior iam dudum quaeſtio de tollendis in vniuerſum grauaminibus iſtis tractata ſit. Prima nempe iam *a pace Weſtphalica* inde grauaminum religionis periodus conſtitui poteſt I) *vsque ad pacem Ryswicenſem*, Quo temporis ſpatio in primis in terris ſub praetextu reunionis a Gallia inuaſis perfrequenter immutatus ſtatus religionis anno decretorio conformis, et ſimultaneum introductum fuit. Ipſique demum paci ſingulari fato et inaudito exemplo intruſa *clauſula:* "religione tamen „catholica Romana in locis ſic reſtitutis, in ſtatu, „quo nunc eſt, remanente" (a). Quae quidem clauſula a corpore euangelicorum iure meritoque haud agnita, II) praecipuum poſthaec grauamen *2) Vniuerſe a) claſſes grauamin. vsque ad pacem Badenſem,*



Digitized by Google

religionis, et foecundiſſima infauſti ominis diſputandi materia nouorumque grauaminum mater fuit (b), maxime quum contra ſpem in pacificatione Vltraiectina factam nec *pace Badenſi* nec poſthaec eius abolitio obtineri potuerit; licet, quod ad caeſarem et imperium attinet, reuera haec *abolitio* iam facta ſit in ſuffragio imperii d. 26. Febr., et in decreto commiſſionis caeſareae d. 10. Mart. 1734. (c).

(a) PAX RYSWIC. art. 4. in *corp. iur. publ.* p. 1104. Conf. Moſers Bericht von der clauſ. art. 4. pacis Rysw. Frf. 1732. 4.

(b) CAPITVL. (1690.) art. 4. §. 12.: "Wir ſ. u. w. auch — bey erfolgendem Frieden ernſtlich daran ſeyn, damit das von dem Feind im Reich occupirte, oder in eccleſiaſticis et politicis geänderte, zu der bedrückten Stände und deren Unterthanen Conſolation in den alten, den Reichs-Fundamental-Geſetzen und Friedensſchlüſſen (add. 1711.: worunter doch die A. C. Verwandten den Ryßwickiſchen Frieden nicht verſtanden haben wollen, die Catholiſchen aber ſothane Reſervation an ſeinen Ort ausgeſtellt ſeyn laſſen), gemäſſen Stand reſtituiret werde".

(c) R. G. A. vom 26. Febr. 1734.: "Iſt verabredet und geſchloſſen worden, daß alles, was ſowohl in den unter göttlichem Beyſtande zu recuperiren hoffenden Landen, als auch ſonſt occaſione voriger mit der Krone Frankreich gehabten Kriege in eccleſiaſticis et politicis geändert worden, zu der bedrückten Stände und ihrer Unterthanen Conſolation in den alten den Reichs-Fundamental-Geſetzen, und denen im R. G. A. vom 14. Febr. 1689. enthaltenen Friedensſchlüſſen gemäſſen Stand

Digitized by Google

Stand optima fide hergeſtellt werde". *Corp. iur. publ.* p. 1496. Cramer *obſ.* 95. vol. I. p. 281. ſq.

§. 441. *Poſt pacem Badenſem* I) de nouo ita increuit grauaminum religionis numerus, vt vel ageretur anno 1720. de reſtituendis modo *prouiſorie* interim hisce nouis grauaminibus *ad ſtatum pacis Badenſis*, ſaluo ceterum iure anni decretorii. Sed ne hoc quidem intra terminum quatuor menſium eo tempore definitum praeſtitum fuit, eoque ipſo iſta prouiſoria conuentio ſua efficacitate iterum deſtituta (a). Nec II) porro abhinc noua deſierunt grauamina tum ab anno 1720. vsque ad annum 1740., tum in interregno 1740. et ſub Carolo VII., tum ab anno 1745. ad hanc vsque diem. Quare III) ſaepius quidem interea actum fuit *de modo tollendi in vniuerſum grauamina religionis* ſiue per commisſiones locales, ſiue per deputationes. Nec tamen quidquam cum effectu definiri potuit, niſi quod nouiſſimis capitulationibus ſtatutum, vt imperator ad repraeſentationes ſuper grauaminibus religionis decernat, quae paci Weſtphalicae conueniunt, eaque confeſtim exſecutioni mandari curet, nec proceſſus in cauſis religionis admittat (b). *deinde poſt pacem Badenſem.*

(a)

(a) Conf. Io. Iac. Moser diſſ. *de grauaminibus religionis prouiſorie ad ſtatum pacis Badenſis reducendis*, Frf. ad Viadr. 1737.

(b) Capitvl. (1742.) art. I. §. II.: "Wo auch ſelbige (A. C. Verwandten) ſich gegen das I. P., Nürnbergiſchen Executions-Receß, arctiorem modum exſequendi und andere Reichs-Conſtitutionen beſchweret zu ſeyn erachteten, ſollen und wollen wir uns auf ihre, der A. C. Verwandten Churfürſten, Fürſten und Stände, (die Reichs-Ritterſchaft mit einbegriffen), ſammt oder ſonders an uns thuenden Vorſtellungen ohne allen Anſtand, obgedachten Reichsgrundgeſetzen gemäß, entſchlieſſen, ſofort ſothane unſere Entſchlieſſung denſelben zu wiſſen thun, ſolche auch ohngeſäumt zum würklichen Vollzug bringen, keineswegs aber in cauſis religionis Proceſſe verſtatten, ſondern darunter lediglich oberwehnten Reichsgrundgeſetzen nachgehen; nicht weniger daran ſeyn, damit die bisher angebrachten zur Zeit noch unerledigten Religions-Beſchwerden des forderſamſten Reichsgeſetzmäſſig abgethan werden, (1658.) wie wir ihnen, Churfürſten und ſämmtlichen ihren Religions-Verwandten, (add. 1742.: ein gleiches aber auch jenen der catholiſchen Religion), kraft dieſes verſprechen, und uns (add. 1742.: hiemit zu einem wie andern) verbinden".

b) *Modus ſpecialis cauendi grauamina pactis.*

§. 442. Quae quum ita ſint, quumque omnium plurima grauamina inferantur iis caſibus, quibus territorium euangelicum nanciſcitur principem catholicum, ſeu iure ſucceſſionis ab euangelico principe ad catholicum deuoluto, ſeu mutata ipſius principis religione; aequitati et iuſtitiae

tiae

Digitized by Google

tiae nihil magis conuenit, quam vt caueantur, quoad fieri poteſt, futura religionis grauamina *pactis* ſeu *familiae*, ſeu fundamentalibus *inter principem ordinesque prouinciales*. ſeu *cum vicinis* etiam, iisque in primis definiantur, quae vel non ſatis in pace Weſtphalica definita, vel controuerſae ſaltem interpretationi pacis ſubiecta ſunt.

---

LIB.

Digitized by Google

# Lib. XII.

## DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS IMPERATORIS ET STATVVM IN NEGOTIIS PRIVATIS.

## Cap. I.

### DE IVRE PRIVATO PRINCIPVM IN GENERE.

§. 443.

*Ius priuatum principum I) in genere quid ſit?*

Praeter iura et obligationes imperantium erga ſubditos, ſeu in ipſo regimine, I) fieri etiam poteſt, vt *iura* eorum, quibus *in negotiis priuatis* vtantur, *legibus* reipublicae *fundamentalibus* aut obſeruantia ſingulari *definita* ſint; eaque tunc ad ius publicum eius reipublicae pertinent (§. 4.). Sin II) generatim *ex conformi principum Europae vſu*, aut ex *ſpeciali* quoque *Germaniae conſtitutione* enucleatur, quaenam ſint principum in rebus priuatis iura et obligationes; ſingularem iurisprudentiae partem efficit IVS PRIVATVM

PRIN-

Digitized by Google

PRINCIPVM (a), ex quo tantum huius loci eſt, quidquid ſingulare imperator aut ſtatus imperii in his rebus habent.

(a) Compara, ſi lubet, quas a. 1768. edidi, *primas lineas iuris priuati principum ſpeciatim Germaniae*, aliosque, quos ibi allegaui, ſcriptores.

§. 444. Enimuero I) *imperatori* vix quidquam in his rebus leges imperii fundamentales praeſcribunt, vnde nihil eum impedit, quo minus eo iure, quod ceteri Europae reges obſeruare ſolent, aut quod ceterum in ſtatu naturali obtineret, vtatur. II) *Status* autem *imperii*, eorumque ad familiam qui pertinent, vi legis poſitiuae ciuilis obligantur omnibus iis, quae vniuerſe per Germaniam ea vi praedita ſunt, ita modo, vt 1) ex priſtina familiarum Germaniae illuſtrium *autonomia* ante omnia valeant *leges* ipſius cuiusque *familiae*, quibus et *obſeruantia* cuiusque familiae aequipollet. Deinde 2) et ea valent, in quibus forte *obſeruantia familiarum illuſtrium Germaniae in genere* conuenit. Sed 3) in ſubſidium citra controuerſiam obtinet, quidquid *vim iuris communis* in Germania habet, ſiue *a) ex domeſticis fontibus* conſeruati priſtini iuris patrii nouarumue legum imperii, ſiue *b)* ex

*II) quale ſit imperatoris et ſtatuum.*

ex Romano, canonico et Longobardico iure. Nec enim 4) in ſtatu naturali, regum inſtar, viuunt Germaniae principes; nec ab illis proinde ad hos conſequentia valet, in primis vbi independentia illorum ſupponitur, qua hi deſtituuntur.

## Cap. II.

## DE IVRIBVS SVCCESSIONIS FAMILIARVM GERMANIAE ILLVSTRIVM.

### §. 445.

*I) Normae iuris ſuccedendi 1) ex pacto et prouid. maiorum,*

In svccessione familiarum Germaniae illuſtrium in primis *vniformes* nonnullae obſeruantur *normae*, nec feudis ſolum, ſed et allodialibus territoriis bonisque auitis communes. Quarum normarum prima haec eſt, vt in omni familiarum illuſtrium ſucceſſione *ius ſuccedendi* ſemper *a primo adquirente* et *ex pacto et prouidentia maiorum* repetatur, adeo, vt I) nemo plane, niſi ex eo oriundus, iure ſanguinis ſucceſſionem ſibi vindicare, II) nemini contra etiam ius ſuccedendi illud a perſonis familiae intermediis adimi et

ad

Digitized by Google

ad extraneos transferri poſſit. Quamobrem III) in primi adquirentis poſteris nemo plane *vltimo defuncto* ſeu eius beneficio, ſed vni ſemper eidemque *primo adquirenti* ſuccedit, proprioque adeo iure ex illius modo beneficio immutabile ſemel in ſe deuolutum ius ſuccedendi repetit; licet IV) *ordo ſuccedendi* omnino in quouis caſu ab *vltimo* quolibet *defuncto* computari debeat. Ideoque V) et LEGES FAMILIARVM ILLVSTRIVM *a quouis familiae capite vel a pluribus agnatis in vim obligandi ſuos poſteros* condi poſſunt, nec *mutari* aliter, quam vel iterum a nouo capite familiae, vel a cunctis ſimul viuentibus agnatis ratione ſuorum poſterorum. Eaeque familiarum illuſtrium leges tunc VI) aeque, ac LITTERAE INVESTITVRARVM, quod ad territoria feudalia attinet, numerum *legum fundamentalium cuiusuis territorii* ſpecialium augent (§. 197.).

§. 446. Deinde vniuerſalis in territoriis Germaniae eſt PRAEROGATIVA MARIVM PRAE FEMINIS; ita ſaltem, vt, quam diu linea maſculina a primo adquirente deſcendens viget, I) nulla femina ad ſucceſſionem admittatur, quum *coelibes* interim filiae illuſtres ex bonis familiae, *2) cum exclusione a) feminarum,*

 ad

ad quam pertinent, *alendae;* dum nubunt, congrua *dote atque adparatu instruendae* et abhinc *a marito* alendae, eiusdemque ex bonis *vidualitio* proſpiciendae ſint. Vnde II) vel expreſſe potius *in fauorem marium* ſucceſſioni *renunciant* filiae illuſtres, *vel renunciatae* quoque ipſo iure *cenſentur.* Quid quod III) a *mobiliari* etiam, et vel a *materna* hereditate plerarumque familiarum illuſtrium obſeruantia legibusue arcentur filiae illuſtres, quamdiu cum fratribus concurrunt; ſecus autem, ſin cum agnatis.

b) *clericorum,* §. 447. *Clericos* quoque a ſucceſſione in electoratibus ſecularibus arceri, ex A. B. colligitur (a). In reliquis territoriis ſpeciales quidem familiarum leges ipſorumque clericorum renunciationes eorum ſucceſſioni obſtare poſſunt. Ipſo iure autem eorum excluſio ex priſtina feudorum clerique natura (b) pro hodierno rerum ſtatu et per claram familiarum Germaniae illuſtrium obſeruantiam contendi nequit (c).

(a) A. B. cap. 7. §. 2. 3.: "Poſtquam principes electores ſeculares et eorum quilibet eſſe deſierit; ius, vox et poteſtas electionis huiusmodi ad filium ſuum, primogenitum, legitimum *laicum;* illo autem non exſtante, ad eiusdem primogenitum, ſimiliter *laicum*, libere, et ſine contradictione cuiuspiam deuoluatur. Si vero primogenitus huiusmodi, absque heredibus masculis

„culis legitimis *laicis*, ab hac luce migraret; vir-
„tute praeſentis imperialis edicti, ius, vox et po-
„teſtas electionis praedictae ad ſeniorem fratrem
„*laicum* per veram paternalem lineam deſcenden-
„tem, et deinceps ad illius primogenitum *lai-
„cum* deuoluatur".

(b) Allegari nempe hic ſolent II. F. 26. §. 4., II. 30. et 36.

(c) Vide e. g. 1) caſum familiae Auſtriacae de a. 1623. in meinem Handbuch von Teutſchen Staaten p. 107. und in Moſers Staatsr. tom. 12. p. 353.; et 2) nouius exemplum in familia principum de *Hohenlohe* in *iure priu. princ.* §. 26. g. Adde etiam 3) Rechtsſ. II. B. 3. Th. S. 553.

§. 448. Denique non niſi *legitima*, nec vel qualitercumque ideo *legitimata* progenies ad ſucceſſionem in territoriis admittitur (a), eaque *ex matrimonio aequali*, ſaltem haud notorie inaequali (b), oriunda, ſiquidem ex priſtina Germaniae obſeruantia, in primis inter illuſtres conſeruata, ius quaeſitum agnatis legitimis et ex connubiis aequalibus a primo adquirente oriundis eſt excludendi eiusmodi partus illegitimos vel ex impari coniugio prognatos, ſiue hoc cum pacto *ad legem*, vt aiunt, *morganaticam*, ſiue ſecus initum ſit. Quo tamen iure ſi ſponte cedere agnati velint; alia res eſt. Vt taceam, nec *adoptione*, niſi qua generatim pacto, et conſenſu agnatorum accedente, iura liberorum ac familiae, ſpeciatim ſucceſſionis, inter illuſtres cui tribui poſſe. *c) prolis illegitimae vel ex matrim. inaequali.*

(a) Moſers Staatsr. tom. 22. p. 305. ſq., p. 324. ſq.

(b) CAPITVL. (1742.) art. 22. §. 4. vide ſupra §. 238. *b.*

II) *Ordo ſuccedendi in familiis Germaniae illuſtribus A) durante ſtirpe maſcula;*

§. 449. Quod ad ORDINEM SVCCEDENDI attinet, I) hodie quidem *pleraeque* tantum non omnes *familiae* Germaniae illuſtres *iure primogeniturae vtuntur*, ſed *ex nouioribus* demum cuiusque familiae *legibus*, quarum pleraeque *poſt factam olim diuiſionem* in ſingulis modo ſtirpibus conditae ſunt, etiam *electoralibus familiis* haud exceptis, licet iam dudum A. B. ſecularibus electoratibus hanc legem dediſſet (a). Vnde II) fieri poteſt, vt partim adhuc diuiſio inter plures ſucceſſores, partim multo magis, quisnam ſit *priſtinae diuiſionis effectus*, in ſucceſſione collaterali in quaeſtionem veniat.

(a) A. B. cap. 7., CAPITVL. (1690. ex mon. Sax.) art. 1. § 2.: — "inſonderheit auch die weltlichen Churhäuſer bey ihrem Primogeniturrechte, ohne daſſelbe (omiſſ. 1711.: wider die Gebühr) reſtringiren zu laſſen, beſage der G. B., ſonderlich des 13ten Titels — laſſen".

1) *principaliter* a) *aut iure diuiſionis;*

§. 450. Si quando itaque I) adhuc vni domino territoriali ſuccedunt plures filii, nepotes, agnatiue, *iure diuiſionis;* haec ſi vel maxime non plane aequales in partes fiat, ſinguli tamen ſuc-

ſucceſſores in ſua cuiusque portione non minus ſuperioritatem territorialem adquirunt, quam immedietatem retinent, adeoque in locum vnius tunc plures ſuccedunt domini territoriales. In ipſa autem *diuiſione*, quod ad effectum mutuae inter diuidentium poſteros futurae ſucceſſionis attinet, II) *olim* hoc obſeruatum fuit, vt facta *plenaria et totali* diuiſione terrarum futurae collateralium ſucceſſioni locus non daretur, *aut* e contrario, ſin huic locum fore vellent diuidentes, ſibi proſpicerent *diuiſa tantum poſſeſſione et vſu*, non ipſa proprietate, ſed *retenta* huius *communione et condominio*, atque reſeruata adeo futura reciproca ſucceſſione, cuius cauſa in feudis ſpeciatim *ſimultanea inueſtitura* ſeu *communis manus* (geſammte Hand) opus erat. Quamobrem III) *diuidentium poſteri*, ſi ius in poſterum ſuccedendi reciprocum in bonis diuiſis retinuerunt, illud caſu eueniente ita exercent, vt *in ſingula linea* prius, quiqui ad eam pertinent, ſibi inuicem ſuccedant, et poſthaec *demum exſtincta* plane *vna ſtirpe ſuccedat altera*. Qua in re omnino fieri poteſt, vt a graduali iuris communis ſucceſſione hic aberretur, iurique repraeſentationis longe alio ſenſu, quam illi conuenit, locus ſit, hinc in ſtirpes potius, quam in capita

ſuccedatur; modo doceri queat, familiam quamdam illuſtrem iuri peregrino prae patrio locum haud conceſſiſſe (a).

(a) Conf. ſi lubet, Ge. Ernſt Lud. **Preůſchen** rechtliche Ausführung, daß die Lehensfolge der Seitenverwandten in theilbaren Lehen nach den Stämmen, und nicht nach dem nähern Grade zu beurtheilen ſey, Frf. 1752. fol., et quae deduxi in den auserleſenen Rechtsfällen tom. 1. p. 93. ſq.

*b) aut iure primogeniturae,*

§. 451. Vbi IVS PRIMOGENITVRAE viget, I) *numquam poſtgenitus vel a poſtgenito oriundus ad ſucceſſionem admittitur, quamdiu antegenitus vel ab antegenito oriundus adeſt*, quae SVCCESSIO ſpecialiori ſenſu LINEALIS vocatur. Is autem, qui iure primogeniturae ſuccedit, II) *ſolus* in territorio, vi iuris illius ad ſe delato, *dominus territorialis* ſeu *princeps regens* eſt (regierender Landsherr), cunctaque territorio et familiae adnexa iura ſolus exercet. Attamen III) dignitatem familiae *poſtgeniti* retinent. Eique conuenienter vt viuere poſſint, iis proſpicitur aut terris praediisue in vſum datis, aut reditibus ſolum annuis, qui in pecunia numerata ordinarie ſeu partim in naturalibus quoque conſiſtere ſolent. Qua in re potius *analogiam viduarum* alendarum et ſuam cuiusque familiae ac territorii conditionem, quam Romanum aliudue quale-

Digitized by Google

qualecumque ius peregrinum ſecuti ſunt primi hodiernae primogeniturae Germanicae auctores. Vnde et commodius adhibitae illorum denominationes Deputat, Abſindung, Unterhalt ꝛc., item nachgebohrne und abgefundene Herren ꝛc. retinentur, quam *legitimae*, *apanagii*, *paragii*, peregrina noſtris moribus aegre quadrantia nomina, et, quae numquam non ſolent ea comitari, peregrina iura (a).

(a) Rechtsf. II. B. 2. Th. S. 488.

§. 452. Ad *introducendum ius primogeniturae* I) per obſeruantiam *confirmatio caeſarea* requiritur, eaque occaſione in primis, an poſtgenitis ſatis proſpectum ſit, omni circumſpectione disquiritur. Ipſa autem introductio II) fieri aliter nequit, quam aut pacto plurium ſui iuris fratrum agnatorumue, aut diſpoſitione capitis familiae pro ſuis cuiusque poſteris, quorum tamen ſi iam plures adſunt, multo difficilior res eſt, quam nondum aut non plus vna ſuſcepta prole maſcula. Introducta vero primogenitura III) poſtgeniti non deſinunt eſſe *immediati* imperii ciues, iique et *Auſtraegarum iure* praediti, et ſummorum tribunalium iurisdictioni ceteris paribus ſubiecti; licet vel maxime intuitu eorum, *idque quomodo introducatur, et quos effectus habeat?*



Digitized by Google

quae in ipſo territorio poſſident, *ſpeciale* ſimul *forum* rei ſitae et landſaſſiatus, vti et forum contractus, arreſti, delicti cet. ſortiri queant.

*2) Secundarii modi ſuccedendi.*

§. 453. Alii praeterea dantur modi ſuccedendi, vbi vel plures admitti poſſunt in COMMVNIONE ſeu ALTERNANDO per certum temporis ſpatium, vel vnicus tantum ſucceſſor ſtatuitur ex praerogatiua aetatis in genere, qui ſenior totius familiae ſeu maior natu eſt, vnde SENIORATVS ſeu MAIORATVS hic modus vocatur. Quod vtrumque genus ſucceſſionis *olim frequentius* in familiis illuſtribus adhibitum, ob varias difficultates, quibus inuolutum eſt, *hodie* rarius occurrit; niſi *ſecundario* tantum ita forte, vt principaliter ſtatuatur diuiſio vel primogenitura, et *certa* tantummodo *bona aut iura*, diuiſu forte difficiliora, communioni eiusmodi ſeu alternationi vel maioratui aut ſenioratui relinquantur.

B) *Exſtincta ſtirpe maſcula* 1) *quomodo feminae ſuccedant?*

§. 454. Qualiscumque ſuccedendi modus obtineat, quamdiu ſtirps maſcula in linea deſcendente continuatur, *filiarum ſucceſſio* nulla eſt. Quodſi vero I) *ab vna ſtirpe maſcula* ſucceſſio defertur *ad alteram ſtirpem* maſculam ſuperſtitem, *exſtinctae ſtirpis filiae* tum *mobiliarem* illius *heredita-*

Digitized by Google

*ditatem*, tum et *nouiter* ab illa *adquiſita* ſibi vindicant; eaque mente tunc *ſeparatio feudi ab allodio* fieri debet, pro qua et obligatio ad praeſtanda facta defuncti inter ſucceſſorem allodialem et feudalem ſeu territorialem diſtribuitur. Sin II) *vniuerſae familiae ſtirps maſcula deficit;* filiabus a primo adquirente oriundis earumue poſteris ius ſuccedendi, exceptis modo feudis mere maſculinis, aperitur; in ordine autem ſuccedendi merito *filia vltimi defuncti praefertur remotioribus* ad hereditatem filiae olim renunciatae nunc regreſſuris, vulgo Regredient-Erben (a).

(a) Rechtsſ. II. B. 1. Th. S. 1.

§. 455. Quodſi vniuerſa quaedam familia ita exſtinguitur, vt nemo plane praeter poſſeſſorem a primo adquirente oriundus adſit; tunc, I) quod ad *allodia* familiae attinet, ſi vltimus iſte poſſeſſor prole deſtituitur, in VLTIMVM huncce GENTIS ſuae omnia totius familiae iura redeunt, isque igitur, dum nullis primi adquirentis poſteris damnum fert, nec aliis ius quaeſitum eſt, libere de bonis auitis ſtatuere poteſt. Poſſunt tamen II) etiam hunc in euentum ſibi proſpicere duarum pluriumue familiarum primi adquirentes agnatiue, dum mutuam vnius familiae *2) Quidſi exſtincta ſit tota familia?*

in alterius plane exſtinctae bona et iura ſibi inuicem ſucceſſionem ſtipulantur PACTIS CONFRATERNITATVM. Quibus confirmationem imperatores capitulationibus promittunt (a), quorum ea eſt efficacitas, vt, ſi qua olim talis familia plane exſtinguatur, alteri familiae ſuperſtiti ſit ius quaeſitum ſuccedendi, quod ideo nec vltimus gentis ſuae diminuere poteſt. Id quod ſimiliter circa exſpectatiuas legitime adquiſitas obſeruandum eſt (§. 409.).

(a) CAPITVL. (1658.) art. I. §. 9.: "S. u. w. auch Churfürſten, F. und Ständen, die vor dieſem unter ihnen, den Reichs=conſtitutionibus gemäß, gemachten vniones, zuförderſt aber die unter Churf. F. u. Ständen aufgerichteten Erbverbrüderungen — confirmiren".

*III) Obligatio ſucceſſoris ad praeſtanda facta defuncti.*

§. 456. Denique ſi *de obligatione ſucceſſoris* ex facto anteceſſoris quaeſtio oritur; quidquid *citra caſum aeris alieni* ſtatus promittit in ſe perpetuum et iuſto modo, id omnino et ſucceſſorem ſtringit. Idem quoque in obligatione pecuniaria ſeu *aere alieno* obtinet, ſi id non ſoli perſonae principis, ſed *ipſi territorio* incumbit, *ſeu* ipſo iure vi legum imperii aut prouincialium, *ſeu* ex facto adpromiſſionis ordinum prouincialium, aut in rem verſionis. Alioquin ſucceſſor non tenetur, niſi qua *heres allodialis* ſimul,

mul, aut qua conſenſit expreſſe, et vel tunc *in ſubſidium* demum excuſſo allodio.

# Cap. III.
## DE RELIQVIS PRIVATIS FAMILIARVM ILLVSTRIVM IVRIBVS.

### §. 457.

*Reliq. iura illuſtrium I) coniugum et parentum;*

Iura CONIVGVM illuſtrium, I) quod ad *vinculum* ipſius matrimonii attinet, alia *catholicorum*, alia *euangelicorum* ſunt, horum quidem in hisce cauſis omni iudice ſuperiore carentium. II) Circa *dotem*, *dotalitium*, *morgengabam* etc. obtinent iura e moribus Germaniae potiſſimum pactis ſeu obſeruantia familiarum illuſtrium conſeruari ſolita, nec in his rebus aditus ad *iudicia imperii* praecluſus eſt. Similiter et III) PATRIAE POTESTATIS iura ea ſunt, quae moribus Germaniae generatim conueniunt; nec pater illuſtris aeque, ac princeps independens, ſuae familiae ſimul iudex eſt, ſed, qua inter priuatos, etiam hic adiri iudicem oportet.

§. 458.

Digitized by Google

II) *tutelae,* §. 458. TVTELA illuſtrium I) *ſupremae imperatoris tutelae ſubordinata*, nec proprie amplius fructuaria, ſed *rationibus reddendis obſtricta* eſt. Attamen hae quotannis ſolum ipſi tutori, et finita tutela, minori, dum ſui iuris fit, redduntur, ad imperatorem non niſi actione tutelae directa forte inſtituta deducuntur. Quapropter II) haecce illuſtrium tutela multiplici reſpectu *vtilis*, ideoque, vti vtplurimum *pactis* ſeu obſeruantia familiae definita, ita *iuri quaeſito* aeque ac ſucceſſio ſubiecta eſt, ſiue ceterum teſtamentaria ſeu pactitia ſpecialis, ſiue legitima, ſiue datiua, ſiue agnatorum, ſiue matris, ſiue tertii. Reliqua iura et obligationes tutoris *in ſubſidium* omnino *ex iure communi* aeſtimantur. III) ELECTORIBVS ſpeciatim A. B. proſpexit tum de tutela legitima (a), cui an teſtamentaria praeferri poſſit, proinde dubitatur, tum de *termino minorennitatis* XVIII. annorum. IV) Hic quarumdam familiarum legibus aliter definitur; in ceteris in ſubſidium ex iure communi aeſtimatur, niſi venia aetatis ab imperatore impetretur.

(a) A. B. cap. 7. §. 4.: "Si principem ele„ctorem ſeu eius primogenitum aut filium ſenio„rem laicum mori, et heredes maſculos legiti„mos, laicos, defectum aetatis patientes relin„quere contingeret; tunc *frater ſenior* eiusdem „pri-

„primogeniti *tutor* eorum et adminiſtrator ex-„ſiſtat, donec ſenior ex iis *legitimam aetatem* at-„tigerit, quam in principe electore *decem et octo* „*annos* completos cenſeri volumus, et ſtatuimus „perpetuo haberi; quam dum exegerit, ius, vo-„cem et poteſtatem, et omnia ab ipſis dependen-„tia tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur „protinus aſſignare".

§. 459. In *teſtando*, paciſcendo, *contrahendo* aeque ac in *delinquendo* et *in iure agendo* ſtatus iure priuato vtuntur, quod generaliter in Germania obtinet. Solum in *alienationibus* ex ſuperioribus intelligitur neceſſitas conſenſus agnatorum, et vel caeſaris, qua domini feudorum directi, rarius ordinum quoque prouincialium. Ceterum *oppignorationes* ſtatuum inter ſe inuicem haud aeque, ac imperiales (§. 30.), a reluitione immunes ſunt (a). III) *aliorum negotiorum.*

(a) I. P. O. art. 5. §. 27.: "Quae vero bona „*ſtatus* imperii *ſibi inuicem* pignoris iure ante ho-„minis memoriam obligauerunt, in iis *reluitio-*„*ni* aliter locus non detur, niſi poſſeſſorum ex-„ceptiones er merita cauſarum ſufficienter exa-„minentur".

LIB.

Digitized by Google

# LIB. XIII.

## DE MEMBRIS IMPERII IMMEDIATIS NON STATIBVS,

## CAP. I.

## DE NOBILITATE IMMEDIATA IMPERII.

§. 460.

*Immediati non ſtatus ſpeciatim nobiles,*

Regula iuris publici Germanici abſoluitur iuribus et obligationibus *caeſaris et ſtatuum*, ſeu iis, quae ad *regimen imperii* atque *rerumpublicarum* eius *ſpecialium* pertinent, inque his ſtatus proprie intelliguntur imperantes, tamquam immediati imperii ciues; mediati contra, e regula etiam nobiles, ſubditi. Sed per modum exceptionis dantur etiam IMMEDIATI NON STATVS (a); inque iis primo loco nominandi *nobiles* in quibusdam Germaniae regionibus adhuc *immediati*, qui communi vtuntur nomine NOBILITATIS IMPERII IMMEDIATAE, der unmittelbaren Reichs-Ritterſchaft (b). Eaque diſperſa eſt per *tres*,

Digitized by Google

*ſtres*, quos hoc reſpectu *equeſtres* vocant, *circulos* Sueuiae, Franconiae et Rheni (Ritterkreiſe), quorum quisque diuiſus iterum eſt in Viertel, Cantons oder Orte (c).

(a) Sic memorantur in R. D. 1564. §. 29. "die, ſo nicht Stände des heil. Reichs, jedoch dem heil. Reiche immediate unterworfen"; deinde §. 32.: "die Ganerben und andere von der Ritterſchaft und dem Adel, welche unter den Kreis- und Reichs-Ständen nicht begriffen ſind".

(b) Conf. Rechtsſ. II. B. 4. Th. S. 857. §. 74. u. f.

(c) Sunt nempe hi circuli, (vti deſcribuntur in Schmauß compend. iuris publ. p. 349.):

I) **Schwäbiſcher Ritterkreis**; 1) Viertel oder Canton an der Donau, ſo das beſtändige Ausſchreiben dieſes Kreiſes hat; 2) Viertel oder Canton Hegau, Algau und am Bodenſee; 3) Viertel oder Canton theilt ſich in zwey Bezirke, a) am Neckar und Schwarzwald, b) in der Ortenau; 4) Ort am Kocher; 5) Ort im Creichgau.

II) **Fränkiſcher Ritterkreis**: 1) Ort Odenwald; 2) Ort Gebürg; 3) Ort Rhön-Werra, ſo in vier Quartiere getheilt iſt, darunter eines iſt das von Buchen oder dem alten Buchonia, an dem Fuldiſchen gelegen; 4) Ort am Steigerwald; 5) Ort an der Altmühl; 6) Ort an der Baunach.

III) **Rheiniſcher Ritterkreis**: 1) Ober-Rheinſtrohm; 2) Nieder-Rheinſtrohm; 3) Mittel-Rhein.

§. 461. *Singuli hi nobiles immediati* I) *feuda* quidem *a ſtatibus imperii habere*, eorumque intuitu iurisdictioni principis alicuius feudali in cauſis feudalibus, aliisque dominii directi iuri- *I) ſinguli quaenam iura habeant 1) immedietatis?*

bus

bus ſubeſſe, quin plane etiam *alio reſpectu landſaſſii ſimul eſſe poſſunt*, quatenus "forte in quibus„dam locis ratione bonorum et reſpectu territorii „vel domicilii aliis ſtatibus reperiuntur ſubiecti" (a). Ceterum vero II) *qua tales* tum qua perſonam, tum qua bona intra nobilitatis immediatae ditionem ſita, 1) aeque ac ſtatus imperii, *ſoli caeſari et imperio immediate ſubſunt* (b), ipſique 2) ſimiliter *iure Auſtraegarum* muniti ſunt (§. 281.). Nec tamen 3) vel *imperii circulorumue*, quorum nulli proprie inſunt, *onera* ferunt, ſed 4) ſolum, loco ſeruitiorum perſonalium olim praeſtitorum, ex more iam dudum inuecto imperatori inſignes pecuniae ſummas tamquam *ſubſidia caritatiua* offerre ſolent (c).

(a) I. P. O. art. 5. §. 28.

(b) R. I. 1564. §. 21., 1566. §. 29., 1576. §. 23. ſq., CAPITVL. art. 1. §. 9., I. P. O. art. 4. §. 17. "Liberam imp. nobilitatem per Franco„niam, Sueuiam et tractum Rheni cum diſtricti„bus appertinentibus in ſuo ſtatu immediato in„uiolate relinquat" (elector Palatinus). Adde I. P. O. art. 5. §. 28.

(c) R. I. Spir. 1542. §. 58. verbis: "haben wir auf uns genommen, die von Adel in dem Lande zu Schwaben, Franken, und am Rheine — zu beſchreiben, und mit ihnen handeln zu laſſen, — mit dieſer gnädigen Vertröſtung und Vergewiſſerung, daß ihnen ſolches an ihren Freyheiten, altem Herkommen und Gebrauch künftig in alle Wege unvorgreiflich und unnachtheilig ſeyn — ſolle".

§. 462.

Digitized by Google

§. 462. Quapropter I) in eorum perſonas ac bona non ſolum *nulla* admittuntur *iura* ſtatus cuiusdam *territorialia*, nec II) ſolum *iura praecipua ordini equeſtri* per vniuerſam fere Germaniam *communia* liberrime nobiles immediati in ſuis ditionibus exercent, ſed vel III) *omnia et ſingula iura, quae ſtatibus imperii vi ſuperioritatis territorialis* legumque imperii in territoriis ſuis competunt, *nobilibus quoque immediatis negari nequeunt*, ſiquidem omnibus imperii legibus, vbi de iuribus eiusmodi ſermo eſt, numquam fere non incluſa deprehenditur nobilitas imperii immediata, adeo vt non iurisdictionem tantum, ſed et poteſtatem legislatoriam, ius collectandi, iura bellica cet. exerceant (a), atque ſpeciatim IV) "*in iuribus religionen concernentibus* et beneficiis inde promanantibus idem ius „habeant, quod electoribus, principibus et ſta„tibus competit" (b). Attamen V) voti et ſeſſionis in comitiis imperii nec vniuerſa nobilitas immediata, nec ſinguli nobiles participes, *nec adeo ſtatus imperii ſunt.* Vnde VI) *ſuperioritas territorialis*, quatenus non niſi de ſtatibus praedicatur, nobilitati immediatae vindicari nequit.

*2) intuitu ſubditorum?*

(a) Vid. e. g. CAPITVL. art. 15. §. 8. ſupra §. 204. *c.*
(b) I. P. O. art. 5. §. 28.

Kk §. 463.

Digitized by Google

II) *Iura nobilitatis immediatae in corpore,*

§. 463. Alia vero ſuperſunt *iura* nobilitatis immediatae, quae ab ea *in corpore*, ſiue vniuerſo totius ordinis equeſtris immediati, ſiue particulari vnius circuli vel loci exercentur, aut vi conuentionis inter ſe initae iuſtaeue obſeruantiae, aut vi priuilegiorum ex gratia caeſarea adquiſitorum. Veluti qua ratione I) non ſolum 1) communi nomine *corpus equeſtre* ſingula ſua membra eorumque iura defendit, aliaque etiam ratione, quando opus eſt, agit et conuenitur; ſed et 2) colligendorum redituum a ſingulorum nobilium ſubditis ad ſubſidia caritatiua aliasue in commune neceſſariorum, et 3) adminiſtrandae iuſtitiae primi fori Auſtraegarum loco in ipſos nobiles curam gerit. Praeterea, II) quae in primis ad conſeruandum corpus equeſtre vergunt, ſingularia iura exercet, veluti 1) *ius immatriculandi* noua membra ſiue bonis equeſtribus praedita, ſiue deſtituta illis; 2) *ius retractus* pleniſſimum ad conſeruanda, quae ſemel ad corpus equeſtre pertinuere, bona in perpetuum; 3) *continuationem iurium equeſtrium in bona*, quae ſemel equeſtria fuerunt, licet per conſolidationem alioue quocumque modo in manus ſtatuum imperii inciderint.

§. 464

§. 464. Quae quidem iura non minus, quam *conflictus* immedietatis ſingulorum nobilium *cum iurisdictione feudali iuribusque territorialibus* intuitu rei ſitae vel domicilii, officii, contractus, delicti cet. I), iam *dudum lites* excitarunt *inter* ſingulos complures *ſtatus ac nobilitatem immediatam* partim *in ſupremis imperii tribunalibus* ventilatas, partim *ad comitia* per modum grauaminis communis iam plus vice ſimplici deductas. Quin etiam II) ſub initio huius ſeculi dux Würtenbergicus, comites de Caſtell, et circuli Franconiae ac Sueuiae obtinuerunt concluſum trium imperii collegiorum d. 4. Iun. 1704. ſignatum, vi cuius cauendum eſſet, ne priuilegia equeſtria plus iuſto, et in praeiudicium tertii, extendantur, neque proceſſus et mandata nimis facile in fauorem nobilium immediatorum decernantur (a). Neque tamen III) ceſſarunt abhinc priſtinae lites, nec obtineri potuit vehementer a Würtenbergico iterum duce, aliisque, qui adhaeſerant ei, compluribus principibus, a. 1749. rogatum *normatiuum* harum rerum *generale*, remiſſis potius iſtis controuerſiis ad ſingularum cauſarum disceptationem iudiciariam vel compoſitionem amicabilem (b). *et controuerſiae de iis cum ſtatibus imp.*

(a) *Corp. iur. publ.* p. 1130.

 (b)

Digitized by Google

(b) Reichsgutachten vom 23. Jul. 1752. in Mosers Staatsarchiv 1753. tom. 2. p. 609. ſq.

## Cap. II.

### DE GANERBINATIBVS ALIISQVE BONIS IMMEDIATIS CITRA NOBILITATEM IMPERII.

§. 465.

*Immediati ganerbinatus;*

Praeter nobilitatem imperii immediatam nonnullae dantur ſocietates equeſtres immediatae in certis caſtris et, quos vocant, *ganerbinatibus* fundatae, veluti e pluribus ſuperſtes potiſſimum I) ſocietas eiusmodi Friedbergenſis, die Burg Friedberg in der Wetterau, quae ex Burggrauio, certoque numero Burgmannorum conſiſtit, qui diſtinguuntur ceu Regiments-Burgmänner und gemeine Burgmänner, quorum illi paritatem religionis obſeruant, et ſingularia quaedam emolumenta ex bonis vniuerſae ſocietatis habent. Cui iungi adhuc poſſunt II) die Ganerbſchaft Staden in der Wetterau, und III) die Burg Gelnhauſen (a).

(a) Bü-

(a) Büſchings Erdbeſchreib. tom. 3. (edit. 3.) p. 2969. ſq.

§. 466. Quin etiam ſingulae quaedam ſuperſunt dynaſtiae aliaeque poſſeſſiones, quae neque in numero ſtatuum imperii conſtitutae ſunt, nec ad corpus equeſtre immediatum pertinent, veluti quam familia *de Zettwitz* poſſidet, dynaſtia *Aſch* (a), et quam familia *de Grote* poſſidet, dynaſtia *Schauen*, aliaeque complures id genus dynaſtiae in circulo Rheni ſuperioris et inferioris diſperſae (b). *ſingulaeque nonnullae dynaſtiae.*

(a) Rechtsfälle II. B. 4. Th. S. 829. 952.
(b) Büſching *l. c.* p. 2912. ſq.

# Cap. III.

## de PAGIS IMPERII.

§. 467.

Sunt denique vel pagi nonnulli immediati (unmittelbare Reichs-Dörfer). Quorum quidem origo immedietatis nec eadem, neque ſingulorum ſatis clara videtur; veroſimillima tamen, quae *ex reliquiis domaniorum caeſareorum*, alias plerumque alienatorum, *vel* ex bonis non de *Pagi immediati,*

 nouo

Digitized by Google

nouo infeudatis *dynaſtarum quorumdam exſtinctorum* repetitur (a).

(a) Sic e. g. olim comites de Hirſchberg poſſederant dynaſtiam quamdam (auf dem Rupertsberge 2 bis 2½ Meilen von Weiſſenburg im Nordgau, an der Anſpachiſchen Gränze) conſiſtentem ex quatuor pagis: Kahsdorf, Petersbuch, Byburg und Wengen, nebſt zwey Weilern zum heiligen Kreuz und Rohrbach. Quam dynaſtiam, exſtincta 1305. familia Hirſchbergenſi, imperatores variis perſonis adminiſtrandam commiſerunt ſub titulo einer Reichspflege ſiue königlicher Dörfer, donec tandem 1530. iure pignoris haec adminiſtratio peruenerat ad ciuitatem Weiſſenburgenſem, quae tamen magnam partem 1680. ceſſit epiſcopo Eichſtadienſi. Fabers Staatscanzley tom. 17. p. 354. ſq., Mosers Staatsr. tom. 42. p. 543. E pluribus reliquis ſuperſunt potiſſimum die freyen Leute auf der Leutkircher Heide in Schwaben; und die freye Reichsdörfer: Alſchhauſen; Gochsheim und Sennfeld; Sulzbach und Soden. Büſchings Erdbeſchr. tom. 3. p. 2975. ſq. Moſer von den Reichsſtänden ꝛc. p. 1510. ſq.

*et eorum iura.*

§. 468. Omnes autem iſti pagi ceu immediati aliorum imperii ciuium quidem ſub aduocatia ſeu protectione, ſed non ſub imperio ſeu ſuperioritate territoriali ſunt. Potius proprium ſuum quique magiſtratum conſtituunt, et in ipſa P. W. art. 5. §. 2., vbi de reſtituendis ex capite grauaminum agitur, hac qualitate includuntur, verbis: "*vt et communitatibus et pagis immediatis*".

LIB.

# Lib. XIV.

## DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS, QVAE PASSIM SVNT MEMBRIS IMPERII IMMEDIATIS EXTRA SVVM CVIVSQVE TERRITORIVM.

## Cap. I.

### DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS EIVSMODI IN GENERE ET QVATENVS HAVD CONTROVERTVNTVR.

§. 469.

Eodem iure, quo inter liberas gentes, etiam inter quaelibet imperii membra immediata nullum ſuperioritatis exercitium, niſi in ſuo cuiusque territorio, conceditur; et quaelibet itaque *violatio territorii*, qua quis in alterius territorio citra eius praeſcitum et conſenſum qualemcumque ſupremae poteſtatis actum exercet, iniuſta eſt. *Extra ſuum cuiusque territorium I) nihil iuris eſt,*

Kk 4

§. 470.

*niſi 1) perſequendi pacifragos;*

§. 470. Vnica per leges imperii exceptio datur in caſu, ſi quis in *perſequendo pacifrago* ſeu latrone et graſſatore in flagranti deprehenſo verſatur, eamque perſecutionem in continenti in territorio vicino continuat; veluti quam perſecutionem, quam vocant **Nacheile**, cuique ſtatui diſerte leges imperii permittunt (a); ita tamen, vt ibi, vbi deprehenſio fit, captus iuri ſiſtatur, nec in alienam inde iurisdictionem deducatur (b).

(a) R. I. 1559. §. 22.: "Da hinführan gefährliche Reyſſigen und Fußknechte, Räuber oder Mörder, — in dem Gebiete, darinn — Beſchädigung geſchehen, nicht betreten, ereilet, oder ergriffen werden könnten, daß diejenigen, ſo beſchädiget, zu Roß und zu Fuß — den oder die Beſchädiger von einer Obrigkeit in die andere, auch einem Kreiſe in den andern, jedoch den Obrigkeiten und Kreiſen ohne Entgelt, **nacheilen** und ſie niederwerfen mögen ꝛc."

(b) R. I. 1559. §. 26.: "So nun in ſolcher Nacheil einer — ergriffen, ſoll der in der Obrigkeit Gericht, wo er niedergelegen, gelaſſen, daſelbſt verſtrickt, — geklagt, und gegen den Beklagten — gehandelt werden". Conf. Mynsinger cent. 2. *obſ.* 28.

*et 2) niſi dentur ſervitutes iuris publici,*

§. 471. Aliam exceptionem, cui ſuo modo etiam liberas inter gentes locus eſſe poteſt, ſuppeditant servitvtes ivris pvblici, quibus 1) *libertas domini territorialis in ſuo territorio*

*torio in vtilitatem alterius Germaniae ciuis reſtringitur*, vt vel non facere aliquid in ſuo, vel vt alter aliquid agat in ſuo territorio, pati debeat; quarum illae *negatiuae*, hae *adfirmatiuae* ſeruitutes vocantur (a). Singulae autem tales ſeruitutes II) *ſingulari titulo* nitantur, neceſſe eſt, qualis potiſſimum in *pacto* liberaque conuentione, ſed praeterea quoque in *priuilegio caeſareo*, praeſertim antiquioris aeui, neque minus in *praeſcriptione* conſiſtere poteſt. Nec tamen III) *poſſeſſorii commoda* hac in re negligi, ſed nec IV) de caſu ad caſum extendi iſtas ſeruitutes oportet, quum generatim potius *ſtrictae* in iis *interpretationi* locus ſit (b).

(a) Eiusmodi ſeruitutes in omni fere iurium maieſtaticorum ſeu territorialium genere cogitari poſſunt, nec facile cuiuscumque generis exemplo in Germania deſtituuntur. Veluti *negatiuae* ſic frequentes occurrunt ſeruitutes non exſtruendi munimenta, non immutandi ſtatum fluminum viarumque publicarum, non inſtituendi immutandiue nundinas cet.; deinde *adfirmatiuae* patiendi ab altero exerceri in ſuo territorio ius collectandi, ius deligendi militem, ius praeſidii, aperturae, hoſpitationum cet., porro iurisdictionem criminalem, centenariam, feudalem cet., ius venandi, vectigalium, viarum publicarum, poſtarum cet., et in eccleſiaſticis quoque ius patronatus, praeſentandi, viſitandi, decimarum cet. Conf. Chr. Io. Conr. Engelbrecht *de ſeruitutibus iuris publici*, Helmſt. 1715., Lipſ. 1739.

(b) Rechtsfälle 2. Th. S. 401.

*quarum ſingularis ſpecies eſt aduocatia.*

§. 472. Singularis eiusmodi ſeruitutis iuris publici ſpecies eſt ADVOCATIA ſeu protectio, quam, I) ab antiquo iuris manuarii aeuo inde, frequenter obtinuerunt infirmiora Germaniae membra, veluti *eccleſiae*, *monaſteria*, *nobiles*, *ciuitates*, *pagi*, etc. a potentioribus, ſiue ex pacto, ſiue ex conceſſione imperatoris, ſiue alio quocumque titulo. Qualis aduocatia II) ſaepe *iurisdictionem* ſimul, ſiue criminalem ſolum, ſiue aliam quoque, item varia *alia iura*, ſed non vbiuis eadem comprehendit. Nonnusquam III) *immutata* tandem in plenam ſubiectionem; ſed non vbiuis. Potius plane paſſim deſiit. Nec, IV) vbi ſupereſt hodieque, *eadem iura* comprehendit, ſed cuiusque partis *ex pactis et ex obſeruantia* diiudicanda. Saltem V) *ab aduocatia* proinde *ad ſubiectionem territorialem non valet conſequentia* (a).

(a) Conf. praeſertim Mart. MAGER *de aduocatia armata*, Francof. 1625., Ien. 1719. fol.

*II) Nonnusquam condominia vigent,*

§. 473. Ad haec praeter ſuum cuiusque territorium proprium cum alio frequenter concurrunt membra imperii per modum CONDOMINII ſeu COMMVNIONIS, *ſiue* in integro quodam territorio certaue ditione vnius pluriumue

ue vrbium, pagorum cet., *ſiue* in ſingularibus modo iuribus diuiſu difficilioribus, veluti metallifodinae, curiae feudalis, iudicii prouincialis, cet. Singulis autem eiusmodi in caſibus *partim* natura communionis et condominii in genere; *partim* pacta et obſeruantia dant normas iurium et obligationum inde pendentium. De iuribus *religionem* concernentibus ſpecialis huc pertinens eſt diſpoſitio pacis Weſtphalicae normam anni decretorii firmans (a).

(a) I. P. O. art. 5. §. 43. in f.: "In iis locis, „*vbi catholici et A. C. ſtatus ex aequo iure ſu-* „*perioritatis fruuntur*, tam ratione publici ex- „ercitii, quam aliarum rerum religionem con- „cernentium *idem ſtatus maneat*, *qui fuit anno* „*dieque ſupradictis*". Conf. Henniges *ad P. W.* tom. I. p. 557. *k*.

§. 474. Denique ob varias territoriorum Germaniae coniunctiones (§. 76.) aliasque qualiumcumque imperii membrorum, ceu ciuium vnius reipublicae, innumeras inter ſe inuicem relationes, non ſolum perfrequens eſt, vt I) *vnus ſtatus pluribus imperet territoriis*, diuerſumque ratione cuiusque, veluti qua elector mox, mox qua princeps, comes cet., reſpectum ſuſtineat, ſed et II) fieri poteſt, vt *immediatus ſimul*

*et III) diuerſi medietatis et immedietatis reſpectus.*

Digitized by Google

*mul* alio reſpectu *mediatus*, aut viciſſim mediatus ſimul immediatus ſit (a); vti III) nec rarum eſt, vt quis ſubditos habeat, qui alia ſiue poſſeſſionum, ſiue domicilii vel officii ratione ſimul ſubditi alterius imperii membri ſunt; ac denique IV) pro ſingulari nexus feudalis indole nihil frequentius eſt, quam vt vnius ſtatus *ſubditus*, quin vel ipſe ſtatus aliusue ciuis imperii immediatus *ſimul alterius vaſallus* ſit. Quibus omnibus in caſibus probe *ſecerni* oportet *ſpecialem* quemque *reſpectum*, qui eueniente caſu in quaeſtione eſt. Nonnumquam duplici reſpectu eodem plane ambitu *concurrente* ei, cuius intereſt, veluti actori, *electio* eſt committenda.

(a) Rechtsfälle I. Th. S. 1. u. f.

Cap.

Digitized by Google

# Cap. II.

## de CONTROVERSIIS SVPER IMMEDIETATE VEL EXEMTIONE, INDEQVE PASSIM NATA SINGVLARI NONNVLLORVM IMPERII MEMBRORVM CONDITIONE.

§. 475.

*Controuerſiae ſuper exemtione*

Plus vna ratione iam dudum contigit, vt iura vnius imperii membri in alterum, et vel vniuerſa vnius alteriusue medietas aut immedietas in controuerſiam vocarentur. Quumque iam plures eiusmodi controuerſiae eo redierint, vt membra imperii antea manifeſte immediata in ſubiectionem territorialem redacta ſint; haec ſpecies *iacturae* eſt, *quam imperium circa membra ſua patitur*, qualis I) generatim EXEMTIO vocari ſolet, isque EXIMENS, qui alterum ſibi ſubiicit, EXEMTVS, qui ſubiicitur. Eiusmodi exemtio autem II) aut *cum onere fit*, ſi eximens onera imperii, quae alias exemto incubuerant, loco exemti ſuſcipit, aut SINE ONERE, ſin ſecus. Vtroque caſu III) non exemto ſolum contra eximentem, ſed et fiſcali impe-

Digitized by Google

imperii contra vtrumque eſt ius agendi. Quod vel ſexcenties etiam exercuit ille, ſed longe abeſt, vt omnes iſtae cauſae ſopitae ſint (a). Minus recte tamen IV) *putatiuae* huc referuntur *exemtiones*, quae ſucceſſionis alioue legitimo titulo ad alium modo poſſeſſorem deuoluta ſunt, territoriorum (b).

(a) R. I. 1548. §. 53. ſq., R. 1570. §. 84. Vi CAPITVL. (1742.) art. 5. §. 10. ſollen "überhaupt die Exemtions-Irrungen im Reiche —, wo möglich innerhalb zwey Jahren — erörtert werden". Conf. PFEFF. *ad Vitr.* II. 1037. ſq.

(b) His potiſſimum quadrat R. I. 1548. §. 52.: "Iſt — befunden, daß gleichwohl etliche Stände ausgezogen, aber durch die ausziehenden werden die Reichsanſchläge der ausgezogenen erlegt und entrichtet. Dieweil dann derowegen kein Streit noch Irrung iſt, auch dem heiligen Reich deshalben an ſeinen Anlagen und Gerechtigkeiten nichts abgehet, ſo laſſen Wir und gemeine Stände — ſolches alles bleiben und beruhen, bevorab ſo die ausgezogenen Stände ſolches Ausziehens und Vertretens zufrieden ſind". ꝛc.

*1) quibus probationibus definiantur?*

§. 476. Si I) diuiſio Germaniae in reſpublicas ſuas ſpeciales ita comparata eſſet, vt ſuus cuique definitus ſit ambitus a nullo alio imperii membro immediato interruptus; tunc quidem *in disquirendis exemtionum controuerſiis* ſeu *in probanda* ſuperioritate alteriusque *ſubiectione* territoriali inſigne foret *a ſitu* argumentum. Enimuero *pauciſſima territoria* hodierna eo ſenſu, vt

aiunt,

Digitized by Google

aiunt, *clauſa* ſunt, vt nulla alia terra immediata interrumpantur, in primis quum pleraque territoria e pluribus compoſita ſint, quae an olim plane contigua fuerint, ſaltem dubitari poteſt. Sed II) nec *alia ſuperioritatis* territorialis *ſigna*, ſi de probanda ea controuerſa agitur, ſine cautione admittenda ſunt; veluti in primis *homagii praeſtatio*, vt probe diſcernatur homagium territoriale a patrimoniali vel alia ſacramenti fidelitatis ſpecie; ſimiliter *comparitio in comitiis prouincialibus*, vt diſtinguatur, vtrum in qualitate ſubiectionis, an alia mente facta ſit; denique *ſingulorum regalium exercitium*, veluti iurisdictionis ſpecies, ius collectandi, cet. veraene ſuperioritatis, an ſeruitutis forte iure locum habeat, haud confundatur, cauendum eſt (a).

(a) Conf. Struben Nebenſt. part. 4. p. 141. und meine Rechtsfälle 2. B. 4. Th. S. 829. 952.

§. 477. Tanto cautius proinde, I) qui vel in tuenda, vel in neganda alteri ſuperioritate verſantur, ea omnia obſeruare ſolent, quae ad *ſigna ſuperioritatis* referri qualitercumque poſſunt; veluti circa *iusiurandum aſſecurationis*, circa *preces in eccleſia* pro ſalute imperantis fundendas, circa ſollennia *publicae laetitiae luctusue* publici ſigna, II) *quem effectum habeant et paſſim habuerint?*

et

Digitized by Google

et quae ſunt reliqua. Sed et paſſim II) ſingularibus transactionibus iudicatisue res compoſita eſt, vt haud infrequens inde ſingularis *ſuperioritas* et ſubiectio *pactitia* enata ſit, quam proinde ex ſua cuiusque diſpoſitione et obſeruantia, non ex generali ſuperioritatis natura diiudicare fas eſt. Sic enim 1) dantur membra imperii immediata, quae et ſtatus imperii ſunt, et ſuperioritatem territorialem habent, ſed quorum e. g. *votum* in comitiis *quieſcit*, quorum a iudicatis ad alterum ſtatum *appellatur* etc. E contrario 2) ſunt, qui alterius ſuperioritatem agnoſcunt, ſed non vltra certa iura conuentione vel obſeruantia definita (a), aut inſolitis cum praerogatiuis, quae mediato alias haud conceduntur, veluti *cancellariae*, *conſiſtorii* cet. Sigillatim denique 3) et *ciuitates* id genus exſiſtunt, quae quidem ſuperioritatem principis venerantur, verum tot ornatae ſunt priuilegiis, vt in interiore earum conſtitutione vix, in quo a ciuitatibus imperii differant, perſpici poſſit (b).

(a) Rechtsfälle 2. Th. S. 317.
(b) Conf. Strube Nebenſt. part. I. p. 495. ſq.

---

LIB.

# Lib. XV.

## DE INTERREGNO ET ELECTIONE NOVI IMPERATORIS.

## Cap. I.

### DE INTERREGNO ET IVRIBVS VICARIORVM IMPERII.

§. 478.

Quando deſinit eſſe imperator, ſiue morte, ſiue reſignatione, ſiue quocumque alio modo; in imperio noſtro, quippe electitio, INTERREGNVM oritur. Eumque in caſum I) *duos* imperii *prouiſores* ſeu *vicarios* aurea bulla conſtituit, comitem Palatinum Rheni (a) et electorem Saxoniae (b). Et II) *Palatini* quidem *vicariatum*, vna cum electoratu et archidapiferatu, bello tricennali ac pace Weſtphalica in ſe translatum diu contendit elector Bauariae (c). Atque, tentata prius incaſſum communione (d), tandem *alter-* *In interregno I) vicarii I) quinam ſint?*

 *nati-*

*natiuum* inter vtramque illam domum hunc vicariatum reddidit transactio (e); quam ex collegii electoralis primum, deinde ex totius imperii ſuffragio imperator ratam habuit (f). Attamen III) poſtquam a d. 30. Dec. 1777. inde, exſtincta linea Bauarica, priſtina dignitas electoralis rediit ad lineam Palatinam; in hac quoque conſolidatus iterum eſt vicariatus Rhenanus.

(a) A. B. tit. 5. §. 1. "Quoties — ſacrum vacare contingent imperium; illuſtris *Comes Palatinus Rheni* ſacri imperii archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum *in partibus Rheni et Sueuiae et in iure Franconico*, ratione principatus ſeu comitatus Palatini priuilegii eſſe debet *prouiſor* ipſius *imperii*".

(b) A. B. tit. 5. §. 2.: "Et eodem iure prouiſionis illuſtrem *Ducem Saxoniae*, ſacri imperii archimareſchallum, frui volumus *in his locis, vbi Saxonica iura ſeruantur*".

(c) I. P. O. art. 4. §. 3.

(d) Vide *tranſactionem* d. 15. Maii 1724. in Moſers Staatsarch. 1752. part. 5. p. 788.

(e) Vide *nouam* hanc *tranſactionem* d. 26. Mart. 1745. in Moſers Staatsarch. 1752. part. 5. p. 782.

(f) Vide *ſuffragium imperii* d. 7. Aug. 1752., eiusque ratificationem caeſaream d. 21. Aug. 1752. in Moſers Staatsarch. 1752. part. 9. p. 610. et 923. Quibus omnibus accommodatus nunc eſt paſſus CAPITVL. (1764.) art. 3. §. 18.: "Nachdem kaiſerl. Maj., dann Churf. F. u. St. des Reichs den a. 1745. — errichteten Vergleich — vorträglich angeſehen, ſelben ſofort durch einen Reichsſchluß genehmiget und beſtätiget haben; ſo ſ. u. w. wir darob ſeyn, daß ſothaner Vergleich und Reichsſchluß in ſeiner Weſenheit und gebührender Beobachtung gehalten, und dem von niemand, wes Standes und Würde er auch ſey, zuwider gehandelt werde".

§. 479.

§. 479. *Duo* itaque *adhuc vicarii* ſunt, alter Saxoniae elector, alter Palatinus. Ambobus autem I) *haud coniunctum* vicariatum A. B. tribuit, ſed huic "in partibus Rheni et Sueuiae „et in iure Franconico", illi "in his locis, „vbi Saxonica iura ſeruantur" (a). Nonnulli ab vtroque vicariatu immunes ſunt, ipſique illi *limites* II) nonnullis in partibus dubii et controuerſi, d. 9. Iun. 1750. conuentione inter vicarios inita curatius definiti ſunt (b), quae conuentio adhuc confirmationem caeſaream et comitialem exſpectat (c).

*2) quinam eorum limites?*

(a) A. B. tit. 5. §. 1. 2. Vid. praeced. §. 478. *a. b.*

(b) Paſſus ex hac conuentione huc ſpectantes ſunt: "1) Das hohe **Rheiniſche Vicariat** will ſich hinfüro ſowohl bey ſeiner geheimen Reichsvicariats-Canzley als bey ſeinem Vicariats-Hofgerichte aller Vicariats-Intimationen, Verfügungen, Erkenntniſſe und Expeditionen, wie die Namen haben, nicht allein in der ſonſt zum Fränkiſchen Kreiſe gerechneten gefürſteten Grafſchaft **Henneberg**, ſondern auch in nach benannten, im Weſtphäl. Kreiſe gelegenen Stiftern und Grafſchaften, nemlich dem Hochſtift **Paderborn**, dem Hochſtift **Oßnabrück**, der Abtey **Corvey**, den Grafſchaften **Oldenburg und Delmenhorſt**, **Hoya**, **Diepholz**, **Pyrmont**, **Lippe**, **Schaumburg** und **Rittberg**, und in den andern anjetzt ſpecificirten Diſtricten gegen die Weſer zu, und über dieſen Fluß diſſeits gelegenen, dem Rheiniſchen Vicariat nicht namentlich reſervirten Stiftern, Fürſtenthümern, Grafſchaften, Herrſchaften und Reichsſtädten des Weſtphäliſchen Kreiſes,



Digitized by Google

eben ſo, wie es ſich von dem Ober- und Niederſächſiſchen Kreiſe und anderen Orten, worüber bisher kein Zweifel oder Streit geweſen, von ſelbſt verſtehet, gänzlich enthalten; dergeſtalt, daß dieſe vorher in ſpecie et in genere angedeutete ſämtliche Diſtricte, von nun an und zu ewigen Zeiten, in allen und jeden Sachen, einzig und allein zu dem Sächſiſchen Vicariat, ohne Eintrag des Rheiniſchen Vicariats, gehören ſollen. Gleichergeſtalt will 2) das hohe Sächſiſche Vicariat ſich hinfüro, ſowohl bey ſeiner Geheimen Reichsvicariats-Canzley, als bey ſeinem Vicariats-Gerichte, aller Vicariats-Intimationen, Verfügungen, Erkenntniſſe und Expeditionen, wie die Namen haben, nicht allein in dem Erzſtifte **Cölln**, eben ſo, wie ſich von dem ganzen Churrheiniſchen und Oberrheiniſchen Kreiſe, und andern Orten, worüber bisher kein Streit noch Zweifel geweſen, von ſelbſten verſteht, ſondern auch in dem ſonſt zum Weſtphäliſchen Kreiſe gerechneten **Herzogthum Weſtphalen**, dem Hochſtifte **Münſter**, dem Fürſtenthum **Minden**, der Abtey **Hervorden**, der Grafſchaft **Oſtfriesland**, wie auch den Grafſchaften **Ravensberg**, **Tecklenburg** und **Bentheim**, und in den andern anjetzt ſpecificirten Diſtricten, gegen den Rhein zu, und über dieſen Fluß jenſeits gelegenen, dem Sächſiſchen Vicariat nicht namentlich in vorigem 1tem Spho reſervirten Stiftern, Fürſtenthümern, Grafſchaften, Herrſchaften und Reichsſtädten des Weſtphäliſchen Kreiſes gänzlich enthalten; dergeſtalt, daß dieſe, in gegenwärtigem Spho 2. in ſpecie et in genere angedeutete ſämmtliche Diſtricte, von nun an und zu ewigen Zeiten in allen und jeden Sachen, einzig und allein zu dem Rheiniſchen Vicariat, ohne Eintrag des Sächſiſchen Vicariats, gehören ſollen".

(c) Capitvl. (1764.) art. 3. §. 19.: "Und wie nicht minder der zwiſchen Chur-Baiern und Chur-Pfalz wegen der Gränzen des Rheiniſchen und Sächſiſchen Vicariats im Jahr 1750. geſchloſſene Receß von dem churfürſtl. collegio zu gänzlicher Auf-

Aufhebung der obgewalteten Irrungen erſprieß-lich, und zugleich zu Beförderung der heilſamen Juſtiz bey entſtehendem Fall einer Reichsverweſung vorträglich angeſehen werden; ſo ſollen und wollen wir auch daran ſeyn, daß ſothaner Vergleich nach Antritt unſerer kaiſerl. Regierung, wann es nicht bereits vorher geſchehen, dem geſammten Reiche vorgeleget, und deſſen Genehmigung gedeylich befördert werde".

§. 480. In iuribus, quae nominatim aurea bulla vicariis tribuit (a), primum locum habet *poteſtas iudicia exercendi*. Vnde prima adhucdum cuiusque vicarii cura eſt, conſtituendi *iudicia vicariatus aulica*. Quorum quippe vnum quisque vicarius in aula ſua conſtituit in locum, immo et ad exemplar circiter, ſenatus imperialis aulici, vtpote cum perſona imperatoris ceſſantis, non ad nouas tantum cauſas, quibusue periculum morae ineſt, tractandas, ſed ad continuandas quoque antiquas, quarum acta proinde ope Moguntini qua archicancellarii, ſumtibus partium, vicariis extradi oportet (b). II) *Quae iura habeant* I) *ex A. B.*, *ſpeciatim* a) *in iudiciis vicariatus;*

(a) A. B. tit. 5. §. 1.

(b) Capitvl. (1742.) art. 3. §. 16.: "Weil nach Inhalt der G. B. den Reichsverweſern die Gewalt im Reiche Recht zu ſprechen, zuſteher; alſo ſoll berührte Befugniß der Reichsverweſer nicht bloß auf neue, oder ſolche Rechtsſachen, wobey periculum in mora oder die Gefahr einer Unruhe, und Thätlichkeiten abzuwenden, eingeſchränkt ſeyn, ſondern ſich auch auf Fortſetzung der vor-



Digitized by Google

hin bey dem kaiſerl. R. H. R. anhängig geweſenen Proceſſe und Rechtshändel vor den Vicariats-Hofgerichten allerdings erſtrecken; und zu ſolchem Ende an erwehnte Reichsvicariats-Gerichte die bey dem beſagten Reichshofrath vorhin verhandelten in der Reichscanzley vorhandenen *acta* in originali, gegen Beſcheinigung und Erklärung wegen deren ohnfehlbarer Reſtitution zu dem Reichsarchive ſogleich nach geendigtem interregno, durch Anordnung des Churfürſten zu Mainz, als des Reichs Erzcanzlers, auf Verlangen der Vicariate und Koſten der Partheyen ohnweigerlich verabfolget werden".

b) *intuitu camerae imp.*

§. 481. *Camerae* quoque *imperii*, quae quidem ceterum nullam cum perſona imperatoris mutationem ſubit, ad continuandam in *interregno* auctoritatem iudiciariam, vicarii *ſigillum* ſuum per Moguntinum dari, titulumque vicariorum loco caeſarei adhiberi curant, et quidem, vi pacti inter Palatinum et Saxonem poſt mortem Rudolphi II. anno 1612. initi, haud diuiſum pro diuerſis vicariatuum tractibus, ſed vnitum coniunctumque, idque nouiſſima demum conuentione d. 9. Iun. 1750. inter vicarios inita (§. 479.) de nouo definitum (a).

(a) Alldieweilen auch die Erfahrung gezeiget, (inquiunt vicarii in dicta conuentione d. 9. Iun. 1750.) daß nach Erledigung des heil. Röm. Reichs über der hohen Reichsvicariate jedesmaliger Communication wegen Einrichtung der gemeinſamen Vicariats-Siegel und Titel vor das Reichscammergericht zu Wetzlar, und ſonſt, viele Zeit verlohren

lohren gegangen; So haben beide hohe Reichs-Vicariate auch dieſen paſſum in Zeiten, und zwar auf eine ſolche Weiſe, die jedesmal bey allen Reichs-Verledigungen, und es möge das Rheiniſche Vicariat von dem hohen Churhauſe Baiern, oder von dem hohen Churhauſe Pfalz, nach der verglichenen Alternation verwaltet werden, oder ſonſt die Umſtände obhanden ſeyn, wie ſie wollen, unverändert ſtatt finden könne, zu reguliren dienlich erachtet, mithin Sich durch Ihre obbemeldte bevollmächtigte Herrn Miniſtros dahin einverſtanden, daß bey jedem interregno die Siegel, ſo vor das Reichscammergericht zu Wetzlar an Ihro Churfürſtl. Gnaden zu Mainz als des Heil. Röm. Reichs Erzcanzlern, zuzufertigen, bloß den doppelten Reichsadler (ohne Herzſchildern, oder andern, die Namen oder inſignia der hohen Reichs-vicariorum andeutende Zeichen) und die generaliter eingerichtete Umſchrift: Sigillum Sacri Romani Imperii prouiſorum et vicariorum, nebſt der Jahrzahl führen, mithin ſothane Siegel eigentlich nach denen von den Herren bevollmächtigten miniſtris beſonders zu ſignirenden, der Titel aber, unter welchem beſagtes Reichscammergericht die Zeit eines jedesmaligen interregni hindurch verfüget, in folgenden generalen Worten: "**Wir „von Gottes Gnaden des heil. Röm. Reichs die„ſer Zeit *Vicarii* ꝛc. entbieten ꝛc. bekennen ꝛc. „fügen ꝛc.**" ohne namentliche Benennung der hohen Reichs-vicariorum, beſtehen; im übrigen gedachte, und bey einem jeden hohen Reichs-Vicariat, verglichener maſſen, zu verfertigende drey Siegel, nicht minder von einem jeden hohen Reichs-Vicariat an hochbemeldte Ihro Churfürſtliche Gnaden zu Mainz, überſchicket, dieſelbe auch in denen an Sie dieſerwegen ergehenden Schreiben erſuchet werden ſollen, zu deren Ueberſendung nach Wetzlar alsdann erſt, wann ſolche Siegel von beiden hohen Reichsvicariaten bey Ihnen eingekommen ſind, zu verſchreiten. Gleichwohl aber will jeder hoher



Digitized by Google

Vicariats=Hof dasjenige, was an das Reichscammergericht zu Wetzlar, wegen deſſen Confirmation und ſonſt zu bringen iſt, nicht in gemeinſchaftlichen, ſondern in beſonderen nach vorhergehender unter ſich gepflogenen Communication gut befundenen Expeditionen ſeparatim ergehen laſſen; Daher auch beſagtes Reichscammergericht ſeine darauf, oder ſonſt in gemeinſamen Angelegenheiten, an die hohen Reichs=vicarios zu erſtattende Berichte, in duplo ausfertigen, und an jedes hohes Reichsvicariat Ein Exemplar davon, beſonders einſenden wird".

e) *intuitu feudorum imp.*, §. 482. Similiter nominatim aurea bulla vicariis tribuit poteſtatem "*inueſtiendi de feudis*, „et iuramenta fidelitatis vice et nomine ſacri im„perii recipiendi, feudis principum dumtaxat ex„ceptis, et illis quae *Vanlehen* vulgariter appel„lantur, quorum inueſtituram et collationem ſo„li imperatori vel regi Romanorum ſpecialiter „reſeruauit" (a). Qua reſeruatione ſolum *feuda throni* comprehendi, ſtatuunt capitulationes nouiſſimae (b). *Reliquorum feudorum inueſtitura*, ſi terminus anni et diei, ſiue a mutatione inde, quae ex parte vaſalli accidit, ſiue a morte imperatoris, in interregno elabitur, ante eum elapſum renouari coram vicariis, aut indultum ab iis peti debet. Renouata tamen inueſtitura coram nouo deinde imperatore, vti quidem ex A. B. videri poterat (c), non amplius repetenda eſt (d).

(a)

Digitized by Google

(a) A. B. cap. 5. §. 1.

(b) CAPITVL. (perpet. et 1711.) art. 11. §. 7.: "denjenigen Lehen, welche die Reichsvicarien in Kraft der goldenen Bulle (add. 1742.: als worinnen die von uns coram throno zu empfangende Lehen allein ausgenommen ſind) verleihen können".

(c) A. B. tit. 5. §. 1. verbis: — "*iuramen-* „*ta* fidelitatis recipiendi, *quae tamen per regem* „*Rom. poſtea electum ſuo tempore omnia inno-* „*uari, et de nouo ſibi iuramenta ipſa praeſtari* „*debebunt*".

(d) CAPITVL. (perpet. 1711.) art. 11. §. 6. 7.: "S. u. w. wir ſie, minderjährige, nach erlangter Majorennität, zu anderweitiger Empfängniß ſolcher Lehen und Regalien — nicht — anhalten (vid. ſupra §. 407. a.) welche Meynung es dann auch haben ſoll mit denenjenigen Lehen, welche die Reichsvicarien — verleihen können". (vid. praec. not. *b.*)

§. 483. Ceterum omne genus *alienationis* ſeu obligationis rerum imperialium expreſſe quidem vicariis interdicit A. B. Attamen porro iis tribuit ius recolligendi *reditus* et prouentus imperiales, et poteſtatem *praeſentandi ad beneficia eccleſiaſtica*, quo nomine quidem vicarii *ius primariarum precum* exercere adnituntur, reuera tantum praebendae nonnullorum capitulorum regiae intellectae videntur. d) *Reliqua iura ex A. B.*



Digitized by Google

*2) Iura citra A. B.*

§. 484. Multo plura tum *ex ampliori legis interpretatione*, tum *ex obſeruantia* ſibi adſerunt vicarii, veluti I) *ius concedendi priuilegia* academiarum, impreſſoria, comitiuas, collationes dignitatum, veniam aetatis, item *ius conſtituendi iudicem camerae*, ſi in interregno vacauerit hoc munus, et quae ſunt reliqua. Quibus tamen omnibus adhuc controuerſia mouetur; licet capitulationes iam dudum iuribus vicariorum proſpexiſſe videantur (a). In primis II) iam agitata fuit controuerſia: vtrum *conuentus imperii*, veluti deputationes, et vel comitia imperii vniuerſalia, auctoritate vicariorum *in interregno* continuari, aut plane indici poſſent? Quod quidem ſtatutum capitulationibus nouiſſimis (b), necdum tamen contradictio principum remota, nec proinde obſeruantia adhucdum legi acceſſit (c). Denique III) et *abſente* diutius *imperatore, vel* minorennitate, aliaue ratione *impedito*, an et quaenam ſint iura vicariorum, non ita expeditum legibus et obſeruantia priſtina fuit, donec capitulationes nouiſſimae etiam iſtiusmodi in euentus vicariorum iuribus proſpexerunt (d).

(a) CAPITVL. (1619.) art. 3. §. 15.: "auch nicht nachgeben, daß die Vicariate und deren iura, ſammt was denſelben anhängig, von jemanden diſpu-

diſputirt und beſtritten (add. 1742.: oder reſtringiret) werden".

(b) Capitvl. (1742.) art. 13. §. 9.: "Da nach Abſterben eines Kaiſers, oder in deſſen Minderjährigkeit und langwieriger Abweſenheit auſſer Reichs, den Reichsvicarien die Ausſchreib= und Haltung eines Reichstags, oder da dergleichen ſchon vorhanden, die Continuirung deſſelben, ſtatt eines Römiſchen Kaiſers allerdings zukömmt; ſo ſollen dieſelben ſolchenfalls mit Anſetzung eines neuen Reichstages nach obiger Vorſchrift ſich gleichfalls zu achten ſchuldig, die ſtehende comitia aber zu continuiren befugt ſeyn, und beide Arten anders nicht, als unter der *Vicariorum* Auctorität gehalten und fortgeſetzt werden".

(c) Interea hoc quoque argumentum tetigerunt vicarii in conuentione d. 9. Iun. 1750. inita ſequentem in modum: "Soviel auch inſonderheit die Reaſſumirung und Fortſetzung des Reichstags ſub auſpiciis vicariorum anbetrifft, ſo wollen beide hohe Reichsvicariate die expeditiones, welche zu Auctoriſirung der Commiſſion oder ſonſt erforderlich, ebenfalls ſeparatim, jedoch auf vorherige unter ſich geſchehene Concertirung ergehen, und von dem Principal=commiſſario in den Commiſſionsdecreten oder ſonſt die Titulatur und Schreibart folgender maſſen: von der hohen des heil. „Röm. Reichs dieſer Zeit *vicariorum* wegen laſ„ſen Se. ꝛc., als Deroſelben zu gegenwärtiger „allgemeinen Reichsverſammlung gevollmäch„tigter hochanſehnlicher Principal=Commiſſa„rius ꝛc." ohne namentliche Benennung der hohen Vicariorum gebrauchen laſſen".

(d) Capitvl. (1742.) art. 3. §. 15.: "Gleichergeſtalt wollen wir die Vicarien des Reichs bey ihren — Rechten der Verweſung des Reichs, ſowohl nach Abſterben eines Röm. Kaiſers oder Königs, als auch bey deſſen langwieriger Abweſenheit

Digitized by Google

heit auſſer Reichs, oder wenn derſelbe das Regiment ſelbſt zu führen durch andere Umſtände gehindert werden ſollte, unbeeinträchtigt bleiben laſſen". Add. CAPITVL. (1742.) art. 13. §. 9. verbis: "nach Abſterben eines Kaiſers, oder in deſſen Minderjährigkeit und langwieriger Abweſenheit auſſer Reichs". Vid. praeced. not. *b*.

III) *Modus exercendi vicariatum.* §. 485. Ceterum quod ad *modum* exercendi vicariatum attinet, in ſuo quisque vicariatus tractu, quamprimum interregni initium conſtat, *litteras patentes* vicariatum adnunciantes vbique adfigi curat. Ex quo titulum vicarii vterque adſumit; ordinem ceterum inter ſtatus haud mutat.

## CAP. II.

### DE ELECTIONE IMPERATORIS.

§. 486.

I) *Electio imperatoris quomodo fiat?* Vtplurimum hodie, *quis* in imperatorem *eligendus ſit*, *in aulis electorum* tractari ſolet. Attamen *ſollennitas electionis* in ſingulari *electorum conuentu*, quoad eius fieri poteſt, *ſecundum auream bullam* peragitur; eoque in conuentu potiſſimum

Digitized by Google

tiſſimum hodie deliberatur, quid in *capitulatione*, quam eligendus iuret, addendum, detrahendum, mutandum ſit.

§. 487. I) *Locus electionis* ordinarius ex obſeruantia et lege eſt ciuitas imperialis Francofurti ad Moenum (a), cuius propterea magiſtratui per litteras inſtantem electionem ſignificat Moguntinus. II) *Mareſchallus* quoque *imperii hereditarius* ante omnia communem cum illo curam habitationum, politiae, reliquorumque ad electionem eiusque conuentum neceſſariorum ſuscipit. Quamprimum vero vacare thronum imperialem conſtat, III) vi A. B. intra menſem (b) Moguntinus elector ſingulis coëlectoribus noui imperatoris electionem per nuntios patentibus debet litteris intimare (c), quibus *terminus electionis* intra tres menſes continuos a die in litteris expreſſa conſtituitur (d).

*1) quod ad locum electionis et conuocationem electorum attinet;*

(a) A. B. tit. 1. §. 19., tit. 28. §.  .
(b) A. B. tit. 1. §. 21.
(c) A. B. tit. 1. §. 18., tit. 4. §. 2.
(d) A. B. tit. 1. §. 18. et tit. 18.

§. 488. Conuenire iubentur vi A. B. omnes et ſinguli *electores*, aut *ipſi*, *aut per nuntios* ſeu procuratores (a). Adhuc vsque I) vnus alterue elector,

*2) Quomodo electores eorumue legati compareant?*

elector, in primis *Moguntinus*, ipſe adeſſe, ac *ſollenniter introire* ciuitatem, conſueuit. Vſu tamen hodie deſtituuntur, quae de *conductu et comitatu* electorum ſtatuit A. B. tit. 1. II) Ex obſeruantia cuiusque, qui non ipſe comparet, immo vel praeſentis quoque, electoris *miniſtri plenipotentiarii* ſemper *plures*, ad minimum duo, adeſſe ſolent; iique *mandato procuratorio* in litteris patentibus, ſaltem ex mente, ſi non verbis A. B. conceptis, inſtructi (b). Sollenniter quidem haud aeque, vt ipſi electores, intrant. Summis autem legatorum honoribus tamquam *legati primi ordinis* vtuntur (c).

(a) A. B. tit. 1. §. 19., et tit. 18. §. 2.

(b) A. B. tit. 1. §. 19. 20., tit. §. 2., et tit. 19.

(c) *Corp. iur. publ.* p. 1143. Conf. ſupra §. 161. *d.*

3) *Peregrini quomodo arceantur?*

§. 489. Poſtquam electores eorumue nuntii ciuitatem Francofurtenſem ingreſſi fuerint; A. B. quidem I) *ſtatim ſequenti die* vult ad *electionem* procedi, nec tantum a dicta ciuitate haud ſecedi, niſi electio prius perfecta fuerit (tit. 2. §. 4.), ſed ita quoque, vt, ſi facere id diſtulerint *infra triginta dies* a die praeſtiti iuramenti continuo numerandos, ex tunc transactis iisdem triginta

ginta diebus, a modo *panem* manducent *et aquam*, et nullatenus ciuitatem exeant, niſi prius elegerint imperatorem (tit. 2. §. 5.). Nec II) per omne illud tempus, quo ſuper electione tractari ac agi contigerit, *citra electores quemquam alium* in vrbem intromitti vult A. B. (a); idque in poſterum ſtrictius obſeruatum iri declarauit collegium electorale (b). Enimuero donec ſollennis electionis dies adpropinquet, non aduenae ſolum cuiuscumque generis et conditionis, ſed et *legati exterorum* ſatis frequenter adeſſe ſolent, quos modo illa die exire ex vrbe adhuc oportet.

(a) A. B. tit. I. §. 25. 26.: "*Per omne illud* „*tempus*, quo ſuper electione tractari ac agi con„tigerit, ciues Francofurtenſes *neminem*, cuius„cumque dignitatis, conditionis vel ſtatus ex„ſtiterit, *in ciuitatem intromittant*, vel intrare „quouis modo permittant, *exceptis dumtaxat ele*„*ctoribus* eorumue procuratoribus et comitatu „illorum; et, ſi poſt electorum introitum, ſeu „in ipſorum praeſentia, in praefata ciuitate ali„quem reperiri contigerit, illius exitum ciues „absque mora, et cum effectu protinus ordinent, „ſub omnibus poenis contra ipſos ſuperius pro„mulgatis", nempe (tit. I. §. 24.) vt "alioquin „periurii reatum incurrant, et bannum imperia„le incidant".

(b) Vid. decretum ſaluatorium wegen der währender Wahlconſultationen in der Wahlſtadt gedulteten Fremden vom 10. Sept. 1745., vbi: — "Geſtalten dann der Rath, Bürgerſchaft, und ganze Stadt Frankfurt ſowohl, als auch andere Reichs-

Digitized by Google

Reichsſtädte, bey welchen in inſtehendem Fall hinfüro Wahltäge angeſtellt und gehalten werden mögen, hiermit alles Ernſtes und ausdrücklich bey Vermeidung der dießfalls in der goldenen Bulle geſetzten Strafe und Pön, erinnert und verwarnet werden, daß ſie inskünftige, wenn ein Wahltag ausgeſchrieben ſeyn wird, auſſerhalb die Herren Churfürſten, und welche ſich in derſelben Suiten zu würklichen Dienſten befinden werden, keine perſonas publicas, ſie ſeyen wer ſie wollen, auswärtige oder zum heil. Römiſchen Reich gehörige, einlaſſen, noch ihnen bey annahendem Wahltermine Aufenthalt verſtatten ſollen".

*4) Conferentiae ſuper capitulatione, et iuramentum ſecuritatis.*

§. 490. Deliberationum I) initium hodie fit *conferentiis* primum praeliminaribus, deinde principalibus, quae potiſſimum *ſuper capitulatione* monitisque ad eam propoſitis inſtituuntur, quae tam diu durant, donec finito negotio capitulationis, atque electione interim in aulis ſatis praeparata, ſollenniter ſecundum A. B. ea peragi diesque electionis definiri poſſit. Ante quam tamen II) die quadam praecedente *iusiurandum* in A. B. praeſcriptum (a), quod vocant, *ſecuritatis* (der Securitäts-Eid) praeſtatur collegio electorali a magiſtratu ciuibusque et milite praeſidiario ciuitatis, vbi electio peragitur.

(a) A. B. tit. I. §. 24. "Iniungimus *ciuibus* „*de Frankenford*, et mandamus, *vt* ipſi *vniuerſos* „*principes electores* in genere, et quemlibet eo„rum, *ab inuaſione alterius*, ſi quid inter eos ad„uerſitatis emergeret, et etiam ab omni homine, cum

„cum omnibus eorum hominibus, quos ipſi et „eorum quilibet in praefato ducentorum equo„rum ſuorum numero ad praefatam duxerint ci„uitatem „ in virtute *iuramenti*, quod *ſuper hoc* „ipſos ad Sancta praeſtare ſtatuimus, fideli ſtu„dio et ſolerti diligentia *protegant ac defendant*".

§. 491. In ipſa *ſollenni electionis die* I) *initium* fit *ſollenni proceſſione*, qua electores veſtitu electorali induti, et abſentium primi legati, pariter ſollenniter ſuo modo veſtiti equitantes a curia *ad eccleſiam S. Bartholomaei* transeunt. II) *In eccleſia*, praeſentibus in choro electoribus vel qui eos repraeſentant, primum *miſſa* celebratur (a), qua durante modo ſecedere ſolent electores legatiue euangelici. Peracta miſſa III) ſinguli electuri coram altari iurant *iusiurandum*, quod vocant, *electionis* (den Wahl-Eid) ſecundum formulam in A. B. praeſcriptam (b), modo Germanice hodie, et paullulum aliter electores ipſi, aliter legati abſentium (c); *praeſentibus* ſemper duobus *notariis*, quos requirit Moguntinus nomine collegii electoralis, vt notent actum huius praeſtiti iurisiurandi.

*3) In ipſa electionis die a) quomodo electores iurent?*

(a) A. B. tit. 2. §. 1. 2.
(b) A. B. tit. 2. §. 2. 3.
(c) Electores ipſi iurant ſequentem in modum: "Ich N. N. ſchwöre zu den heil. Evangelien hier gegenwärtig vor mich gelegt, daß ich, durch den Glauben oder Treue, damit Gott und dem heil.

N. verpflicht und geſchworen bin, nach aller meiner Vernunft und Verſtändnüß, mit Gottes Hülfe erwehlen will, ein weltlich Haupt dem Chriſtlichen Volk, das iſt, einen Römiſchen König, in künftigen Kayſer zu erheben, und zu machen, der dazu geſchickt und tauglich ſey, ſo viel mich meine Vernunft und Sinne weiſen, und nach dem beſagten meinen Sinn und Glauben, oder Treue, meine Stimme, Votum und Wahl geben wolle, ohne alle Geding, Sold, Lohn, oder Verheiſch, oder welcherley Maaß die genannt werden möchten; als mir Gott helfe und ſein heiliges Evangelium". Formula, quam *legati* iurant, ſequentem modo introitum paulliſper immutatum habet: "Ich N. N. als gewalthabende Botſchaft des N. N. ſchwöre in meine und deſſen Seele, von dem ich geſchickt und gevollmächtiget bin, zu den heiligen Evangelien hier gegenwärtig vor mich gelegt, daß ich nach aller meiner Vernunft ꝛc. Reliqua cum priore formula plane conueniunt.

*b) quomodo ipſa electio fiat?*

§. 492. Praeſtito iureiurando I) *transeunt in conclaue* electioni deſtinatum, ita vt praeſentes electores praecedant abſentium legatis. Quo ordine quoque *conſident*, atque facta coram notario et teſtibus promiſſione agnoſcendi maiora vota, *obſerari oſtium* curant. II) *Suffragia* Moguntinus colligit, et quidem eo ordine, qui inter omnes electores praeſentes locum haberet. Ipſe Moguntinus ſententiam ſuam declarat poſtremus (a). III) *Vnanimia* omnium ad eligendum imperatorem ſuffragia *haud requiruntur*. Verum cui maior tantum electorum numerus fa-

uet,

Digitized by Google

uet, eius electio perfecta eſt (b). Ipſiusque electi ſuffragium adnumerari oportet (c). Reliqui, qui eumdem ſuffragiis ſuis numero minoribus haud nominarunt, ſiue diſſentientes, ſiue *abſentes*, electum illum agnoſcere debent. Qui ſerius reliquis adueniunt, admittendi quidem adhuc re integra, ſed in eo ſtatu, in quo aduentus tempore conſiſtebat electio (d).

(a) A. B. tit. 4. §. 3. 4.

(b) A. B. tit. 2. §. 6.: "Poſtquam in eodem „loco ipſi (electores) *vel pars eorum maior* ele„gerit, talis electio *perinde* haberi et reputari „debebit, *ac ſi* foret *ab ipſis omnibus*, *nemine* „*discrepante*, *concorditer* celebrata".

(c) A. B. tit. 2. §. 10.: "In caſu, quo tres „principes electores praeſentes, ſeu abſentium „nuncii, quartum ex ſe ſeu ipſorum conſortio, „videlicet principem electorem praeſentem vel „abſentem in regem Romanorum eligerent; *vo*„*cem* illius *electi*, ſi praeſens affuerit, aut nun„ciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, *ple*„*num vigorem habere*, et eligentium augere nu„merum, partemque maiorem decernimus con„ſtituere, ad inſtar ceterorum principum ele„ctorum".

(d) A. B. tit. 2. §. 7.: "Si *per tempus ali*„*quod morari*, *abeſſe et tardare* contingeret ali„quem de electoribus ſeu nunciis ante dictis, „*dum tamen veniret*, *antequam* praedicta eſſet *ele*„*ctio celebrata*, hunc ad *electionem* ipſam *in eo ſta*„*tu admitti* debere decernimus, *in quo* ipſa *ad*„*uentus ſui tempore conſiſtebat*".



Digitized by Google

*e) quomodo electus in capitulationem iuret et proclametur?*

§. 493. *Electus* imperator I) ſiue ſtatim ipſe, ſi adeſt, ſiue per eum eosue, quem vel quos ea mente mandato procuratorio iam inſtruxit, primum *in conclaui* confeſtim *iurat capitulationem* prius confectam, coram notario iterum et teſtibus. Quo facto II) *in conclaui* primum *electio publicatur*, atque *congratulationes* fiunt. Deinde III) *proclamatur* electus *in eccleſia*, et, ſi praeſens eſt, in altari ſiſtitur populo. Iisque omnibus peractis IV) ſollenni iterum *proceſſione* ex eccleſia *reuertuntur*.

*II) Poſt factam elect. 1) decretum electionis*

§. 494. Conficiunt poſthaec electores *decretum*, quod vocant, *electionis* (Wahldecret). Idque I) electo, ſi praeſens eſt, traditur *erga* tot ab imperatore ſubſcripta *exemplaria capitulationis*, quot electores ſunt. Sin II) *abſens electus*, confeſtim certior redditur de facta electione. Mox ex ordine principum mittitur, qui ſollenniter ei factam electionem ſignificet, et decretum electionis adferat erga *reuerſum*, quo capitulatio, ſubſcripta interim a legatis electi, firmatur; inuitet quoque electum ad ſuſcipiendam coronam.

*2) adueniens ipſe in capitul. iurat;*

§. 495. *Aduenienti* electo I) *obuiam procedunt* extra vrbem electores, eumque comitantur

tur in eccleſiam primum, vbi nunc ipſe iureiurando firmat capitulationem (a), deinde in domum. Quumque II) iurata demum ab ipſo imperatore capitulatione eius regiminis initium fiat (b); eo vsque igitur durat adminiſtratio vicariorum, qui tunc *refigi litteras vicariatus* patentes, retradi a camera ſigillum vicariatus, et ad minimum intra 6. menſes imperatori per Moguntinum dari *acta vicariatus* (c), curant, quorum ratihabitio et confirmatio iam in capitulatione ab electo promittitur (d). 3) *vicariatus finitur.*

(a) CAPITVL. (1711.) art. 30. §. 5.: "Wir verſprechen und geloben aber ſothane **Beſchwörung der Capitulation** noch vor Empfang der Krone **in eigner Perſon** ſelbſt zu leiſten, und Uns zu Feſthaltung beſagter Capitulation nochmals zu verbinden".

(b) CAPITVL. (1711. omiſſ. 1764.) art. 30. §. 6.: "auch ehe wir ſolches gethan, uns der Regierung nicht zu unterziehen, ſondern geſchehen zu laſſen, daß die in der G. B. benannten Vicarii indeſſen an ſtatt Unſer die Adminiſtration des Reichs continuiren".

(c) CAPITVL. (1742.) art. 3. §. 17.: "Da hingegen ſind **die Reichs-Vicariate** gehalten, ſollen mithin keineswegs unterlaſſen, ſobald nach geendigtem interregno, und zwar längſtens innerhalb ſechs Monathen **die vor ihnen verhandelten acta** jedesmal an den neu erwehlten Kaiſer **einzuſchicken**, um zu erwehnter Reichs-Canzley durch Chur-Mainz als den Erz-Canzler, oder den deſſelben Stelle vertretenden Reichs-Hof-Vicecanzler,

ler, zur nothwendigen Ergänzung des Reichs-Archivs gebührend hinterlegt zu werden".

(d) CAPITVL. (1711. 1745.) art. 3. §. 19. 20.: "S. u. w. wir die während dieſes letzt vorgeweſenen interregni bey dem Rheiniſchen Vicariat — vorgegangenen Handlungen und Verleyhungen eben ſo als dasjenige, was von Sächſiſchen Vicariats wegen in mittlerer Zeit der Vacanz — laut der G. B., und vermöge der Reichs-Ordnungen, gehandelt und verliehen worden, (add. 1742.: es ſey in Juſtitz- oder Gnaden-Sachen,) in der allerbeſtändigſten Form genehmhalten, confirmiren und ratificiren, wie ſich daſſelbe geziemet und gebühret, immaſſen wir ſolches hiermit confirmiren und ratificiren".

## CAP. III.

### DE CORONATIONE IMPERATORIS ET AVGVSTAE.

§. 496.

*1) Coronatio Imp. A) quoad quaeſtiones 1) quando?*

Ex triplici, quae olim obtinuit, coronatione caeſarea, Romana et Longobardica quidem in deſuetudinem abiit. *Coronationem* vero *Germanicam* vt electus Rex Romanorum futurus imperator, *quamprimum fieri poteſt*, ſuſcipiat, et A. B. (a), et antiquiori obſeruantiae et nouioribus legibus (b), vſuique hodierno conuenit; licet

diem

Digitized by Google

*diem* ipſe *electus definiat*, qui et perſonas ad coronationem neceſſarias conuocari curat.

(a) A. B. tit. 28. §. 5.
(b) Capitvl. art. 3. §. 8.

§. 497. I) *Locum* Germanicae *coronationis* A. B. ex antiquiore obſeruantia nominat *Aquisgranum* (a). Vbi tamen a Ferdinando I. inde coronatio haud peracta, ſed adhuc vsque, erga reuerſum modo Aquisgranenſia iura ſaluantem, in loco electionis ea fieri ſolet. Ipſa autem coronatio II) quia eam *conſecratio per vnctionem* comitatur, haud aliter, quam *ab epiſcopo pontifice*, *fieri poteſt.* Et III) A. B. quidem *ius coronandi* ſoli electori Colonienſi tribuit (b). Enimuero quum id tantum, ſi Aquisgrani, quippe intra dioeceſin Colonienſem, coronatio fieret, concedere, alioquin ſibi illud vindicare Moguntinus elector vellet; tandem vterque per *transactionem* d. 16. Iun. 1657. conuenit: vt in poſterum *in ſua cuiusque* propria *dioeceſi* alteruter ſolus, vbicumque *alibi* alteruter *alterna vice* actum coronationis perageret (c). Quae transactio, capitulationibus caeſareis firmata (d), in praxi quoque viget; niſi forte alteruter ipſe nondum conſecratus pontifex fuerit, vel quando 2) *vbi?*



Digitized by Google

alia ratione vltro alter alteri ceſſerit. Attamen IV) in *corona imponenda* omnes tres, ſi adſunt, archiepiſcopi electores concurrunt, et *ad actum conſecrationis* praeterea plures adhibentur *adſiſtentes* epiſcopi, abbates aliique diuerſorum ordinum clerici.

(a) A B. tit. 28. §. 5.

(b) A. B. tit. 4. §. 4.: "*Colonienſi* archiepiſcopo, cui *competit* dignitas, nec non officium Romanorum regi *primum diadema regium* imponendi".

(c) *Corp. iur. publ.* p. 1028.

(d) Capitvl. (1658.) art. 3. §. 9.

*B) Ordo peragendorum 1) indictio et conuentus electorum;*

§. 498. Adpropinquante die, quem ipſe coronandus definiuit, I) *praecedente die*, iuſſu eius ex cancellaria Moguntina accepto *ſubmarſchallus* imperii hereditarius electoribus reliquisque, qui adſunt, principibus *indicit* ad actum coronationis ſequenti die peragendum. Metator imperii quoque deputatos Aquisgranenſes et Norimbergenſes inſignia tempeſtiue adferre monet. Deinde II) ipſa coronationis die, qua, donec finita coronatio, *clauduntur vrbis portae*, ciues militesque ſub armis ſe ſiſtunt, *conueniunt* primum *in eccleſia* ſtatim *electores eccleſiaſtici*, eorumque adſiſtentes; illisque mox *deputati Aquis-*

Digitized by Google

*quisgranenſes et Norimbergenſes* inſignia adferunt, quae partim mittunt coronando in aedes eius, partim retinent in eccleſia. *Seculares* autem *electores* abſentiumue primi legati, III) poſteaquam in curia conuenere, equitantes ad coronandi aedes accedunt, ſollennique proceſſione, ſua quisque inſignia portans, *imperatorem in eccleſiam deducunt*, vbi obuiam ei veniunt electores eccleſiaſtici.

§. 499. Initium in eccleſia I) fit *precibus et miſſa*, iisque peractis II) conſecratori, interroganti *varias quaeſtiones* caeſareum regimen concernentes, reſpondet, ac reſponſionem firmat iureiurando (a). Viciſſim III) *circumſtantes* rogati a conſecratore, *ſe parituros* coronando, *ſpondent* (b), eique tunc *benedicit* conſecrator. Quo facto IV) *vnctioni praeparatur* coronandus ope Brandenburgici, *vngiturque a conſecratore* in vertice, pectore, dorſo, humeris, bracchio (c) et manibus (d). *Vnctus*, V) ab electoribus, excepto conſecratore, qui apud altare remanet, deducitur in conclaue, vbi veſtimentis, quae ex antiquitate ſuperſunt (§. 57.), *indutus*, VI) redux, coram altari, poſt iteratam benedictionem, *enſe Carolino cingitur*, annulum,

*2) In eccleſia quomodo a) conſecratio et coronatio fiat?*

lum, ſceptrum globumque accipit, iisque redditis in manus circumſtantium archi-et ſubofficialium, *corona* ei imponitur a conſecratore ac reliquis archiepiſcopis electoribus. Conſecrator ſingula adlocutione ad imperatorem comitatur (e).

(a) Quaeſtiones ſunt: "1) Vis *ſanctam fidem* „*Catholicam* et Apoſtolicam tenere et operibus „iuſtis *ſeruare?* 2) Vis ſanctis *eccleſiis*, eccleſia„rumque *miniſtris* fidelis eſſe *tutor ac defenſor?* „3) Vis *regnum* a Deo tibi conceſſum *ſecundum* „*iuſtitiam praedeceſſorum* tuorum *regere et* effica„citer *defendere?* 4) Vis *iura regni et* imperii, „*bona* eiusdem iniuſte *diſperſa recuperare et con*„*ſeruare*, et fideliter *in vſus regni* et imperii „*diſpenſare?* Vis *pauperum et diuitum*, *viduarum* „*et orphanorum aequus* eſſe *iudex* et pius *defen*„*ſor?* Vis ſanctiſſimo in Chriſto patri et domino „Romano pontifici *et* ſanctae *Romanae eccleſiae* „*ſubiectionem debitam et fidem reuerenter exhi*„*bere?*" Quibus ſingulis reſpondet coronandus: *volo*, additque demum hanc *iurisiurandi formulam:* "*Omnia praemiſſa*, in quantum diuino „fultus fuero adiutorio, fideliter *adimplebo*, *ſic* „*me Deus adiuuet* et ſancta Dei Euangelia". Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 467.

(b) Interrogat conſecrator: "*Vultis tali prin*„*cipi* et rectori *vos ſubiicere* ipſiusque regnum „firmare, fide ſtabilire, *atque iuſſionibus illius* „*obtemperare*, iuxta apoſtolum: omnis anima „poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſiue Re„gi tanquam praecellenti?" Reſpondent: "*Fiat*, „*fiat*, *fiat*". Moſer l. c.

(c) Pronunciat ſimul conſecrator haec verba: „*Vngo te in Regem de oleo ſanctificato, in no*-

„*mine*

Digitized by Google

„*mine Patris* † *et Filii* † *et Spiritus Sancti* †
„*Amen.*"

(d) Porro tunc ait conſecrator: "*Vngantur* „*manus iſtae* de oleo ſanctificato, vnde vncti „fuerunt reges et prophetae; et *ſicut vnxit Sa*„*muel Dauid in Regem*, vt ſis benedictus et „conſtitutus Rex in regno iſto ſuper populum, „quem Dominus Deus tunc dederit tibi ad re„gendum et gubernandum, quod ipſo praeſtare „dignetur, qui viuit et regnat Deus in ſecula „ſeculorum Amen".

(e) E. g. *coronam* hoc modo: "*Accipe coro*„*nam regni*, quae licet *ab indignis*, *epiſcoporum* „tamen *manibus* capiti tuo imponitur, quamque „*ſanctitatis gloriam* et *opus fortitudinis* expreſſe „*ſignificare* intelligas, et per hanc te *participem* „*miniſterii* noſtri non ignores; ita, vt *ſicut nos* „*in interioribus* paſtores, rectoresque animarum „intelligimur, *ita et tu in exterioribus* verus Dei „cultor ſtrenuusque contra omnes aduerſitates „eccleſiae Chriſti defenſor aſſiſtas, regnique a „Deo Tibi dati et per officium noſtrae benedictio„nis vice apoſtolorum omniumque ſanctorum ſuf„fragio tuo regimini commiſſi *vtilis executor re*„*gnatorque proficuus* ſemper appareas, vt inter „glorioſos Athletas virtutum gemmis ornatus et „praemio ſempiternae felicitatis coronatus cum „redemtore ac ſaluatore, Domino noſtro Ieſu „Chriſto, cuius nomen vicemque geſtare crede„ris, ſine fine glorieris. Qui viuit et imperat, „Deus cum Deo Patre, et vnitate Spiritus San„cti, per omnia ſecula ſeculorum Amen". Moſers Staatsrecht tom. 2. p. 475. §. 41.

§. 500. *Coronatus* I) denuo Latine primum dein Germanice *iurat* (a). Praeſtitoque ſecundo hoc iureiurando II) continuatur *miſſa*, et — b) *quomodo imperator iuret, equites creet, etc.?*

et ſepoſita corona imperator epulo ſacro paſcitur. Dein reimpoſita corona III) a cunctis electoribus *in thronum*, eum in finem prope altare conſtructum, *deducitur*, atque *congratulationes* collegii electoralis per Moguntinum accipit. Quo facto IV) cantatur: *Te Deum laudamus*, et ſub omnibus publici plauſus ſignis imperator in throno conſidens ſollenniter *equites creat*, denique V) in oratorium regreſſus, a deputatis *eccleſiae* B. Mariae *Aquisgranenſis* rogatus iurat tamquam *canonicus* eius eccleſiae (b). Quibus omnibus in eccleſia peractis, VI) imperator, impoſita capiti corona, amictus veſtitu caeſareo antiquo, et ſinguli quoque electores eorumue nuncii, omnesque eorum comites, pedibus ex eccleſia *ad curiam reuertuntur*; panno lignoque, in quo proceſſum, ſtatim populo ad diripiendum commiſſo.

